



Commelexón



Crestomatia Latina

MS. 3913

93




Sucesores de Hernando  
Madrid



L. B. 853









CRESTOMATÍA LATINA

DE

AUTORES SAGRADOS Y PROFANOS





L. E. 893



*P.: 6 pesetas.*

# CRESTOMATÍA LATINA

DE

## AUTORES SAGRADOS Y PROFANOS

ELEGIDOS, ANOTADOS Y GRADUALMENTE DISPUESTOS

POR EL

DR. D. FRANCISCO A. COMMELERÁN

Catedrático numerario en el Instituto del Cardenal Cisneros de Madrid.

Josephus.—Judit.

Selecta martyrum acta.—Phædrus.—Cicero.—Cæsar.

T. Livius.—Lactantius.—Juvenius.—Victorinus.—Sedulius.—Marius Victor.

S. Paulinus Nolensis.—S. Avitus.—Prudentius.—Sid. Apollinaris.

Martialis.—Catullus.—Tibullus.—Propertius.—Ovidius.

Virgilius.—Horatius.

NOVENA EDICIÓN

Precio: 6 pesetas.

*R. 26.043*



MADRID

LIBRERÍA DE LOS SUCESESORES DE HERNANDO

CALLE DEL ARENAL, NÚM. 11

1913

*S.*



4. E. 893

---

ES PROPIEDAD DEL AUTOR

---

## PRÓLOGO

---

Profundamente convencido de los peligros que para la juventud ofrece una educación eminentemente clásica, no he vacilado en coleccionar lo más acertadamente que me ha sido posible las producciones clásicas de fondo menos peligroso con las de los escritores más notables de la literatura cristiano-latina.

No me detendré a examinar las indiscutibles ventajas de este método, harto conocidas por sus resultados y por los fundamentos en que se apoya: sólo haré constar que lo he preferido porque lo considero el más a propósito, no sólo para dar en la enseñanza del idioma latino resultados más positivos, sino porque al presentar ante los ojos de los jóvenes las perfecciones externas de la forma clásica y la sublimidad del fondo de la poesía cristiana, libre la primera de las deformidades paganas y avalorada la segunda con nuevas y preciadas galas literarias, lejos de envenenar el corazón y la inteligencia de los jóvenes con máximas y principios peligrosos que, sin hacer inmediato daño, han de producir más tarde amar-



gos frutos, se logra inspirar en sus sencillos corazones el sublime sentimiento del bien, de la verdad y de lo bello, grabando en su infantil inteligencia máximas santas y principios infalibles de inmediata y provechosa utilidad en todos los momentos de la vida.

Para conseguir este propósito, he creído conveniente comenzar por las sencillas y conmovedoras narraciones bíblicas de la historia de José y de Judit.

Sostienen algunos que el latín de la Vulgata, lejos de ser puro, contiene en abundancia giros extraños, construcciones bárbaras y frases de dudosa pureza. No es posible desconocer la influencia que la lengua hebrea ha podido tener en él, y menos todavía poner en tela de juicio la ilustración y profundos conocimientos de su santo e ilustre autor, que fué indudablemente uno de los más notables escritores de su tiempo, aun atendiendo solamente a la pureza y corrección de su estilo y sencilla elegancia en la forma de sus obras en general, cuyo fondo inapreciable le valió el título de Doctor Máximo de la Iglesia católica. Un distinguido humanista francés, el abate Gaume, se ha encargado de destruir esta infundada preocupación, demostrando que muchos de los giros, frases y construcciones latinas que algunos críticos han encontrado censurables en la Biblia, se hallan autorizados por el uso frecuente que de ellos hacen los clásicos del siglo de oro de la literatura latina.



No obstante, siguiendo el consejo de Rollin, he puesto singular empeño en presentar la narración bíblica libre de las construcciones extrañas que algunas veces se echan de ver en ella, enmendándolas en lo posible, y aun algunas veces, pocas en verdad, substituyendo alguna palabra con otra más ajustada a la propiedad latina. Este procedimiento ofrece la ventaja de presentar a nuestros alumnos, no un latín clásico que no habían de entender, sino un latín fácil, adornado con la elegancia de la sencillez, y que, sin inspirarles mal gusto, les abre el camino que conduce a la inteligencia de los clásicos que presentan mayores dificultades.

Las *Actas de los mártires*, precioso monumento que atestigua el divino origen de la Iglesia, son, a nuestro modo de ver, otro modelo digno del estudio de los principiantes. En ellas, sobre un fondo de sublimidad heroica, resplandece la sencillez, elegancia y pureza de la forma, que, sin ser entera y absolutamente clásica, porque no podía serlo, reúne las mismas apreciables condiciones que hemos hallado en la Vulgata. Eran estas actas escritas generalmente por personas literatas, de ilustración reconocida, designadas por los Papas en Roma y por los Obispos en las demás sedes del mundo cristiano, quienes después las autorizaban con su aprobación para que pasasen al archivo. La presente colección sólo contiene la de los Santos Hipólito, Eusebio y compañeros mártires; la de los mártires San Nemesio, Santa Lucila, San Sempronio y demás compa-



ñeros; la del Papa San Esteban y San Tarsicio; la de San Cornelio, Papa y mártir; la de Santa Sabina, la del Papa San Sixto y la de los Santos Epipodio y Alejandro, que me han parecido más conducentes al fin que me propongo.

Las fábulas de Fedro, liberto de Augusto, merecen, por la sencillez que las distingue, ocupar un lugar en las primeras páginas de este libro. Su mérito literario es tan patente, y las que he elegido encierran tan sana y provechosa doctrina, que no espero que desentonen dentro del plan que me he fijado.

Por las mismas razones he concedido también un preferente lugar a las cartas familiares del ilustre orador y filósofo de Arpino, en las que, a la forma elegante del decir, acompaña la pureza y propiedad más exquisitas de la frase, brillando en ellas al mismo tiempo toda la sencillez que cabe en el clasicismo.

Del tratado *De Officiis* de Cicerón he tomado una buena parte: la forma literaria se recomienda por el nombre del escritor. La doctrina que contiene es por todos conceptos digna del estudio de los jóvenes.

Cicerón, orador, debía ocupar también un preferente lugar en esta colección. Desapasionadamente juzgada su oratoria, es a veces ampulosa, dejándose traslucir en algunos de sus discursos el deseo pueril de producir efecto con frases rebuscadas, en las que, más que un pensamiento brillante o profundo, se ve sólo un juego de palabras más o menos hábil-



mente combinadas para dar sonoridad a la frase. Sin embargo, no juzgaría rectamente quien sólo viera estos defectos en el insigne orador romano: pureza y propiedad en el lenguaje; corrección, elegancia y una peculiar brillantez en el estilo, sólo propia de los griegos, y en los pensamientos lógica, profundidad y sentimiento, hacen de algunas de sus obras oratorias un conjunto perfecto y bello a que indudablemente debió el merecido renombre de que goza. La oración *Pro Q. Ligario* es, por lo menos, ya que no el más perfecto, uno de los más acabados modelos de oratoria, en que con mayor claridad brillan las excelentes condiciones del orador romano que quedan apuntadas, y donde menos resaltan sus defectos.

César, la más grande figura de la historia literaria y política de su tiempo, no podía ser excluído de este humilde trabajo. La natural y elegante narración de los hechos de que fué a un tiempo espectador y principal actor, en su primer libro *De Bello Gallico*, es, sin duda, muy a propósito para que nuestros discípulos puedan formar aproximada idea del estilo vivo, sencillo y brillante del más culto escritor de la literatura pagana.

Algunos pasajes de las *Décadas* de T. Livio, referentes a nuestra historia patria, completan la parte que corresponde a los prosistas; su lenguaje enérgico y conciso y la natural elegancia y severa majestad de su estilo, le hacen digno modelo de estudio, siendo, por otra parte, en mi opinión, el más acer-



tado término en la parte relativa a los prosistas, por las mayores dificultades que presenta la recta interpretación de los pensamientos en este escritor.

No hubiera cumplido mi propósito si, al no abandonar la costumbre, seguida por todos los humanistas, de dar a conocer algunas de las mejores producciones poéticas, hubiera prescindido de los poetas cristianos, cuya superioridad sobre los clásicos no es posible desconocer, porque salta a la vista del más mediano crítico. Ciertamente que, acostumbrados al ropaje unas veces majestuoso y severo, y siempre airoso y elegante de la Musa clásica, y concediendo por eso mismo a la forma de los clásicos mérito extraordinario, sin apreciar debidamente el que corresponde al fondo de los poetas cristianos, han llegado algunos críticos a desconocer que, no desmereciendo en la forma, los cristianos aventajaron en el fondo a los clásicos. Es indudable, además, que la revolución verificada por el Cristianismo en las ideas había también de manifestarse en la forma misma de los poemas cristianos; y esta forma, hasta cierto punto distinta de la clásica, no por ser distinta era inferior y digna del olvido a que algunos la condenaron. Por el contrario, es en muchos casos preferible. Porque es evidente que la forma clásica, destinada a revestir obras sin fondo o de un fondo sensual, hijas de una inspiración que apenas lograba levantarse del fango en que se revolvía la sociedad romana, ya decrepita en su siglo de oro, no podía por modo alguno acomodarse a la inspiración sublime y al entu-



siasmo poético que producía en los escritores cristianos la inefable verdad de la nueva idea. Por eso la fría inspiración que descendía del Parnaso necesitaba, para no hacerse repulsiva, los esplendores de la forma clásica y sus seductores atavíos; mientras que la ardiente inspiración que descendía del Cielo arrebatadora, magnífica y sublime, no necesitaba el aparato exterior de la forma para avasallar los corazones y las inteligencias de incrédulos y creyentes, y cuando intentó encerrar la grandeza y sublimidad de sus conceptos en los estrechos moldes del clasicismo pagano, o los ennoblecía y dignificaba con esplendores nunca hasta entonces conocidos, o, rebotando por todas partes la dignidad y alteza del pensamiento, los rompía, abriendo nuevos horizontes al genio de sus poetas. Es, pues, indudable que alguna diferencia había de advertirse en la forma de los poemas cristianos, diferencia que, examinada con crítica imparcial, en nada les perjudica, debiendo ser considerada digna de igual estima, al menos, que la clásica, por ser la más apropiada al fondo que reviste.

Iguales, ya que no superiores, en la forma a los clásicos, les aventajaron grandemente en el fondo, Lactancio, con su inspiración tierna y dulcísima; el español Juvenco, sencillo y enérgico; Mario Victorino, tan dulce, natural y patético como el inspirado Sedulio, notabilísimo escritor que supo encerrar en dulces y armoniosos versos la nobleza y grandiosidad de sus ideas; Claudio Mario Víctor,



cuyo severo y majestuoso estilo es sólo comparable a la grandeza del asunto de sus *Comentarios*; San Paulino de Nola, con su admirable sencillez bíblica; el Santo Avito, de estilo fácil y elegante, y cuya concepción sublime en sus tres poemas *De origine mundi*, *De peccato originali* y *De Sententia Dei*, inspiró al gran poeta inglés la grandiosa epopeya de su *Paraiso perdido*; el aragonés Prudencio, tan delicado como entusiasta, poeta de imaginación fecunda y de sólida y grandísima instrucción, y Sidonio Apolinar, notable por su estilo fácil, culto y semi-clásico.


Después de estos modelos, cuyo estudio detenido no me cansaré en recomendar a nuestros jóvenes, siguen algunos epigramas de Marcial y de Catulo, dos elegías de Ovidio y de Propercio, la égloga de Virgilio titulada *Pollio*, una parte del sexto libro de su *Eneida*, el más perfecto de tal poema, y dos pequeños, pero hermosos pasajes de sus *Geórgicas*. Tampoco he olvidado a Horacio, teniendo cuidado de presentar algunos de sus poemas líricos, que justifican el mérito universalmente reconocido a este escritor, terminando la colección con la famosa epístola *Ad Pisones* que, sin ser, como han querido algunos, un poema didáctico completo, es en su género la obra más perfecta del ilustre poeta y crítico latino.

De esta manera, aunque someramente, es como puede apreciarse la superioridad que sobre los clásicos tienen los poetas cristianos.



Por último, para facilitar el trabajo de interpretación, he sembrado de notas el texto, no sé si con abundancia excesiva, pero teniendo en cuenta la altura intelectual a que deben hallarse los alumnos, según el autor en cuyo estudio se ocupen.







# VETUS TESTAMENTUM

## JOSEPHUS

### I

\* Habitabat Jacobus in terra Chanaan in qua pater suus peregrinatus fuit: et Josephus filius, cum esset sedecim annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer; stabat enim cum filiis Balæ et Zelphæ uxorum patris sui; accusavitque fratres suos apud patrem <sup>1</sup> crimine pessimo <sup>2</sup>. Et cum Jacobus diligeret Josephum super omnes filios suos, fecit ei tunicam polymitam <sup>3</sup>: sed videntes fratres ejus illum a patre plus eunctis filiis amari oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

† Accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis, quæ causa majoris odii seminarium fuit: nam dixit eis: Audite somnium quod vidi: «Putabam nos ligare manipulos in agro <sup>4</sup>; et quasi consurgere manipulum meum, et stare <sup>5</sup>, vestrosque manipulos circumstantes <sup>6</sup> adorare manipulum meum.» Responderunt fratres ejus: «Nunquid rex noster eris, aut

<sup>1</sup> *apud patrem*: ante su padre.

<sup>2</sup> *crimine pessimo*: de un delito muy feo.

<sup>3</sup> *tunicam polymitam*: una túnica de zarzahán, o sea una tela delgada de seda, como el tafetán, y listada de colores.

<sup>4</sup> *Putabam nos ligare manipulos in agro*: Parecíamos que estábamos atando gavillas en el campo.

<sup>5</sup> *et stare*: y que se tenía derecho.

<sup>6</sup> *circumstantes*: que estaban alrededor (de mi gavilla).



»subjiciemur ditioni tuæ?» Hæc ergo causa somniorum atque sermonum invidiæ et odii fomitem <sup>1</sup> ministravit.

Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus ait: «Vidi per somnium, solem et lunam et stellas undecim adorare me.» Quod cum patri suo et fratribus retulisset, increpavit eum <sup>2</sup> pater suus dicens: «Quid sibi vult <sup>3</sup> hoc somnium, quod vidisti?» «Num ego, et mater tua, et fratres tui adorabimus te super terram?» Invidebant ei fratres sui; pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius, in pascendis gregibus <sup>4</sup> patris morarentur in Sichem <sup>5</sup>, dixit ei Jacobus: «Fratres tui pascunt oves in Sichem: veni: mittam te ad eos.» Quo respondente: «Præsto sum», ait ei: «Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, et renuntia mihi quid agatur.» Missus ille de valle Hebron <sup>6</sup> venit in Sichem, invenitque eum vir errantem in agro, et interrogavit quid quæreretur: at ille respondit: «Fratres meos quæro: indica mihi ubi pascant greges.» Dixitque ei vir: «Recesserum de loco isto: audivi autem eos dicentes: Eamus in Dothain» <sup>7</sup>. Perrexit ergo Josephus post fratres suos, et invenit eos in Dothain. Qui, cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, constituerunt eum occidere, et sibi mutuo loquebantur: «Ecce somniator venit. Venite occidamus eum, et mittamus in cisternam veterem, dicemusque: «Fera pessima devoravit eum: Et tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua.» Sed audiens hoc Ruben, nite-

<sup>1</sup> *invidiæ et odii fomitem ministravit*: dió fomento, dió alas, o cuerpo, o pábulo a la envidia o al odio.

<sup>2</sup> *increpavit eum*: reprendiólo.

<sup>3</sup> *Quid sibi vult (sup. dicere) hoc somnium*: ¿Qué quiere decir, o qué significa ese sueño?

<sup>4</sup> *in pascendis gregibus*: apacentando los rebaños.

<sup>5</sup> *Sichem*. Ciudad de la Palestina, situada en la parte Norte de Samaria, a doce mil pasos de esta ciudad: más adelante perteneció a la tribu de Zabulón.

<sup>6</sup> *de valle Hebron*: desde el valle de Hebrón. Hebrón fué una ciudad de los cananeos, que en el reparto que los hebreos hicieron de la Tierra de Promisión, tocó a la familia de Caleb, y que hoy se llama El-Kall.

<sup>7</sup> *Dothain*. Lugar o aldea de Palestina, situada al Norte de Samaria, y distante de esta ciudad unas doce millas: perteneció más adelante a la tribu de Isacar. El nombre de esta villa significa en hebreo *dos pozos*.



batur liberare fratrem de manibus eorum, et dicebat: «Non interficiatis eum, nec effundatis sanguinem ejus: sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine<sup>1</sup>, manusque vestras servate innoxias»: hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus fratrum, et reddere patri suo.

Ubi ad fratres suos pervenit, nudaverunt eum tunica talari et polymita, miseruntque illum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. Et sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaelitas<sup>2</sup> viatores venire de Galaad<sup>3</sup>, et camelos eorum portantes aromata, et resinam et stactem in Ægyptum. Tum dixit Judas fratribus suis: «Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, et celaverimus sanguinem ipsius? Melius est, ut venundetur Ismaelitis, et manus nostræ non polluantur; frater enim et caro nostra est.»

Acquieverunt fratres sermonibus illius, et prætereuntibus Madianitis mercatoribus<sup>4</sup>, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis<sup>5</sup>, qui duxerunt eum in Ægyptum. Reversusque Ruben ad cisternam, non invenit puerum; et scissis vestibibus<sup>6</sup> pergens ad fratres suos, ait: «Puer non comparet: et ego quo ibo?» Illi autem tulerunt tunicam ejus, et in sanguine hædi quem occiderant, tinxerunt, et miserunt qui ferrent patri et dicerent: «Hanc invenimus: vide utrum tunica filii tui sit, an non.» Quam cum pater agnovisset, ait: «Tunica filii mei est: fera pessima comedit eum: bestia devoravit Josephum.» Scissisque vestibibus, indutus est cilicio,

<sup>1</sup> *in solitudine*: en el desierto.

<sup>2</sup> *Ismaelitas*: unos ismaelitas. Eran éstos un pueblo que habitaba en la Arabia Petrea, y descendía de Ismael, hijo de Abraham y de su esclava Agar.

<sup>3</sup> *Galaad*. Región de la Palestina; estaba situada al Noroeste del lago Asfaltites.

<sup>4</sup> *prætereuntibus Madianitis mercatoribus*: y pasando sin parar mientes unos mercaderes ismaelitas. — Según el P. Scio, la caravana a que el texto se refiere se componía de ára-

bes, madianitas e ismaelitas, y supone que después de haber pasado los madianitas sin fijarse en los hermanos de José, éstos lo vendieron a los ismaelitas que venían detrás, quienes tal vez lo vendieron en Egipto primero a los madianitas y éstos luego a Putifar.

<sup>5</sup> *viginti argenteis*: por veinte monedas de plata.

<sup>6</sup> *scissis vestibibus*: rasgando sus vestiduras. Así manifestaban su dolor más profundo los antiguos pueblos orientales.



lugens filium suum multo tempore. Nam, congregatis cunctis liberis ejus ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere; sed ait: «Descendam ad filium meum<sup>1</sup> lugens in infernum»<sup>2</sup>. Et illo perseverante in fletu, Madianitæ vendiderunt Josephum in Ægypto Putiphari eunucho<sup>3</sup> Pharaonis magistro militum.

II

† Ductum Josephum in Ægyptum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, emit de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo<sup>4</sup>, et erat vir in cunctis prospere agens. Habitavit Josephus in domo domini sui, qui optime noverat Deum esse cum illo, et omnia quæ gereret a Deo dirigi manu illius. Itaque invenit Josephus gratiam coram domino suo, et ministrabat, ei, a quo præpositus omnibus<sup>5</sup>, gubernabat creditam sibi domum, et universa quæ ei tradita fuerant. Benedixitque Deus domui Ægyptii Putipharis propter Josephum, et multiplicavit, tam in ædibus quam in agris, cuncta bona ejus. Nec quidquam aliud noverat<sup>6</sup>, nisi panem quo vesebatur.

† Erat Josephus pulchra facie et decorus aspectu: post multas itaque dies iniecit domina sua oculos in eo. † Quadam die accidit, ut Josephus intraret domum, et operis quidpiam absque arbitris<sup>7</sup> faceret: et illa, apprehensa lacinia vestimenti ejus<sup>8</sup>, vocavit ad se homines domus suæ, et ait eis: «En introduxit Putiphar virum Hebræum, ut illuderet nobis<sup>9</sup>: cumque ego

<sup>1</sup> *Descendam ad filium meum*: Bajaré o iré a unirme con mi hijo.

<sup>2</sup> *lugens in infernum*: llorando hasta el sepulcro o mientras viva.

<sup>3</sup> *eunucho Pharaonis*: dignatario de la casa del Faraón.

<sup>4</sup> *Fuitque Dominus cum eo*: Y el Señor le favoreció.

<sup>5</sup> *præpositus omnibus*: puesto al frente de todo.

<sup>6</sup> *Nec quidquam aliud noverat*: Y no se cuidaba de cosa alguna.

<sup>7</sup> *absque arbitris*: sin testigos, a solas.

<sup>8</sup> *apprehensa lacinia vestimenti ejus*: habiendo agarrado la orla de la vestidura de José.

<sup>9</sup> *ut illuderet nobis*: para que haga burla de nosotros.



clamassem, et ille audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras. Et in argumentum fidei<sup>1</sup> retentum pallium ostendit marito revertenti domum, cui dixit: «Ingressus est ad me servus Hebræus quem adduxisti, ut illuderet mihi: cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras.»

His auditis<sup>2</sup>, dominus et nimium credulus verbis conjugis, iratus est valde: tradiditque Josephum in carcere, ubi vincti regis custodiebantur, et erat ibi clausus. Sed fuit Dominus cum Josepho, et invenit gratiam in conspectu principis carceris<sup>3</sup>, qui tradidit in manu illius universos vinctos, qui in custodia tenebantur; et quidquid fiebat sub ipso erat, nec noverat aliquid, cunctis ei creditis<sup>4</sup>: Deus enim erat cum illo et omnia opera ejus dirigebat.

His ita gestis<sup>5</sup>, accidit, ut peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti, et pistor, domino suo. Iratusque contra eos Pharaon, nam alter pincernis præerat<sup>6</sup>, alter pistoribus, misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus et Josephus<sup>7</sup>. At custos carceris tradidit eos Josepho, qui et ministrabat eis.

Aliquantulum temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte eadem<sup>8</sup> indicans quid eventurum utrique in posterum<sup>9</sup>: ad quos cum introiret Josephus<sup>10</sup> mane, et vidisset eos tristes, sciscitatus est eos dicens: «Cur tristior est hodie facies vestra?» Qui responderunt: «Somnium vidimus et non est qui interpretetur no-

<sup>1</sup> *in argumentum fidei*: en prueba de fidelidad.

<sup>2</sup> *His auditis*: Oídas estas cosas.

<sup>3</sup> *invenit gratiam in conspectu principis carceris*: fué simpático o hizo simpático al alcaide de la cárcel, o le inspiró simpatías o afecto.

<sup>4</sup> *cunctis ei creditis*: después de habérselo confiado todo.

<sup>5</sup> *His ita gestis*: Habiendo pasado estas cosas así, o como queda referido.

<sup>6</sup> *pincernis præerat*: era jefe de los coperos (copero mayor).

<sup>7</sup> *in quo erat vinctus et Josephus*: en la cual estaba también preso José.

<sup>8</sup> *nocte eadem*: en una misma noche.

<sup>9</sup> *in posterum*: en adelante o en lo por venir.

<sup>10</sup> *ad quos cum introiret Josephus*: y habiendo José entrado a verlos.



>bis.> Et iterum dixit eis Josephus: «Numquid non Dei  
>est interpretatio? <sup>1</sup>. Referte mihi quid videritis.» Nar-  
ravit prior præpositus pincernarum somnium suum,  
et dixit: «Videbam coram me vitem, in qua erant tres  
>propagines, crescere paulatim in gemmas, et post  
>flores uvas maturescere, calicemque Pharaonis in  
>manu mea: tuli ergo uvas, et expressi in calicem  
>quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni.» Hæc est  
interpretatio somnii, ait Josephus: «Tres propagines,  
>indicant tres dies, post quos recordabitur Pharao  
>ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum;  
>dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante  
>facere consueveras. Tantum memento mei cum bene  
>fuerit tibi <sup>2</sup>, ut facias mecum misericordiam et sug-  
>geras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia  
>furtim sublatus sum de terra Hebræorum, et hic in-  
>nocens in lacum missus sum» <sup>3</sup>. Videns pistorum ma-  
gister quam prudenter somnium dissolvisset <sup>4</sup> Jose-  
phus, ait: «Et ego vidi somnium, in quo tria canistra  
>farinæ habebam super caput meum; in quo erat ex-  
>celsius portabam omnes cibos, qui fiunt in arte pi-  
>storia, et aves comedebant ex eo.» Respondit Jose-  
phus: «En tui somnii interpretatio. Tria canistra si-  
>gnificant tres dies, quæ sunt adhuc tibi <sup>5</sup>; post quos  
>auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te cruce, et  
>lacerabunt volueres carnes tuas.»

Exinde dies tertius natalis Pharaonis erat, qui fa-  
ciens grande convivium pueris suis <sup>6</sup>, recordatus est  
inter epulas magistri pincernarum et pistorum prin-  
cipis, restituitque alterum in suum locum, ut porrige-  
ret ei poculum; alterum vero suspendit in patibulo, ut  
conjectoris veritas probaretur <sup>7</sup>. Et tamem cum om-

<sup>1</sup> *Numquid non Dei est interpreta-  
tio?*: ¿Acaso la interpretación no es  
cosa de Dios?

<sup>2</sup> *cum bene fuerit tibi*: cuando es-  
tuvieres en prosperidad o fueres di-  
choso.

<sup>3</sup> *in lacum missus sum*: he sido  
metido en el calabozo.

<sup>4</sup> *somnium dissolvisset*: había des-  
cifrado el sueño.

<sup>5</sup> *quæ sunt adhuc tibi*: que tienes  
todavía o te quedan todavía.

<sup>6</sup> *pueris suis*: a sus servidores.

<sup>7</sup> *ut conjectoris veritas probaretur*:  
de suerte que quedó probada la ve-  
racidad del intérprete.



nia prospera fuissent præposito pincernarum <sup>1</sup>, oblitus est interpretis sui.

### III

✦ Post duos annos habuit Pharaos somnium, in quo putabat se stare super fluvium <sup>2</sup>, de quo ascendebant septem boves [pulchræ et crassæ nimis, quæ pascebantur in locis palustribus;] aliæ quoque septem emergebant de flumine fœdæ confectæque macie <sup>3</sup>, quæ pascebantur in ipsa annis ripa in locis virentibus <sup>4</sup>, ac devoraverunt priores, quæ crassæ et speciosæ erant. Expergefactus Pharaos rursus dormivit et vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno <sup>5</sup> plenæ atque formosæ; aliæ quoque totidem spicæ tenues, et percussæ uredine <sup>6</sup> oriebantur, devorantes omnem priorum pulchritudinem.

Evigilans Pharaos post quietem, et facto mane, pavore perterritus vocavit omnes conjectores Ægypti cunctosque sapientes, et accessitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait: «Confiteor peccatum meum. Iratus Rex servis suis, me et magistrum pistorum retrudi jussit <sup>7</sup> in carcerem principis militum, ubi quadam nocte <sup>8</sup> uterque vidimus somnium futuri præaugium. Erat ibi puer Hebræus ejusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia, audivimus quidquid postea rei probavit eventus: ego enim redditus sum officio meo <sup>9</sup>, et ille suspensus est in cruce.» Protinus e carcere eductus Josephus fuit adductus ad regem,

<sup>1</sup> *El tamen cum omnia prospera fuissent præposito pincernarum*: Y a pesar de que todas las cosas eran prósperas o iban viento en popa para el jefe de los coperos.

<sup>2</sup> *super fluvium*: cerca del río.

<sup>3</sup> *confectæque macie*: y consumidas de puro flacas.

<sup>4</sup> *in locis virentibus*: en sitios llenos de verdor, frondosos.

<sup>5</sup> *pullulabant in culmo uno*: brota-

ban en un solo tallo.

<sup>6</sup> *percussæ uredine*: heridas o agostadas por el viento abrasador o picadas del tizón.

<sup>7</sup> *retrudi jussit*: mandó que fuésemos encerrados.

<sup>8</sup> *quadam nocte*: cierta noche.

<sup>9</sup> *ego enim redditus sum officio meo*: pues yo he sido restablecido o re- puesto en mi empleo.



qui dixit illi: «Vidi somnia, nec est qui edisserat mihi  
»quæ audiui te sapientissime conijcere». <sup>1</sup> Tunc ait Jo-  
»sephus: «Absque me <sup>2</sup> Deus respondebit prospera  
»Pharaoni.» Narravit postea Pharaon quod viderat: «Pu-  
»tabam, inquit, me stare super ripam fluminis, et sep-  
»tem boves de amne conscendere pulchras nimis et  
»obesis carnibus <sup>3</sup>, quæ in pastu paludis vireta carpe-  
»bant: Et ecce has sequebantur aliæ septem boves  
»adeo deformes et macilentæ, ut nunquam tales in ter-  
»ra Ægypti viderim; quæ, devoratis et consumptis  
»prioribus <sup>4</sup>, nullum saturitatis dedere vestigium; sed  
»simili macie et squalore torpebant. Evigilans, rursus  
»sopore depressus <sup>5</sup>, alterum vidi somnium. Septem  
»spicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque pulcher-  
»rimæ. Aliæ quoque septem tenues et percussæ ure-  
»dine oriebantur e stipula, et priorum pulchritudi-  
»nem devoraverunt. Narravi conjectoribus somnium,  
»et nemo est qui edisserat.» Respondit Josephus: «Som-  
»nium regis unum est: quæ facturus est Deus ostendit  
»Pharaoni. Septem boves pulchræ et septem spicæ  
»plenæ septem ubertatis anni sunt, eademque vim  
»somnii comprehendunt. Septem quoque boves tenues  
»atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, et septem  
»spicæ tenues ac vento urente percussæ, septem anni  
»venturæ sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur <sup>6</sup>.  
»Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in uni-  
»versa terra Ægypti, quos sequentur septem anni tan-  
»tæ sterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta prior abun-  
»dantia <sup>7</sup>: consumptura est enim fames omnem terram  
»et ubertatis magnitudinem perditura est <sup>8</sup> inopiæ ma-

<sup>1</sup> *quæ audiui te sapientissime conijcere*: los sueños que yo he sabido que tú interpretas con gran sabiduría.

<sup>2</sup> *Absque me*: Sin mí, o no yo, sino Dios.

<sup>3</sup> *et obesis carnibus*: y de gruesas o lucidas carnos.

<sup>4</sup> *devoratis et consumptis prioribus*: habiendo devorado y consumido a las primeras.

<sup>5</sup> *rursus sopore depressus*: nueva-

mente oprimido por el sueño, o habiéndome vuelto a dormir.

<sup>6</sup> *hoc ordine complebuntur*: se cumplirán en este orden.

<sup>7</sup> *ut oblivioni tradatur cuncta prior abundantia*: que se echará en olvido toda la abundancia anterior o pasada.

<sup>8</sup> *perditura est*: ha de acabar o consumir.



gnitudo. Quod autem vidisti secundo, ad eandem rem  
pertinens, somniorum firmitatis indicium est, eo quod  
fiat sermo Dei <sup>1</sup> et velocius impleatur. Nunc ergo pro-  
videat rex virum sapientem et industrium, et præfi-  
ciat eum terræ Ægypti <sup>2</sup>, qui constituat præpositos  
per cunctas regiones, et quinta parte fructuum <sup>3</sup> per  
septem annos fertilitatis, qui jam nunc futuri sunt,  
cumulet horrea; et omne frumentum sub Pharaonis  
potestate <sup>4</sup> servetur in urbibus, ac præparetur futuræ  
septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyp-  
tum, et non consumetur terra inopia.»

Placuit Pharaoni consilium et cunctis ministris ejus,  
et dixit eis: «Num invenire potuerimus talem virum <sup>5</sup>  
qui spiritu Dei plenus sit?» Deinde ait Josepho: «Quia  
ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid te  
sapientio-rem et consimilem tui invenire potero? Tu  
eris super domum meam, et tui oris imperio cunctus  
populus obediet: uno tantum regni solio te præce-  
dam» <sup>6</sup>. Et iterum ait Pharaon Josepho: «Ecce consti-  
tui te super universam terram Ægypti.» Tulitque an-  
nulum de manu sua, et posuit ei in manu ejus vestivit-  
que eum stola byssina <sup>7</sup>, et collo torquem auream cir-  
cum possuit, fecitque eum ascendere super currum  
suum secundum, clamante præcone <sup>8</sup>, ut omnes coram  
eo genu flecterent, et præpositum esse scirent <sup>9</sup> uni-  
versæ terræ Ægypti. Dixitque quoque rex Josepho:  
«Ego sum Pharaon: absque tuo imperio non movebit  
quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.»  
Vertitque nomen ejus <sup>10</sup> et vocavit eum lingua ægyp-

<sup>1</sup> *eo quod fiat sermo Dei*: por ser palabra de Dios.

<sup>2</sup> *præficiat eum terræ Ægypti*: pón-gale al frente de la tierra de Egipto, o hágale gobernador de Egipto.

<sup>3</sup> *el quinta parte fructuum... cumu-let horrea*: y con la quinta parte de los frutos... llene los graneros.

<sup>4</sup> *sub Pharaonis potestate*: a dispo-sición de Faraón.

<sup>5</sup> *invenire virum talem*: encontrar un hombre como éste.

<sup>6</sup> *uno tantum regni solio te præce-*

*dam*: te precederé solamente en el trono, o entre tú y yo no habrá más diferencia que la de sentarme yo en el trono real.

<sup>7</sup> *vestivitque eum stola byssina*: y lo vistió con una ropa de lienzo muy fino.

<sup>8</sup> *clamante præcone*: gritando u ordenando un pregonero.

<sup>9</sup> *præpositum esse scirent*: y supie-sen que era el gobernador.

<sup>10</sup> *Vertitque nomen ejus*: Y le cam-bió o mudó el nombre.



tiaca <sup>1</sup> *Salvatorem mundi*: deditque illi uxorem Ase-  
netham filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos <sup>2</sup>. Tri-  
ginta annorum erat Josephus quando stetit in conspec-  
tu regis Pharaonis, et revisit omnes regiones Ægypti.  
Venitque fertilitas septem annorum et in manipulos  
redactæ segetes <sup>3</sup> cumulatae sunt in horrea Ægypti:  
omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus  
condita est: tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ  
maris coæquaretur, et copia mensuram excederet.

#### IV

¶ Nati sunt Josepho filii duo antequam veniret fames,  
vocavitque primogenitum Manassem dicens: «Oblivi-  
»sci fecit me Deus omnium laborum meorum et domus  
»patris mei.» Alterum vero appellavit Ephraimum di-  
cens: «Crescere me fecit Deus in terra paupertatis  
»meæ.» †

Igitur, transactis septem ubertatis annis <sup>4</sup>, cœperunt  
venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Josephus:  
et in universo orbe fames prævaluit, in cuncta autem  
terra Ægypti panis erat; sed demum esurientes Ægyp-  
tii clamaverunt ad Pharaonem alimenta petentes, qui-  
bus ille respondit: «Ite ad Josephum, et quidquid ipse  
»vobis dixerit, facite.» Et cum cresceret fames in uni-  
versa terra, aperuit Josephus horrea, et vendebat  
Ægyptiis frumenta, nam et illos oppresserat fames <sup>5</sup>:  
omnesque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut eme-  
rent escas, et malum inopiæ temperarent.

Audiens Jacobus alimenta vendi <sup>6</sup> in Ægypto, dixit  
filiis suis: «Audiivi triticum venundari in Ægypto: ite,

<sup>1</sup> *lingua ægyptiaca*: en lengua egipcia.

<sup>2</sup> *Heliopoleos*: Heliópolis, ciudad situada a orillas del Nilo, en el Norte de Egipto.

<sup>3</sup> *in manipulos redactæ segetes*: las mieses puestas en gavillas.

<sup>4</sup> *transactis septem ubertatis annis*:

pasados o habiendo pasado los siete años de abundancia.

<sup>5</sup> *nam et illos oppresserat fames*: pues también sobre ellos había caído el azote del hambre.

<sup>6</sup> *alimenta vendi*: que se vendían alimentos.



»et emite nobis necessaria<sup>1</sup>, ut possimus vivere, et non  
»consumamur inopia.» Euntes igitur fratres Josephi  
decem, ut emerent frumenta in Ægypto, Benjamino  
domi retento a Jacobo<sup>2</sup>, qui dixerat fratribus ejus:  
«ne forte in itinere quidquam patiatur mali», ingressi  
sunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emen-  
dum: nam erat etiam fames in terra Chanaan. Tunc  
erat princeps Josephus in Ægypto, atque ad ejus nu-  
tum frumenta populis vendebantur: cumque adoras-  
sent eum fratres sui<sup>3</sup>, et ille agnovisset eos: «Unde ve-  
»nistis?» ait; et illi responderunt: «De terra Chanaan,  
»ut emamus victui necessaria.» Et tamen fratres ipse  
agnoscens, non est cognitus ab eis: recordatusque som-  
niorum, quæ aliquando viderat, ait eis: «Exploratores  
»estis; ut videatis<sup>4</sup> infirmiora terræ, venistis.» Qui di-  
xerunt: «Non est ita: sed servi tui venimus emere ci-  
»bos. Omnes filii unius viri sumus, pacifice venimus,  
»nec quidquam hi famuli tui machinantur mali.» Ille  
respondit: «Aliter est: immunita terræ hujus explora-  
»re venistis.» At illi: «Duodecim, inquit, servi tui  
»fratres sumus, filii unius viri in terra Chanaan: mi-  
»nimus cum patre nostro est: non superest alius»<sup>5</sup>.  
«Exploratores estis, ut dixi, respondit Josephus. Nunc  
»comprobabo vestra verba: per salutem Pharaonis,  
»non egrediemini hinc donec veniat frater vester mi-  
»nimus: mittite ex vobis unum, et adducat eum; vos  
»autem eritis in vinculis donec probentur, quæ dixi-  
»stis, utrum vera an falsa sint.» Tradidit igitur illos  
custodiæ tribus diebus<sup>6</sup>: ac die tertio eductis de car-  
cere ait: «Facite quæ dixi, et vivetis: Deum enim  
»timeo: si pacifici estis, frater vester unus maneat in  
»carcere; vos autem abite, et ferte frumenta quæ emi-

<sup>1</sup> *emite nobis necessaria*: comprado lo que necesitamos.

<sup>2</sup> *Benjamino domi retento a Jacobo*: reteniendo Jacob en casa a Benjamín.

<sup>3</sup> *cumque adorassent eum fratres sui*: y habiéndole adorado sus hermanos, o habiéndose inclinado ante

él profundamente para hacerle acatamiento.

<sup>4</sup> *ut videatis*: a reconocer.

<sup>5</sup> *non superest alius*: el otro no existe, o ha muerto.

<sup>6</sup> *Tradidit igitur illos custodiæ tribus diebus*: Y así los envió a, o metió en la cárcel por tres días.



stis in domos vestras, et fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestra probare verba, et non moriamini.

† Fecerunt ut dixerat, et mutuo sibi dixerunt: «Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam animi illius, dum precaretur nos, et non audivimus: idcirco nobis evenit hæc tribulatio. ¶ **E** quibus unus Ruben ait: «Non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, et non audistis me? En sanguis ejus exquiritur» <sup>1</sup>. Nesciebant autem intelligere Josephum <sup>2</sup> verba illorum, eo quod <sup>3</sup> per interpretem loqueretur eis. Avertit se parumper, et flevit, et reversus <sup>4</sup> locutus est eis. Tollens Simeonem et ligans eum <sup>5</sup>, præsentibus fratribus <sup>6</sup>, jussit ministris ut implerent saccos eorum tritico et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in viam <sup>7</sup>. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta <sup>8</sup> in asinis suis profecti sunt: apertoque, unus, sacco <sup>9</sup>, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: «Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco.» Et obstupefacti turbatique mutuo dixerunt: «Quidquam est, quod fecit nobis Deus?»

Venerunt ad Jacobum Patrem suum in terra Chanaan, et narraverunt ei omnia quæ sibi accidissent, dicentes: «Locutus est nobis dure Dominus terræ et putavit nos exploratores esse provinciæ. Cui respondimus: Pacifici sumus nec ullas molimur insidias: duodecim fratres uno patre geniti sumus: unus non est super <sup>10</sup>, et minimus cum patre nostro est in terra Chanaan.» Qui ait nobis: «Sic probabo an sitis pacifi-

<sup>1</sup> *En sanguis ejus exquiritur*: Ved cómo ahora se nos pide cuenta de su sangre.

<sup>2</sup> *intelligere Josephum*: que José entendía.

<sup>3</sup> *eo quod*: por cuanto o porque.

<sup>4</sup> *et reversus*: y habiendo vuelto.

<sup>5</sup> *Tollens Simeonem et ligans eum*: Cogiendo a Simeón y atándole.

<sup>6</sup> *præsentibus fratribus*: en pre-

sencia de sus hermanos.

<sup>7</sup> *dati supra cibariis in viam*: después de haberles dado, además, víveres para el camino.

<sup>8</sup> *portantes frumenta*: llevando los granos.

<sup>9</sup> *apertoque, unus, sacco*: y uno, habiendo abierto el saco.

<sup>10</sup> *unus non est super*: el uno no existe.



»ci: unum ex vobis dimittite apud me <sup>1</sup>, et cibaria do-  
»mibus vestris necessaria sumite, et abite: fratremque  
»vestrum minimum adducite ad me, ut sciam non esse  
»vos exploratores, et istum qui tenetur in vinculis reci-  
»pere possitis; ac deinde, quæ vultis emendi habeatis  
»licentiam.»

His dictis <sup>2</sup>, cum frumenta effunderent <sup>3</sup>, repererunt  
in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul  
omnibus <sup>4</sup>, dixit pater Jacobus: «Absque liberis me  
»esse fecistis: Josephus non est super: Simeon tenetur  
»in vinculis, et Benjaminum auferetis: in me hæc om-  
»nia mala reciderunt.» Cui respondit Ruben: «Duos  
»filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade  
»illum mihi, et ego eum tibi restituum.» At ille, «non  
»descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater ejus  
»mortuus est, et ipse solus remansit: si quid ei adversi  
»acciderit <sup>5</sup> in terra ad quam pergitis, deducetis canos  
»meos cum dolore ad inferos.»

V

Interim fames omnem terram vehementer preme-  
bat <sup>6</sup>: consumptisque cibis <sup>7</sup>, quos ex Ægypto detule-  
rant, ait Jacobus filiis suis: «Revertimini, et emite no-  
»bis pauxillum escarum.» Respondit Judas: «Denun-  
»tiavit ille vir sub attestazione jusjurandi <sup>8</sup> dicens: Non  
»videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum  
»adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobis-  
»cum, pergemus et ememus tibi necessaria; sin autem  
»non vis, non ibimus: nam vir, ut sæpe diximus, de-  
»nuntiavit nobis dicens: Non videbitis faciem meam

<sup>1</sup> *unum ex vobis dimittite apud me:* dejad conmigo uno de vosotros.

<sup>2</sup> *His dictis:* Dicho esto.

<sup>3</sup> *cum frumenta effunderent:* al vaciar el grano.

<sup>4</sup> *exterritisque simul omnibus:* y todos asombrados a una.

<sup>5</sup> *si quid ei adversi acciderit:* si le aconteciere algún daño.

<sup>6</sup> *vehementer premebat:* castigaba terriblemente.

<sup>7</sup> *consumptisque cibis:* y habiéndose agotado los víveres.

<sup>8</sup> *Denuntiavit ille vir sub attestazione jusjurandi:* aquel hombre nos intimó o aseguró con protesta de juramento.



»absque fratre vestro minimo.» Dixitque eis Jacobus:  
«In meam id fecistis miseriam, quod indicaretis ei et  
»aliud habere vos fratrem»<sup>1</sup>. At illi responderunt:  
«Interrogavit nos vir per ordinem nostram progeniem;  
»si viveret pater, si haberemus fratrem; et nos respon-  
»dimus ei consequenter, juxta id quod fuerat sciscita-  
»tus<sup>2</sup>: Numquid scire poteramus eum dicturum esse<sup>3</sup>,  
»adducite fratrem vobiscum?» Judas quoque dixit pa-  
tri suo: «Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, et  
»possimus vivere; ne moriamur nos et parvuli nostri.  
»Ego suscipio puerum<sup>4</sup>: de manu mea require illum:  
»nisi redduxero et reddidero eum tibi, ero peccati reus  
»in te<sup>5</sup> omni tempore; si non intercessisset dilatio jam  
»bis venissemus»<sup>6</sup>. Tunc Jacobus pater dixit: «Si sic  
»necesse est, facite quod vultis; sumite de optimis terræ  
»fructibus in vasis vestris, et deferte viro munera, mo-  
»dicum resinæ<sup>7</sup> et mellis et storacis et stactes et tere-  
»binthi et amigdalorum. Pecuniam quoque duplicem  
»ferte vobiscum, et illam quam invenistis in sacculis  
»reportate, ne forte errore factum sit: sed et fratrem  
»vestrum tollite<sup>8</sup>, et ite ad virum: Deus autem omni-  
»potens meus faciat vobis eum placabilem, et remittat  
»vobiscum fratrem vestrum quem tenet et hunc Ben-  
»jaminum: nam ego quasi orbatus absque liberis ero.»

Tulerunt ergo viri munera et pecuniam duplicem et Benjaminum descenderuntque in Ægyptum et steterunt coram Josepho<sup>9</sup>. Quos cum ille vidisset<sup>10</sup> et Benjaminum simul, præcepit<sup>11</sup> dispensatori domus suæ dicens: «Introduce viros domum, et occide victimas, et

<sup>1</sup> *et aliud habere vos fratrem*: que todavía o además teniais otro hermano.

<sup>2</sup> *consequenter, juxta id quod fuerat sciscitatus*: en relación con lo que, o al tenor de lo que nos había preguntado.

<sup>3</sup> *eum dicturum esse*: que él iba a decir.

<sup>4</sup> *Ego suscipio puerum*: Yo me encargo del muchacho.

<sup>5</sup> *in te*: contra ti.

<sup>6</sup> *jam bis venissemus*: ya hubiéramos venido dos veces, o ya hubiéramos hecho dos viajes.

<sup>7</sup> *modicum resinæ*: un poco de resina.

<sup>8</sup> *sed et fratrem vestrum tollite*: y tomad además a vuestro hermano.

<sup>9</sup> *et steterunt coram Josepho*: y se presentaron a José.

<sup>10</sup> *Quos cum ille vidisset*: Y habiéndolos él visto.

<sup>11</sup> *præcepit*: dió órdenes.



>instrue convivium quoniam mecum sunt comesturi  
>meridie.>

✠Fecit ille quod sibi fuerant imperatum, et introduxit viros domum, ibique exterriti, dixerunt mutuo: <Prop-  
>ter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris  
>introduci sumus, ut devolvat in nos calumniam, et  
>violenter subjiciat servituti et nos et asinos nostros.✠  
Quamobrem in ipsis foribus accedentes dispensatori  
domus locuti sunt: <Oramus, domine, ut audias nos.  
>Jam ante descendimus ut emeremus escas, quibus  
>emptis <sup>1</sup>, cum venissemus ad diversorium, aperimus  
>saccos nostros, et invenimus pecuniam in ore sacco-  
>rum quam nunc eodem pondere reportavimus <sup>2</sup>: sed  
>et aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis  
>necessaria sunt: non est in nostra conscientia <sup>3</sup> quis  
>posuerit eam in marsupiis nostris.> At ille respondit:  
<Pax vobiscum <sup>4</sup>: nolite timere. Deus vester, et Deus  
>patris vestri, dedit vobis thesauros in saccis vestris;  
>nam pecuniam, quam dedistis mihi probatam <sup>5</sup> ego  
>habeo.> Eduxit ad eos Simeonem, et introductis do-  
mum attulit aquam <sup>6</sup>, et laverunt pedes suos deditque  
pabulum asinis eorum. Illi vero parabant munera, do-  
nec ingrederetur Josephus meridie <sup>7</sup>: audierant enim  
se ibi in convivium admittendos <sup>8</sup>.

✠Igitur ingressus est Josephus domum suam, obtule-  
runtque ei munera fratres, et proni in terram adora-  
verunt eum. At ille clementer resalutavit eos <sup>9</sup>, et inter-  
rogavit dicens: <Salvusne est pater vester <sup>10</sup> de quo  
>loquuti fueratis mihi? Adhuc vivit?> Qui responde-  
runt: <Servus tuus pater noster adhuc vivit.> Et incur-

<sup>1</sup> *quibus emptis*: y comprados éstos.

<sup>2</sup> *quam nunc eodem pondere reportavimus*: la cual ahora volvemos a traer de nuevo en cantidad igual.

<sup>3</sup> *non est in nostra conscientia*: no está en nuestro conocimiento, o no sabemos.

<sup>4</sup> *Pax vobiscum*: La paz sea con vosotros, o tranquilizaos.

<sup>5</sup> *probatam*: en buena moneda.

<sup>6</sup> *et introductis domum, attulit*

*aquam*: y después de haberlos introducido en la casa, les trajo agua.

<sup>7</sup> *meridie*: al mediodía.

<sup>8</sup> *se ibi in convivium admittendos*: que iban a ser allí admitidos a un banquete.

<sup>9</sup> *clementer resalutavit eos*: les devolvió la salutación, o contestó a la salutación con afabilidad.

<sup>10</sup> *Salvusne est pater vester?*: ¿Porventura está bueno vuestro padre?



vati adoraverunt eum. Vidit tum Josephus Benjaminum fratrem suum et ait: «Iste est frater vester minimus?», et rursus illi: «Deus misereatur tui, fili mi.» Festinavitque <sup>1</sup> quia erumpebant laerymæ, et introiens cubiculum fleuit. Rursumque, lota facie <sup>2</sup>, egressus continuit se, et ait: «Ponite panes» <sup>3</sup>: quibus appositis <sup>4</sup>, seorsum Josepho, et seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vesebantur simul <sup>5</sup> seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, et profanum putant hujuscemodi convivium), sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, et minimus juxta ætatem suam; et mirabantur nimis. Sumptis partibus <sup>6</sup> quas ab eo acceperant, major pars venit Benjaminino, ita ut quinque partibus excederet.

VI

✕ Præcepit postea Josephus dispensatori domus suæ, implere saccos eorum frumento, quantum possent capere, et ponere pecuniam singulorum in summo ejusque sacci <sup>7</sup>: scyphum vero suum et pretium quod dedit tritici, poni in ore sacci junioris. Factumque est ita.

Orto sole, dimissi sunt cum asinis suis. Jamque ex urbe exierant, et processerant paululum <sup>8</sup>, cum Josephus accessit domus dispensatore <sup>9</sup>. «Surge, inquit, et persequere viros, et apprehensis dicito <sup>10</sup>: Quare malum pro bono reddidistis? Scyphus, quem furati

<sup>1</sup> *Festinavitque*: Y se apresuró a salir.

<sup>2</sup> *lota facie*: después de haberse lavado la cara (para que no se conociese que había llorado).

<sup>3</sup> *Ponite panes*: Poned los panes, es decir, las viandas; servid la comida.

<sup>4</sup> *quibus appositis*: y servidas las viandas.

<sup>5</sup> *qui vesebantur simul*: que comían con ellos.

<sup>6</sup> *Sumptis partibus*: Tomadas las partes.

<sup>7</sup> *in summo cujusque sacci*: en lo más alto, o en la boca de cada saco.

<sup>8</sup> *processerant paululum*: habían caminado un poco.

<sup>9</sup> *accessit domus dispensatore*: habiendo hecho llamar al mayordomo de su casa.

<sup>10</sup> *et apprehensis dicito*: y después de haberlos prendido, diles.



»estis, idem est in quo bibit dominus meus, et quo so-  
»let ad augurandum uti: pessimam rem fecistis»<sup>1</sup>.

»Fecit ille, ut jusserat Josephus, et apprehensis ex  
jussu locutus est. Illi responderunt: «Quid loqueris?  
»Nos, tui servi, non possumus tantum flagitii commit-  
»tere. Pecuniam, quam invenimus in ore saccorum,  
»reportavimus tibi de terra de Chanaan. Quomodo  
»enim fieri potest<sup>2</sup>, ut furati simus de domo domini  
»tui aurum vel argentum? Apud quemcumque nostrum  
»inventum fuerit quod quæris, moriatur, et nos erimus  
»servi tui.» Tunc dispensatur dixit: «Juxta vestram  
»sententiam fiat: apud quemcumque fuerit inventum  
»ipse sit servus meus; vos autem eritis innoxii.» Itaque  
deponentes in terra saccos<sup>3</sup> aperuerunt singuli: quos  
scrutatus ille<sup>4</sup>, incipiens a majore ad minimum inve-  
nit scyphum in sacco Benjamin. At illi, scissis vestibibus,  
oneratisque rursus asinis<sup>5</sup>, reversi sunt in oppidum.  
Primusque Judas cum fratribus ingressus est ad Jose-  
phum (necdum enim de loco abierat) omnesque ante  
eum pariter in terram corruerunt<sup>6</sup>. Quibus ille ait:  
»Cur sic agere voluistis? An ignoratis neminem esse  
»mei similem augurandi scientia? Cui Judas, quid re-  
»spondebimus, inquit, domino meo, vel quid loquemur,  
»aut juste poterimus obtendere? Deus invenit ini-  
»quitatem servorum tuorum. En omnes servi tui su-  
»mus, et nos et apud quemcumque inventus est scy-  
»phus.» Respondit Josephus: «Absit a me ut sic agam<sup>7</sup>:  
»qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus: vos  
»autem abite liberi ad patrem vestrum.»

Tunc Judas accedens propius confidenter ait: «Oro  
»domine mi, ut audias verba mea, et ne irascaris famu-  
»lo tuo: tu es enim post Pharaonem<sup>8</sup>, interrogasti nos

<sup>1</sup> *pessimam rem fecistis*: habéis hecho una cosa muy mala, ó ¡buena la habéis hecho!

<sup>2</sup> *fieri potest*: puede suceder.

<sup>3</sup> *deponentes in terra saccos*: descargando en tierra los sacos.

<sup>4</sup> *quos scrutatus ille*: y habiéndolos él registrado.

<sup>5</sup> *oneratisque rursus asinis*: y ha-

biendo vuelto a cargar sus acémilas.

<sup>6</sup> *omnesque ante eum pariter in terram corruerunt*: y todos a una se arrojaron al suelo en su presencia.

<sup>7</sup> *Absit a me ut sic agam*: Lejos de mí hacer semejante cosa.

<sup>8</sup> *tu es enim post Pharaonem*: pues tú eres para nosotros un segundo Faraón, u otro Faraón.



> servos tuos: ¿Habetis patrem aut fratrem? Et nos re-  
> spondimus tibi: Est nobis pater senex <sup>1</sup>, et puer par-  
> vulus, qui in senectute illius natus est, et cujus frater  
> mortuus est, et ipsum solum habet mater sua; pater  
> vero tenere diligit eum. Dixistisque servis tuis: Addu-  
> cite eum ad me, ut videam. Tunc tibi respondimus:  
> Non potest puer relinquere patrem suum: si enim  
> illum dimiserit, morietur. Et dixisti servis tuis: Nisi  
> venerit frater vester minimus vobiscum, non videbi-  
> tis amplius faciem meam. Cum ergo ad famulum tuum  
> patrem nostrum rediissemus narravimus ei omnia  
> quæ locutus eras. Quodam die <sup>2</sup> dixit pater noster:  
> Revertimini et emite nobis parum tritici. Tum nos  
> respondimus: Ire non possumus: si frater noster mi-  
> nimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul <sup>3</sup>;  
> alioquin, illo absente, non audemus videre faciem  
> viri. Vos scitis, respondit, uxorem meam duos filios  
> genuisse mihi <sup>4</sup>: egressus est unus, et dixistis, bestia  
> devoravit eum: et huc usque <sup>5</sup> non comparet. Si tule-  
> ritis et istum, et aliquid ei in via contigerit, deduce-  
> tis canos meos cum dolore ad inferos. Igitur si venero  
> in conspectum <sup>6</sup> servi tui patris nostri, et puer defue-  
> rit, videritque eum non esse nobiscum morietur, et  
> nos famuli tui deducemus canos ejus cum dolore ad  
> inferos. Ego idem servus tuus suum, qui in meam  
> hunc recepi fidem <sup>7</sup> et sponendi dicens <sup>8</sup>: Nisi redu-  
> xero eum, peccati reus ero in patrem omni tempore.  
> Manebo itaque servus tuus pro puero <sup>9</sup> in ministerio  
> domini mei, et redeat puer cum fratribus; non enim  
> possum redire ad patrem absente puero <sup>10</sup>, ne calami-

<sup>1</sup> *Est nobis pater senex*: Tenemos a nuestro padre anciano.

<sup>2</sup> *Quodam die*: Un día.

<sup>3</sup> *proficiscemur simul*: iremos juntos.

<sup>4</sup> *uxorem meam duos filios genuisse mihi*: que mi querida esposa (Raquel) me dió dos hijos.

<sup>5</sup> *huc usque*: hasta ahora.

<sup>6</sup> *si venero in conspectum servi tui*

*patris nostri*: si me presentare a nuestro padre, tu servidor.

<sup>7</sup> *qui in meam hunc recepi fidem*: que respondí por él.

<sup>8</sup> *et sponendi dicens*: y me obligué diciendo.

<sup>9</sup> *Manebo itaque servus tuus pro puero*: Me quedaré, pues, por esclavo tuyo en vez del muchacho.

<sup>10</sup> *absente puero*: sin el muchacho.



>tati quæ oppressura est patrem meum testis assi-  
>stam> <sup>1</sup>.

VII

Non se poterat ultra cohibere Josephus, multis coram adstantibus <sup>2</sup>, quamobrem præcepit ut egredierentur cuncti foras et nullus interesset alienus agnitione mutuæ<sup>3</sup>. Elevavitque vocem cum fletu; quam audierunt Ægyptii omnisque domus Pharaonis et dixit fratribus suis: «Ego sum Josephus. Adhuc pater meus vivit?» Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti <sup>4</sup>. Quibus ille clementer, «accedite, ait, ad me.» Et cum accessissent prope, «ego sum, inquit, Josephus frater vester quem vendidistis in Ægyptum: nolite pavere, neque vobis durum videatur me venditum esse a vobis <sup>5</sup> in has regiones. Pro salute enim vestra <sup>6</sup> misit me Deus ante vos in Ægyptum. Annos abhinc duos <sup>7</sup> est in terra fames; et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti: præmisitque me Deus, ut reservemini super terram et escas ad vivendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti. Festinate: ite ad patrem meum, et dicite ei: Hæc mandat <sup>8</sup> filius tuus Josephus: Deus fecit me dominum universæ terræ Ægypti: descende ad me: ne moreris <sup>9</sup>: habitabis in terra Gessen <sup>10</sup>, et eritis apud

<sup>1</sup> *ne... testis assistam*: por no asistir como testigo a..., o por no ser testigo de la desgracia que va a caer sobre mi padre.

<sup>2</sup> *multis coram adstantibus*: a vista de los muchos que presentes estaban.

<sup>3</sup> *et nullus interesset alienus agnitioni mutuæ*: y que no presenciase ningún extraño el acto de reconocerse unos a otros José y sus hermanos.

<sup>4</sup> *nimio terrore perterriti*: sobrecogidos de grandísimo terror.

<sup>5</sup> *me venditum esse a vobis*: que haya sido yo vendido por vosotros.

<sup>6</sup> *Pro salute enim vestra*: Pues por vuestro bien...

<sup>7</sup> *Annos abhinc duos*: Hace dos años.

<sup>8</sup> *Hæc mandat*: Esto te envía a decir.

<sup>9</sup> *ne moreris*: no te detengas.

<sup>10</sup> *Gessen*. Región fertilísima de Egipto; fué su capital Ramesses; el nombre de esta región significa lluvia.



I  
» me <sup>1</sup> tu et filii tui, et filii filiorum tuorum, et oves tuæ,  
» et armentua tua, et universa que possides. Ibi que te  
» pascam (adhuc enim quinque anni supersunt famis),  
» ne et tu pereas, et domus tua, et omnia quæ possides.  
» En oculi vestri et oculi fratris mei Benjamini vident  
» quod os meum loquatur. Nuntiate patri meo univer-  
» sam gloriam meam et cuncta quæ vidistis in Ægypto:  
» festinate, et adducite eum ad me. † Cumque amplexa-  
tus <sup>2</sup> recidisset in collum Benjamini fratris sui, flevit,  
illo quoque similiter flente <sup>3</sup> super collum ejus. Oscu-  
latusque est Josephus omnes fratres suos, et ploratus  
est super singulos, et tunc jam sunt ausi cum eo col-  
loqui.

Interim hæc vulgata erant in aula regia. Venerunt fratres Josephi, et gavisus est Pharao <sup>4</sup> et omnis familia ejus. Præcepitque rex Josepho, ut id fratribus imperaret: «Onerantes jumenta ite in terram Chanaan; » et tollite inde patrem vestrum et cognationem, et » venite ad me, et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, » ut comedatis medullam terræ. » Fecerunt filii Israelis, ut eis mandatum fuerat, quibus dedit Josephus plaustra, ut præceperat Pharao, et cibaria; singulis quoque proferri jussit binas stolas. Benjaminino vero dedit trecentos argenteos cum stolis quinque optimis. Misit etiam patri tantundem pecuniæ ac vestium, et addidit asinos decem, qui subveherent ex omnibus divitiis Ægypti, et totidem asinas triticum in itinere panesque portantes <sup>5</sup>. Dimisit inde fratres, et proficiscentibus ait <sup>6</sup>: «Ne irascamini in via.» Qui ascendentes ex Ægypto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Jacobum, eique dixerunt: «Josephus filius vivit, et ipse » dominatur in omni terra Ægypti.» Quo audito <sup>7</sup>, Jaco-

<sup>1</sup> *et eritis apud me:* y estaréis o viviréis cerca de mí o conmigo.

<sup>2</sup> *Cumque amplexatus:* Y abrazándole.

<sup>3</sup> *illo quoque similiter flente:* llorando aquél igualmente.

<sup>4</sup> *et gavisus est Pharao:* y el Faraón manifestó gran complacencia, o

se holgó mucho.

<sup>5</sup> *triticum in itinere panesque portantes:* que llevasen trigo y panes para el camino.

<sup>6</sup> *et proficiscentibus ait:* y cuando estaban para marchar, les dijo.

<sup>7</sup> *Quo audito:* Oído lo cual.



bus, quasi e somno gravi evigilans <sup>1</sup>, tamen non credebatur eis. Illi e contra <sup>2</sup> referebant omnia quæ contingerant eis. Cumque vidisset plaustra et omnia quæ miserat filius, revixit spiritus ejus, et ait: «Sufficit mihi; si adhuc Josephus filius vivit, vadam et videbo illum antequam moriar.»

Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit in Puteum juramenti, et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaaci <sup>3</sup>, audivit eum per visionem noctis vocantem se ac dicentem: «Jacobe! Jacobe!» Cui respondit: «Ecce adsum», et Deus illi: «Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia ibi faciam te patrem magnæ gentis, ego descendam tecum illuc, et ego inde adducam te revertentem. Josephus quoque ponet manus suas super oculos tuos» <sup>5</sup>.

Surrexit autem Jacobus a Puteo juramenti, tuleruntque eum filii cum parvulis et uxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharaon ad portandum senem <sup>6</sup>. Misit autem Judam ante se ad Josephum, ut nuntiaret ei adventum patris, et occurreret in Gessen <sup>7</sup>. Quo cum pervenisset, juncto Josephus curru suo <sup>8</sup>, ascendit obviam patri ad eundem locum: vidensque eum irruit collum ejus et inter amplexus flevit. Dixitque pater Josepho: «Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam et superstitem te relinquo» <sup>9</sup>. At ille locutus est fratribus suis: «Ibo et adventum vestrum nuntiabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei et domus patris mei, qui erant in terra Chanaan venerunt ad me; et sunt viri pastores ovium, curamque habent alendorum gre-

<sup>1</sup> *e somno gravi evigilans*: despertando de un profundo sueño.

<sup>2</sup> *e contra*: por el contrario.

<sup>3</sup> *mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaaci*: después de haber sacrificado allí víctimas al Dios de su padre Isaac.

<sup>4</sup> *et ego inde adducam te revertentem*: y yo te traeré de allí cuando vuelvas.

<sup>5</sup> *ponet manus suas super oculos*

*tuos*: pondrá sus manos sobre tus ojos, o te cerrará los ojos con sus manos cuando mueras.

<sup>6</sup> *ad portandum senem*: para llevar al anciano.

<sup>7</sup> *et occurreret in Gessen*: y le saliera al encuentro en la tierra de Gesén.

<sup>8</sup> *juncto curru suo*: habiendo enganchado su carro.

<sup>9</sup> *superstitem te relinquo*: te dejo vivo.



>gum <sup>1</sup>: pecora sua et armenta et omnia quæ habere  
>potuerunt, adduxerunt secum.> Cumque vocaverit  
vos, et dixerit: «Quod est opus vestrum?» <sup>2</sup>. Respon-  
debitis: «Viri pastores sumus, servi tui, ab infantia  
>nostra <sup>3</sup> usque in præsens et nos et patres nostri.>  
Hæc autem dicetis, ut habitare possitis <sup>4</sup> in terra Ges-  
sen, quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium.

### VIII

• Ingressus ergo Josephus <sup>5</sup>, nuntiavit Pharaoni ad-  
ventum patris dicens: «Pater meus et fratres, oves  
>eorum et armenta et cuncta quæ possident, venerunt  
>de terra Chanaan, et nunc consistunt in terra Gessen.>  
Deinde minimos fratrum suorum quinque viros con-  
stituit coram rege <sup>6</sup>, quos interrogavit ille: «Quid habe-  
>tis operis?» <sup>7</sup>. Responderunt: «Pastores ovium sumus,  
>servi tui, et nos et patres nostri; ad peregrinandum <sup>8</sup>  
>in terra tua venimus, quia non est herba gregibus  
>servorum tuorum; ingravescente fame <sup>9</sup> in terra Cha-  
>naan: petimusque, ut esse nos jubeas <sup>10</sup> servos tuos in  
>terra Gessen.> Dixit itaque rex Josepho: «Pater tuus,  
>et fratres tui venerunt ad te: terra Ægypti in con-  
>spectu tuo est <sup>11</sup>; in optimo loco fac eos habitare, et  
>trade eis terram Gessen. Ac si nosti inter eos esse  
>viros industrios, constitue illos magistros pecorum  
>meorum» <sup>12</sup>. Post hæc introduxit Josephus patrem

<sup>1</sup> *curamque habent alendorum gregum*: y se dedican a criar ganados.

<sup>2</sup> *Quod est opus vestrum?*: ¿Cuál es vuestra ocupación, o en qué os ocupáis?

<sup>3</sup> *ab infantia nostra*: desde nuestra infancia.

<sup>4</sup> *ut habitare possitis*: para que podáis habitar.

<sup>5</sup> *Ingressus ergo Josephus*: Habiendo, pues, entrado José.

<sup>6</sup> *constituit coram rege*: presentó al rey.

<sup>7</sup> *Quid habetis operis?*: ¿Qué ocu-

pación tenéis?

<sup>8</sup> *ad peregrinandum*: a estar algún tiempo o temporalmente.

<sup>9</sup> *ingravescente fame*: por haberse recrudecido el hambre.

<sup>10</sup> *ut esse nos jubeas*: que ordenes que habitemos nosotros.

<sup>11</sup> *terra Ægypti in conspectu tuo est*: la tierra de Egipto está ante tu vista, o ahí tienes a tu disposición la tierra de Egipto.

<sup>12</sup> *constitue illos magistros pecorum meorum*: nómbralos mayores de mis ganados.



suum ad regem, qui benedicens Pharaoni <sup>1</sup>, et interrogatus ab eo, «quot sunt dies annorum vitæ tuæ?» Respondit: «Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt parvi et mali <sup>2</sup>, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.» Et benedicto rege <sup>3</sup>, egressus est foras.

✠ Josephus vero patri et fratribus suis dedit possessionem in Ægipto in optimo terræ loco Ramesses, ut præceperat Pharaon. Et alebat eos omnemque domum patris præbens cibaria singulis: in toto enim orbe panis deerat et oppresserat fames terram, maxime Ægypti et Chanaan, e quibus regionibus omnem pecuniam congregavit Josephus et intulit eam in ærarium regis. Nam cum defecisset emptoribus pretium <sup>4</sup>, venit cuncta Ægyptus ad Josephum, et dixit: «Da nobis panes: morimur enim coram te, deficiente nobis pecunia» <sup>5</sup>. Quibus ille respondit: «Adducite pecora vestra, et dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.» Quæ cum adduxissent <sup>6</sup>, dedit eis alimenta pro equis et ovibus et bobus et asinis, sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum <sup>7</sup>.

Venerunt quoque anno secundo, et dixerunt ei: «Non te cælabimus dominum nostrum, deficiente nobis pecunia, simul defecisse pecora; nec ignoras nihil jam nobis esse reliquum <sup>8</sup> præter corpora et terras. Moriemur ergo te vidente? <sup>9</sup> Et nos et terra nostra tui erimus: eme nos in servitutem regiam <sup>10</sup>, et præbe semina, ne, pereunte cultore <sup>11</sup>, redigatur terra in solitudinem.» Emit igitur Josephus omnem terram

<sup>1</sup> *benedicens Pharaoni*: deseando al Faraón todo género de prosperidades y bienes.

<sup>2</sup> *mali*: trabajosos, o llenos de penalidades.

<sup>3</sup> *benedicto rege*: después de haber pedido o rogado para el rey todo género de prosperidades.

<sup>4</sup> *cum defecisset emptoribus pretium*: habiendo llegado a faltar dinero a los compradores.

<sup>5</sup> *deficiente nobis pecunia*: porque

nos falta dinero.

<sup>6</sup> *Quæ cum adduxissent*: Y habiéndoselos traído.

<sup>7</sup> *pro commutatione pecorum*: a cambio de sus ganados.

<sup>8</sup> *nihil jam nobis esse reliquum*: que nada nos queda ya.

<sup>9</sup> *te vidente*: viéndolo tú.

<sup>10</sup> *eme nos in servitutem regiam*: cómpranos para siervos del rey.

<sup>11</sup> *pereunte cultore*: al morir los cultivadores ó agricultores.



Ægypti, vendentibus singulis<sup>1</sup> possessiones suas præ magnitudine famis<sup>2</sup>, subiecitque eam Pharaoni, et cunctos populos ejus, a novissimis terminis<sup>3</sup> Ægypti usque ad extremos fines ejus, præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis: quibus et statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, et idcirco non sunt compulsi vendere<sup>4</sup> possessiones suas. Hac de causa<sup>5</sup> dixit Josephus populis: «En, ut cernitis, et vos et terram vestram Pharaon possidet; accipite semina, et serite agros, ut fruges habere possitis; sed quintam regi dabitis partem; quatuor vero reliquas, permitto vobis in sementem, et in cibum<sup>6</sup> familiis et liberis vestris.» Qui responderunt: «Salus nostra in manu tua est<sup>7</sup>; respiciat nos tantum dominus noster<sup>8</sup>, et læti serviemus regi.» Ex eo tempore usque in præsentem diem, in universa terra Ægypti regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem<sup>9</sup>, absque terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione<sup>10</sup> fuit.

## IX

Habitavit ergo Israel, decem et septem annis in Ægypto, id est, in terra Gessen, et possedit eam, auctusque est et multiplicatus nimis; factique sunt omnes dies vitæ illius<sup>11</sup> centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret diem mortis suæ,

<sup>1</sup> *vendentibus singulis possessiones suas*: vendiendo cada cual sus posesiones.

<sup>2</sup> *præ magnitudine famis*: en fuerza del rigor del hambre.

<sup>3</sup> *a novissimis terminis*: desde los límites más próximos.

<sup>4</sup> *non sunt compulsi vendere*: no fueron obligados a vender.

<sup>5</sup> *Hac de causa*: Por esta razón.

<sup>6</sup> *in sementem, et in cibum*: para simiente y para alimento.

<sup>7</sup> *Salus nostra in manu tua est*: nuestro presente y nuestro porvenir

están en tus manos.

<sup>8</sup> *respiciat nos tantum dominus noster*: mírenos nuestro amo (José) con compasión.

<sup>9</sup> *et factum est quasi in legem*: y se convirtió como en ley, o vino a ser como una ley, o a tener fuerza de ley.

<sup>10</sup> *libera ab hac conditione*: exenta de este tributo.

<sup>11</sup> *factique sunt omnes dies vitæ illius*: y todos los días de su vida sumaron o llegaron a...



vocabit filium suum Josephum, et dixit ei: «Si inveni gratiam in conspectu tuo<sup>1</sup>, non sepelias me in Ægypto; sed dormiam cum patribus meis, et aufer me de terra hac, condeque me in sepulcro majorum meorum.» Cui respondit Josephus: «Ego faciam quod jussisti.» Et ille: «Jura ergo, inquit, mihi.» Quo jurante<sup>2</sup>, adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput<sup>3</sup>. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, et obiit.

Quod cernens Josephus, ruit super faciem patris flens et deosculans eum; præcepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem<sup>4</sup>, quibus jussa explentibus<sup>5</sup>, transierunt quadraginta dies (iste quippe mos erat cadaverum conditorum), flevitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

Expleto planctus tempore<sup>6</sup>, dixit Josephus Pharaoni: «Eo quod<sup>7</sup> pater meus adjuraverit me<sup>8</sup> dicens: En morior; in sepulcro meo quod fodi in terra Chanaan sepelies me, ascendam et sepeliam patrem meum, ac revertar.» Dixitque ei Pharao: «Ascende et sepeli patrem tuum sicut adjuratus es.» Quo ascendente<sup>9</sup>, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti, et domus Josephi cum fratribus suis absque parvulis et gregibus atque armentis quæ dereliquerant in terra Gessen: habuit quoque in comitatu currus et equites, et facta est turba non modica. /

Veneruntque ad aream Atad<sup>10</sup> quæ sita est trans Jordanem: ibique celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies. Quod cum

<sup>1</sup> *Si inveni gratiam in conspectu tuo*: Si he encontrado gracia en tu presencia; es decir, si me amas y respetas como buen hijo.

<sup>2</sup> *Quo jurante*: Y jurando él.

<sup>3</sup> *conversus ad lectuli caput*: vuelto hacia la cabecera de la cama.

<sup>4</sup> *ut aromatibus condirent patrem*: que embalsamaran el cadáver de su padre.

<sup>5</sup> *quibus jussa explentibus*: y mientras éstos cumplimentaban lo man-

dado.

<sup>6</sup> *Expleto planctus tempore*: Terminado el tiempo del luto.

<sup>7</sup> *Eo quod*: Porque.

<sup>8</sup> *adjuraverit me*: me tomó juramento.

<sup>9</sup> *Quo ascendente*: Y al subir él.

<sup>10</sup> *aream Atad*: el campo o explanada de Atad, situada a tres millas de Jericó y a dos de la ribera occidental del Jordán.



vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: «Planctus magnus est iste Ægyptiis»; et idcirco vocatum est nomen loci illius, planctus Ægypti.

† Fecerunt ergo filii Jacobi sicut præceperat eis: et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abrahamus cum agro in possessione sepulcri. †

† Sepulto patre, reversus est Josephus in Ægyptum cum fratribus suis, et omni comitatu, sed timentes illi ne forte memor esset injuriarum, quas a fratribus acceperat, ac redderet eis malum quod fecerant, miserunt ei qui dicerent: «Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc, illius verbis <sup>1</sup> tibi dicemus: — Obsecro, ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, et peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te <sup>2</sup>. Nos quoque oramus, ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.» Quibus auditis <sup>3</sup> flevit Josephus: veneruntque ad eum fratres sui, et proni adorantes in terram <sup>4</sup> dixerunt: «Servi tui sumus.» Quibus ille respondit: «Nolite timere. Num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis mihi malum; sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me sicut in præsentia cernitis <sup>5</sup>, et salvos faceret multos populos. Nolite timere: ego alam vos, et vestros liberos.» Consolatusque est eos et blande ac leniter est locutus.

Habitavit Josephus in Ægypto cum omni domo patris sui, vixitque centum decem annis, et vidit Ephraimi filios usque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Manasse nati sunt in genibus Josephi.

Quibus transactis <sup>6</sup>, locutus est fratribus suis: «Dura servitus premet vos; sed non deseremini a Deo, qui tandem deducet vos ex Ægypto in terram quam promisit Abrahamo, Isaaco, et Jacobo: nunc vero rogo,

<sup>1</sup> *illius verbis*: de su parte o en su nombre.

<sup>2</sup> *in te*: contra ti.

<sup>3</sup> *Quibus auditis*: Y oídas estas palabras.

<sup>4</sup> *et proni adorantes in terram*: y

adorándole postrados en tierra.

<sup>5</sup> *sicut in præsentia cernitis*: como ahora veis.

<sup>6</sup> *Quibus transactis*: Y pasadas estas cosas.



› ut vobiscum illuc ossa mea deportetis.› Et cum id fratres jurejurando assererent, mortuus atque aromatibus conditus repositus est in loculo in Ægypto. Denique, cursu temporum <sup>1</sup> postquam in Chanaan filii Israelis pervenerunt, in tumulo ab ipsis in Sichem ædificato sepultus est.

---

<sup>1</sup> *cursu temporum*: andando el tiempo.



# JUDITH

## I

Arphaxad <sup>1</sup>, rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, et ipse ædificavit civitatem potentissimam quam appellavit Ecbatanis: et gloriabatur propter potentiam exercitus sui gloriamque quadrigarum suarum <sup>2</sup>. Anno igitur duodecimo regni sui <sup>3</sup>, Nabuchodonosor <sup>4</sup>, rex Assyriorum, qui regnabat Ninive <sup>5</sup> civitate magna, pugnavit cum Arphaxad et vicit eum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosoris, et cor ejus elevatum est <sup>6</sup> et misit nuntios ad omnes qui habitabant in Cilicia <sup>7</sup>, et Damasco <sup>8</sup>, et Libano <sup>9</sup>, in Carmelo et Cedar, et inhabitantes Galilæam in campo magno Esdreton, et ad omnes qui erant in Samaria <sup>10</sup>, et trans flumen Jordanem, et omnem terram Jesse <sup>11</sup>,

<sup>1</sup> *Arphaxad*. Este es el rey de los medos, llamado Deyoces en la historia profana, y, según otros, Fraortes, hijo y sucesor de Deyoces.

<sup>2</sup> *gloriamque quadrigarum suarum*: y por la magnificencia de sus carros.

<sup>3</sup> *regni sui*: de su reinado.

<sup>4</sup> *Nabuchodonosor*. Los hebreos llamaban Nabucodonosor a los reyes de los pueblos del otro lado del Éufrates. Este Nabucodonosor parece ser Saosduchuin, hijo de Assarhadon y nieto de Sennaquerib.

<sup>5</sup> *Ninive*. Ciudad capital de Asiria.

<sup>6</sup> *elevatum est*: se engrió o enorgulleció.

<sup>7</sup> *Cilicia*: Cilicia, región del Asia Menor, llamada hoy *Adara* por los turcos.

<sup>8</sup> *Damasco*: Damasco, ciudad antiquísima, capital de Siria; hoy conserva el mismo nombre.

<sup>9</sup> El monte Líbano, en la Siria meridional.

<sup>10</sup> *Samaria*. Región situada en el centro de Palestina: tuvo por capital la ciudad del mismo nombre, que lo fué también más adelante del reino de Israel.

<sup>11</sup> *Jesse*. Región de la parte más meridional y occidental de la Arabia; es quizá la tierra de Gesén, que habitó Jacob en Egipto.



usque ad terminos Æthiopiæ. Qui omnes uno animo contradixerunt <sup>1</sup>, et remiserunt eos vacuos, et sine honore abjecerunt. Et indignatus Nabucodonosor rex sub attestatione jusjurandi promisit, illam se injuriam vindicaturum. Vocavit igitur omnes majores natu, omnesque duces, et bellatores suos, quibus consilium clam petiit: dixitque cogitationem suam in eo esse <sup>2</sup>, ut omnem terram suo subjugaret imperio. Quod dictum cum placeret omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, et dixit ei: <Egredere adversus omnes regiones occidentis, et > contra eos præcipue, qui contempserunt imperium > meum: nec ulli genti parcas, omnemque urbem munitam subjugabis mihi.> Tunc Holofernes vocavit duces et magistratus militiæ Assyriorum <sup>3</sup>, et dinumeravit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, et vidit esse centum viginti millia, peditum pugnatorum, et equitum sagittariorum duodecim millia. Omnemque expeditionem suam præmisit magno cum numero camelorum, et cum his etiam quæ exercitibus sufficerent copiose; nempe boum armenta gregesque ovium quorum non erat numerus <sup>4</sup>. Aurum vero et argentum de domo regis assumpsit multum nimis <sup>5</sup>.

Sic profectus est ipse, et omnis exercitus cum quadrigis et equitibus et sagittariis qui cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ. Cumque pertransiisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange <sup>6</sup> qui sunt a sinistro Ciliciæ, ascenditque omnia castella eorum, et obtinuit omnem munitionem <sup>7</sup>. Effregit <sup>8</sup> postea civitatem divitissimam Melothi, prædavitque omnes filios Tharsis et filios Ismaelis: deinde transivit Euphratem et venit in Mesopotamiam, et fregit omnes civitates

<sup>1</sup> *uno animo contradixerunt*: de común acuerdo los rechazaron.

<sup>2</sup> *cogitationem suam in eo esse*: que tenía resuelto o pensado.

<sup>3</sup> *duces et magistratus militiæ*: jefes y oficiales del ejército.

<sup>4</sup> *quorum non erat numerus*: que no tenían número.

<sup>5</sup> *multum nimis*: en cantidad ex-

cesiva.

<sup>6</sup> *Ange*. Opinan algunos que estos montes son el Tauro y Antitauro; otros creen que es el monte Argee, que se eleva al Norte de la alta Cilicia.

<sup>7</sup> *el obtinuit omnem munitionem*: y se apoderó de toda plaza fuerte.

<sup>8</sup> *Effregit*: Arrasó.



excelsas quæ erant ibi a torrente Mambre usque ad mare; occupavit terminos ejus a Cilicia usque ad fines Japhet, qui sunt ad austrum<sup>1</sup>: abduxitque omnes filios Madian, et prædavit omnem locupletationem eorum: omnesque resistentes sibi gladio occidit<sup>2</sup>. Post hæc descendit in campos Damasci tempore messis, et succendit omnia sata, omnesque arbores et vineas fecit incidi<sup>3</sup>, et cecidit timor illius super omnes habitantes terræ.

Tunc enim miserunt legatos suos universarum urbium ac provinciarum reges ac principes: qui venientes ad Holofernem, dixerunt: Desinat<sup>4</sup> indignatio tua > erga nos: melius enim est, ut viventes serviamus Nabuchodonosori regi magno, et subditi simus tibi<sup>5</sup>, > quam morientes, cum interitu nostro ipsi servitutis > nostræ damna patiamur. Omnes civitates nostræ, omnes possessiones, omnesque montes et colles et campi et armenta boum gregesque ovium et caprarum > equorumque et camelorum et universæ opes nostræ > atque familiæ in potestate tua sunt. Nos et filii nostri, > servi tui sumus: esto nobis pacificus dominus et utere > servitio nostro, sicut placuerit tibi.>

Tunc descendit de montibus acie magna equitum<sup>6</sup>, et occupavit omnes civitates. Et de universis urbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes et electos ad bellum: tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes et honorati simul cum populis exirent obviam venienti, excipientes eum coronis et lampadibus, ducentesque choros cum tympanis et tibiis<sup>7</sup>. Nec ista tamen facientes<sup>8</sup> ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt; nam et civitates eorum destruxit, et lucos eorum excidit<sup>9</sup>, præceperat

<sup>1</sup> *qui sunt ad austrum*: que están al Mediodía.

<sup>2</sup> *gladio occidit*: pasó a cuchillo.

<sup>3</sup> *omnia sata... fecit incidi*: hizo que todos los sembrados... se talasen.

<sup>4</sup> *Desinat*: Cese.

<sup>5</sup> *subditi simus tibi*: que estemos sometidos a tí.

<sup>6</sup> *acie magna equitum*: con gran número de caballos.

<sup>7</sup> *ducentesque choros cum tympanis et tibiis*: y danzando con tambores y flautas.

<sup>8</sup> *Nec ista tamen facientes*: Y ni aun haciendo esto.

<sup>9</sup> *excidit*: taló.



enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet, ut ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, qui potuissent Holofernus potentia subjugari. Pertransiens autem Syriam Sobal et omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in regionem Gabaa, et urbibus eorum potitus est, et sedit ibi triginta diebus, in quibus adunari<sup>1</sup> præcepit universum exercitum suum.

## II

Tunc audientes hæc filii Israelis, qui habitabant in terra Judæ, timuerunt valde ne idem faceret Hierosolymæ et templo Domini<sup>2</sup>, quod fecerat cæteris civitatibus et templis earum: et miserunt milites in regionem Samariæ usque Jericho, et præoccupaverunt<sup>3</sup> omnes vertices montium, murisque circumdederunt<sup>4</sup> vicos suos, et paraverunt frumenta ad bellum. Sacerdos etiam Eliachim scripsit omnibus habitantibus regionem quæ vergit ad Esdreton, et illis per quos viæ transitus esse poterat<sup>5</sup>, ut obtineret ascensus montium<sup>6</sup>, per quos via esset ad Hierusalem, et illic custodirent angosta itinera inter montes. Et sic fecerunt filii Israelis, ut constituerat eis sacerdos Domini Eliachim.

Clamavit postea populus ad dominum instantia magna, et humiliaverunt animas suas jejuniis et orationibus ipsi et mulieres eorum: induerunt se sacerdotes ciliciis, postraverunt infantes contra faciem templi<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *adunari*: que se juntase.

<sup>2</sup> *ne idem faceret Hierosolymæ et templo Domini*: no hiciese con Jerusalem y con el templo del Señor lo mismo que...

<sup>3</sup> *et præoccupaverunt*: y ocuparon de antemano.

<sup>4</sup> *murisque circumdederunt*: y rodearon de muros.

<sup>5</sup> *et illis per quos viæ transitus esse poterat*: y a los que podían estar al paso en el camino.

<sup>6</sup> *ut obtinerent ascensus montium*: para que ocuparan las subidas de los montes.

<sup>7</sup> *contra faciem templi*: delante del templo.



Domini, altare ejus operuerunt cilicio, et clamaverunt una voce ad dominum Deum Israelis, ne darentur in prædam infantes eorum, et uxores in divisionem <sup>1</sup>, et urbes in exterminium, et sancta loca in profanationem, et fierent ipsi opprobrium gentibus <sup>2</sup>. Tunc Eliachim sacerdos Domini allocutus est Israeli, dicens: «Scitote preces vestras exaudiendas a Domino <sup>3</sup>, si constanter permanseritis in jejuniis, et orationibus in conspectu suo. Memores estote Moysi <sup>4</sup> servi Domini, qui Amalec confidentem virtute, ac potentia sua, clypeis, curribus, et equitibus exercitus sui, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando dejecit: sic erunt omnes hostes Israelis, si perseveraveritis in hoc quod incœpistis.»

Post hanc exhortationem, deprecantes Dominum filii Israelis manebant in conspectu ejus orantes ita, ut etiam hi <sup>5</sup> qui offerebant Deo holocausta, præcincti ciliciis <sup>6</sup> offerrent sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum <sup>7</sup>, et ex toto corde suo omnes orabant Deum, ut succurreret populo suo.

Nuntiatum est Holoferni principi militiæ Assyriorum, filios Israelis paratos esse ad resistendum <sup>8</sup>, ac montium itinera conclusisse <sup>9</sup>; et nimio furore exarsit, vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon, quibus dixit: «Dicite mihi, quis sit populus iste qui montana obsidet, aut quæ, et quales, et quantæ sint urbes eorum, quæ etiam virtus <sup>10</sup>, aut quæ sit multitudo, vel quis rex militiæ illorum? Quare ex omnibus, qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, et non exierunt obviam nobis ad conciliandam pacem?»

<sup>1</sup> *in divisionem*: en cautiverio.

<sup>2</sup> *et fierent ipsi opprobrium gentibus*: y fuesen convertidos en objeto de oprobio para los demás pueblos.

<sup>3</sup> *exaudiendas a Domino*: que serán oídas por el Señor (vuestras súplicas).

<sup>4</sup> *Memores estote Moysi*: Acordaos de Moisés.

<sup>5</sup> *ut etiam hi*: que aun aquellos.

<sup>6</sup> *præcincti ciliciis*: vestidos de cilicio.

<sup>7</sup> *et erat cinis super capita eorum*: y tenían sus cabezas cubiertas de ceniza.

<sup>8</sup> *filios Israelis paratos esse ad resistendum*: que los hijos de Israel estaban dispuestos a resistir.

<sup>9</sup> *montium itinera conclusisse*: que habían obstruido los pasos o desfiladeros de los montes.

<sup>10</sup> *quæ etiam (sic) virtus*: cuál es, además, su poder.



Tunc Achior dux omnium filiorum Ammonis respondit: «Si digneris audire, domine mi, dicam veritatem tibi de populo isto <sup>1</sup> qui in montanis habitat. Populus iste primum in Mesopotamia <sup>2</sup> habitavit: filii ejus unum Deum cæli coluerunt, qui et præcepit eis ut exirent inde, et habitarent in Charan <sup>3</sup>. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, ubi per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravaret eos <sup>4</sup> rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium suarum in luto et latere subjugasset eos <sup>5</sup>, clamaverunt ad Dominum suum, et percussit totam terram Ægyptii plagarum multitudine. Cumque ejecissent eos Ægyptii a se, et cessasset calamitas, et iterum eos vellent capere et ad suum servitium revocare, fugientibus his <sup>6</sup>, Deus mare aperuit ita, ut utrinque aquæ quasi murus solidarentur, et illi pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco, dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, ut nec remaneret unus <sup>7</sup> qui factum posteris nuntiaret. Egressi vero e mari Rubro, deserta Sina montis occupaverunt, in quibus nunquam homo habitare potuit vel filius hominis requievit. Ibi fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, et per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt <sup>8</sup>. Ubicumque ingressi sunt sine arcu et sagitta, et absque scuto et gladio, Deus eorum pugnavit pro eis et vicit: et non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a culto Domini Dei sui: quotiescumque vero præter

<sup>1</sup> *de populo isto*: acerca de este pueblo.

<sup>2</sup> *Mesopotamia*. Región de Asia, que se llamó así por estar situada entre los dos ríos Tigris y Eufrates.

<sup>3</sup> *Charan*. Ciudad de Siria, en la región de Theneth; es sin duda la tierra de Canaán, puesto que en la versión de los LXX se lee: *εις γην χαναάν*.

<sup>4</sup> *Cumque gravaret eos*: y vejándolos.

<sup>5</sup> *atque in ædificationibus urbium suarum in luto et latere subjugasset eos*: y habiéndolos obligado a trabajar en barro y ladrillo para edificar sus ciudades.

<sup>6</sup> *fugientibus his*: cuando éstos huían.

<sup>7</sup> *ut nec remaneret unus*: que no quedó ni uno solo.

<sup>8</sup> *annonam de cælo consecuti sunt*: consiguieron o alcanzaron alimento del cielo.



» ipsum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in  
» prædam, et in gladium, en in opprobrium: quoties-  
» cumque pœnituit eos recessisse a cultu Dei sui, dedit  
» ipsis Deus cœli virtutem resistendi, et usque dum  
» non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis  
» bona; Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam et  
» ante hos annos, cum recessissent a via quam illis  
» monstrarat Deus, exterminati sunt præliis <sup>1</sup> a multis  
» nationibus, et plurimi eorum captivi abducti in alie-  
» nam regionem. Nuper autem reversi ad Dominum  
» Deum suum, ex dispersione quam patiebantur adu-  
» nati sunt, et ascenderunt montes hos omnes, et ite-  
» rum possident Hierosolymam <sup>2</sup> ubi sunt sancta eo-  
» rum: nunc ergo perquire si est aliqua iniquitas ab  
» illis commissa in Deum suum <sup>3</sup>, et tunc ascendamus  
» ad illos, et tradet illos Deus eorum tibi, et subjecti  
» erunt potentiæ tuæ: si vero non est offensio populi  
» hujus in Deum, non poterimus resistere illis, nam  
» Deus illorum defendet eos.»

Cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum sibi mutuo dicentes: «Quis est iste, qui posse dicat <sup>4</sup> resistere regi Nabuchodonosori, et exercitibus ejus, filios Israelis, homines inermes et sine virtute ac peritia in re militari? Ut ergo agnoscat Achior nos non falli ab eo, ascendamus in montana, et cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum ipsis gladio transverbarabitur, ut sciant omnes gentes Nabuchodonosorem Deum terræ esse, et nullum alium præter ipsum <sup>5</sup>».

<sup>1</sup> *præliis*: en batallas.

<sup>2</sup> *Hierosolymam*: Jerusalén, antiquísima ciudad de Asia, capital de la Palestina, y de la Judea más adelantada.

<sup>3</sup> *in Deum suum*: contra su Dios.

<sup>4</sup> *qui filios Israelis posse dicat*: que dice que los hijos de Israel pueden...

<sup>5</sup> *et nullum alium præter ipsum (esse)*: y que no hay otro más que él.



III

Cum hæc cessassent loqui <sup>1</sup>, indignatus vehementer Holofernes præcepit servis suis ut comprehenderent Achiolem, et perducerent eum Bethuliam <sup>2</sup>, et traderent eum filiis Israelis. Accipientes eum servi Holofernis <sup>3</sup> profecti sunt: et cum accederent ad montes, exierunt contra eos fundibularii; sed illi divertentes a latere <sup>4</sup> montis ligaverunt Achiolem ad arborem manibus ac pedibus <sup>5</sup>, et sic vinctum reliquerunt eum, et reversi sunt ad dominum suum. Porro filii Israelis descendentes Bethulia <sup>6</sup> accesserunt ad eum, quem solventes duxerunt in urbem <sup>7</sup>, atque in medium populi illum statuentes percunctati sunt quare illum vinctum ibi Assyrii reliquissent. In medio itaque seniorum et conspectu omnium Achior dixit omnia, quæ locutus fuerat ab Holoferne interrogatus, et quomodo duces Holofernis voluissent propter hoc interficere eum, et ipse Holofernes iratus jussit eum Israelitis tradi <sup>8</sup>, ut cum vicerit filios Israelis, tunc et ipsum Achiolem diversis jubeat interire suppliciis, eo quod dixisset Deum cæli defensorem eorum esse.

Cum Achior hæc omnia exposuisset, in terram se abjecit populus adorans Dominum, et communi lamentatione et fletu unanimes preces suas Domino omnes effuderunt, dicentes: «Domine, Deus cæli et terræ, intuere superbiam eorum, et respice nostram humilitatem, et faciem sanctorum tuorum attende <sup>9</sup>, et ostende eos non a te derelinqui qui in te confi-

<sup>1</sup> *Cum hæc cessassent loqui*: Luego que acabaron de hablar estas cosas.

<sup>2</sup> *et perducerent eum Bethuliam*: y que le llevasen o condujesen a Bethulia.

<sup>3</sup> *Accipientes eum servi*: Y cogiéndole los criados...

<sup>4</sup> *divertentes a latere*: retirándose a un lado.

<sup>5</sup> *manibus ac pedibus*: de pies y manos.

<sup>6</sup> *descendentes Bethulia*: bajando de Bethulia.

<sup>7</sup> *quem solventes duxerunt in urbem*: y después de desatarle, llevaronlo a la ciudad.

<sup>8</sup> *eum Israelitis tradi*: que fuese entregado a los israelitas.

<sup>9</sup> *et faciem sanctorum tuorum attende*: mira la situación o estado de tus santos.



»dunt<sup>1</sup>, et qui in se ac virtute sua confidunt humiliari.» Finito itaque fletu<sup>2</sup>, et per totam diem oratione populi completa<sup>3</sup>, consolati sunt Achiozem, dicentes: «Deus patrum nostrorum, cujus tu virtutem prædicasti, faciet ut eorum interitum videas. Cum vero Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis, sit et tecum<sup>4</sup> Deus in medio nostri, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum»<sup>5</sup>.

Tunc Ozias, finitu consilio, suscepit eum in domum suam<sup>6</sup>, et fecit ei cœnam magnam. Postea vero convocatus est populus, et per totam noctem intra ecclesiam oraverunt petentes auxilium a Deo Israelis.

Holofernes autem altera die<sup>7</sup> præcepit exercitibus suis, ut ascenderent adversus Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, et equites viginti duo milia, præter viros in captivitatem redactos<sup>8</sup>, et juvenes abductos ex omnibus provinciis et urbibus. Omnes parati sunt ad pugnandum adversus filios Israelis, et venerunt per crepidinem montis<sup>9</sup> usque ad apicem<sup>10</sup> qui vergit ad Dothain<sup>11</sup>, a loco qui dicitur Belma<sup>12</sup> usque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon<sup>13</sup>.

Filii autem Israelis, ut viderunt multitudinem illorum, postraverunt se super terram, ponentes cinerem super capita sua, orantes ut Deus misereretur populi sui: et assumptes arma sua bellica, constituerunt se

<sup>1</sup> *non a te derelinqui qui in te confidunt*: que no son por ti abandonados los que en ti confian.

<sup>2</sup> *Finito itaque fletu*: Terminado, pues, el llanto.

<sup>3</sup> *et per totam diem oratione populi completa*: y habiendo terminado la oración del pueblo, que duró todo el día.

<sup>4</sup> *sit et tecum*: sea también contigo.

<sup>5</sup> *converseris nobiscum*: vivas con nosotros.

<sup>6</sup> *suscepit eum in domum suam*: le llevó a su casa.

<sup>7</sup> *altera die*: al siguiente día.

<sup>8</sup> *præter viros in captivitatem redactos*: sin contar los hombres reducidos a esclavitud.

<sup>9</sup> *per crepidinem montis*: por la extremidad del monte.

<sup>10</sup> *usque ad apicem*: hasta un alto.

<sup>11</sup> *Dothain*. Aldea situada al pie del monte de Betulia.

<sup>12</sup> *Belma*. Lugar próximo al torrente Cisón.

<sup>13</sup> *Esdrelon*. Territorio comprendido en el valle de Jezrael; hoy se llama Merdsch-Ibn-Amer, y está desierto.



in locis <sup>1</sup>, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montes <sup>2</sup>, et custodiebant ea tota die et nocte. Porro Holofernes, dum circuit per gyrum <sup>3</sup>, reperit fontem qui influebat dirigere cursum a parte australi extra civitatem; et incidi præcepit illum. Erant tamen non longe a muris fontes, ex quibus furtim videbantur aurire aquam <sup>4</sup>, ad refrigerandum potius quam ad potandum. Sed filii Ammonis et Moab accenserunt ad Holofernem, ac dixerunt: «Filii Israelis non armis »confidunt sed montes defendunt illos, et ipsos muniant colles in præcipitio constituti <sup>5</sup>: ut ergo sine »congressionem pugnae <sup>6</sup> possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, et »sine gladio interficies eos, vel certe <sup>7</sup> fatigati tradent »urbem suam, quam putant in montibus positam superari non posse.» Placuerunt verba hæc Holoferni et comitibus ejus, et posuit centum milites in singulis fontibus. Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ et aquarum receptacula omnibus habitantibus Bethulix, ita ut non esset intra urbem unde satiarentur una tantum die <sup>8</sup>, quoniam mensuratim dabatur populo aqua quotidie. Tunc ad Oziam omnes viri venerunt feminæque juvenes et parvuli omnes ac simul dixerunt: «Judicet »Deus inter nos et te qui fecisti in nos mala, nolens »loqui de pace cum Assyriis, et propter hoc vendidit »nos Deus in manibus eorum: et ideo, non est qui adjuvet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti »et perditione magna <sup>9</sup>: nunc congrega omnes qui in »urbe sunt, ut sponte <sup>10</sup> tradamus nos omnes Holofer-

<sup>1</sup> *constituerunt se in locis*: se apostaron en los lugares.

<sup>2</sup> *quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montes*: que dan paso al camino estrecho entre las montañas.

<sup>3</sup> *dum circuit per gyrum*: dando una vuelta al contorno.

<sup>4</sup> *ex quibus furtim videbantur aurire aquam*: de las cuales se les veía sacar agua a escondidas.

<sup>5</sup> *colles in præcipitio constituti*: collados escarpados o inaccesibles.

<sup>6</sup> *sine congressione pugnae*: sin llegar a las manos.

<sup>7</sup> *vel certe*: o a lo menos.

<sup>8</sup> *unde satiarentur una tantum die*: de donde sacar agua para apagar la sed un solo día.

<sup>9</sup> *cum prosternamur ante oculos eorum in siti et perditione magna*: cuando nos rendimos ante sus ojos, desfallecidos por la sed y la gran miseria.

<sup>10</sup> *sponte*: voluntariamente.



ni: melius enim est ut captivi benedicamus Domino, quam moriamur, et simus opprobrium omnibus gentibus, cum jam viderimus uxores nostras, et infantes mori coram nobis ipsis. Contestamur hodie cælum et terram et Deum <sup>1</sup> patrum nostrorum qui adfligit nos propter peccata nostra, ut jam tradatis urbem <sup>2</sup> Holoferni, et sit finis noster brevior ore gladii: nam fit longior ariditate sitis. Et cum hac dixissent factus est fletus magnus <sup>3</sup> in ecclesia ab omnibus, et per multas horas una voce clamaverunt ad Deum: «Peccavimus cum patribus nostris: injuste egimus: iniquitantes fecimus: Tu, qui pius es, miserere nostri, aut tuo flagello vindica iniquitates nostras et noli tradere nos confidentes te populo, qui ignorat te, ut non dicant gentibus: Ubi est Deus eorum?» Et cum fatigati his clamoribus, et his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias infusus lacrymis <sup>4</sup> dixit: «Æquo animo estote <sup>5</sup>, fratres, et hos quinque dies <sup>6</sup> expectemus a Deo misericordiam: forsitan enim indignationem suam abscindet, et dabit gloriam nomini suo. Si autem, transactis quinque diebus <sup>7</sup> non venerit adiutorium, faciemus hæc quæ locuti estis.»

#### IV

Hæc verba audivit Judith filia Merari, vidua Manasse. Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus et mensibus sex <sup>8</sup>: in superioribus domus suæ <sup>9</sup> fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis

<sup>1</sup> *Contestamur hodie cælum et terram et Deum*: Delante del cielo, de la tierra y de Dios, etc..., os requerimos.

<sup>2</sup> *ut jam tradatis urbem*: para que entreguéis ya la ciudad.

<sup>3</sup> *factus est fletus magnus*: se movió un gran llanto.

<sup>4</sup> *infusus lacrymis*: bañado (el rostro) en lágrimas.

<sup>5</sup> *Æquo animo estote*: Tened buen ánimo.

<sup>6</sup> *hos quinque dies*: durante estos cinco días.

<sup>7</sup> *transactis quinque diebus*: pasados cinco días.

<sup>8</sup> *jam annis tribus et mensibus sex*: hacía ya tres años y seis meses.

<sup>9</sup> *in superioribus domus suæ*: en la parte más alta de su casa.



clausa morabatur, ferebat continuo cilicium, jejuna-  
bat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata et neo-  
menias et festa domus Israelis. Erat eleganti aspectu  
nimis, et ejus vir reliquerat illi divitias multas et fa-  
miliam copiosam ac possessiones armentis boum et  
gregibus ovium plenas. Erat omnibus famosissima <sup>1</sup>,  
quoniam timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur  
de illa verbum malum. Cum hæc audisset Oziam pro-  
misisse, transacto quinto die, urbem tradi, misit ser-  
vum ad Chabri et Charmi senes, ut venirent, et cum  
venissent, dixit illis: >Quid est hoc in quo consensit  
>Ozias, ut tradat urbem <sup>2</sup> Assyriis, si intra quinque  
>dies non venerit nobis adiutorium? Et qui estis vos  
>qui tentatis Dominum? Non istis verbis misericordia,  
>sed potius ira excitatur et furor accenditur; præsti-  
>tuistis diem misericordiæ Domini arbitrio vestro:  
>sed quia patiens Dominus est, indulgentiam ejus fu-  
>sis lacrymis <sup>3</sup> postulemus, non enim ut homo Deus  
>comminandus est, neque sicut filius hominis iracun-  
>dia inflammatur <sup>4</sup>. Et ideo humiliemus illi animas  
>nostras et spiritu humiliato servientes illi dicamus  
>Domino: Secundum voluntatem tuam fac nobiscum  
>misericordiam, ut sicut conturbatum est cor nostrum  
>superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate glo-  
>riemur; nam non secuti sumus peccata patrum no-  
>strorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adorave-  
>runt deos alienos; pro quo scelere dati sunt <sup>5</sup> in gla-  
>dium et in rapinam et in confusionem inimicis suis:  
>nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum <sup>6</sup>.  
>Expectemus humiles consolationem ejus, et exqui-  
>ret sanguinem nostrum <sup>7</sup> de afflictionibus inimicorum  
>nostrorum, et humiliabit omnes gentes quæcumque  
>insurgunt adversus nos, et illas contumeliam expe-

<sup>1</sup> *Erat omnibus famosissima*: Go-  
zaba de gran reputación entre todos.

<sup>2</sup> *Quid est hoc in quo consensit  
Ozias, ut tradat urbem*: ¿Qué significa  
eso de haber consentido Ozias en en-  
tregar la ciudad...

<sup>3</sup> *fusis lacrymis*: derramando lá-  
grimas.

<sup>4</sup> *iracundia inflammatur*: se en-  
ciende en ira.

<sup>5</sup> *dati sunt*: fueron entregados.

<sup>6</sup> *alterum Deum nescimus præter  
ipsum*: no conocemos o adoramos  
otro Dios más que él.

<sup>7</sup> *exquiret sanguinem nostrum*:  
vengará nuestra sangre.



· riri efficiet Dominus Deus noster. Et nunc, fratres,  
· quoniam estis senes in populo Dei, et ex vobis pendet  
· anima illorum <sup>1</sup>, eloquio vestro corda eorum erigite <sup>2</sup>,  
· ut memores sint, patres nostros tentari <sup>3</sup>, ut probarent  
· an vere colerent Deum suum. Memores esse debent,  
· quomodo pater noster Abraham tentatus est, et mul-  
· tis tribulationibus probatus, Dei amicus effectus fuit.  
· Sic Isaacus, sic Jacobus, sic Moyses, et omnes qui pla-  
· cuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fide-  
· les: illi autem, qui tentationes non susceperunt <sup>4</sup> cum  
· timore Domini, et impatientiam suam, et imprope-  
· rium murmurationibus suis in Deum protulerunt,  
· exterminati sunt ab exterminatore, et a serpentibus  
· perierunt <sup>5</sup>: nos autem non ulciscamur pro his quæ  
· patimur; sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa  
· supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi  
· servi corripimur, ad emendationem et non ad per-  
· ditionem nostram evenisse credamus. »

Tunc dixerunt illi Ozias et senes: « Omnia quæ lo-  
· quuta es, vera sunt et non est in sermonibus tuis  
· quod reprehendatur; nunc ergo ora pro nobis, quo-  
· niam mulier sancta es et timens Deum. » Et dixit illis  
· Judith: « Sicut quod loquuta sum, Dei esse cognoscitis,  
· ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, et  
· orate ut firmum faciat Deus consilium meum <sup>6</sup>. Sta-  
· bitis ad portam nocte ista, et ego exeam cum abra-  
· mea, et orate, ut sicut dixistis, intra dies quinque  
· Deus misereatur populi sui. Vos autem nolo ut scru-  
· temini actum meum <sup>7</sup>, et usque dum <sup>8</sup> renuntiem vo-  
· bis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum  
· Deum nostrum. » Dixit ei Ozias princeps Judæ: « Vade

<sup>1</sup> *anima illorum*: el ánimo de ellos.

<sup>2</sup> *eloquio vestro corda eorum erigite*: con vuestras palabras alentad sus corazones.

<sup>3</sup> *ut memores sint, patres nostros tentari*: para que recuerden que nuestros padres fueron tentados.

<sup>4</sup> *susceperunt*: recibieron o aceptaron.

<sup>5</sup> *a serpentibus perierunt*: fueron

muertos por las serpientes.

<sup>6</sup> *orate ut firmum faciat Deus consilium meum*: rogad para que Dios haga firme mi resolución, o para que haga que mi pensamiento se realice.

<sup>7</sup> *ut scrutemini actum meum*: que intentéis indagar o inquirir lo que voy a hacer.

<sup>8</sup> *usque dum renuntiem vobis*: hasta que vuelva a avisaros.



in pace, et Dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum<sup>1</sup>. Et revertentes<sup>2</sup> abierunt.

V

Cum hi abscederent, Judith ingressa est oratorium suum, et induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, et prosternens se Domino clamabat ad eum dicens: «Domine Deus patris mei Simeonis, qui dedisti illi gladium, ut populum tuum defenderet ab alienigenis, quorum mulieres in prædam, et filias in captivitatem, et omnem prædam in divisionem<sup>3</sup> servis tuis dedisti, subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi viduæ. Respice castra Assyriorum<sup>4</sup> nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis et in equitatu et in multitudine bellatorum: tunc aspexisti castra eorum, et tenebræ fatigaverunt eos: tenuit pedes eorum abyssus, et aquæ operuerunt eos; sic accidat et istis qui confidunt multitudine sua et curribus, contis, scutis, sagittis et lanceis suis gloriantur, et nesciunt te ipsum esse Deum nostrum qui conteris bella ab initio<sup>5</sup>, et Domini nomen est tibi. Erige brachium tuum sicut ab initio, et allide virtutem illorum virtute tua; cadat iracundia tua virtus eorum<sup>6</sup>, qui promittunt se violare sancta tua, et polluere tabernaculum nominis tui, et dejicere gladio altare tuum. Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia Holofernus amputetur, et omnes gentes agnoscant te Deum esse, et non alium præter te.»

<sup>1</sup> *Dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum*: el Señor te ayude a vengarnos de nuestros enemigos.

<sup>2</sup> *revertentes*: volviéndose.

<sup>3</sup> *omnem prædam in divisionem... dedisti*: y que diste todos sus despojos para que fuesen repartidos.

<sup>4</sup> *Respice castra Assyriorum*: Mira ahora el campamento de los asirios,

o aniquila o destruye con tu mirada el campamento de los asirios.

<sup>5</sup> *qui conteris bella ab initio*: que deshaces las guerras desde el principio, o que eres árbitro de las guerras en todos los tiempos.

<sup>6</sup> *cadat iracundia tua virtus eorum qui...*: caiga a los golpes de tu ira el poder de aquellos que...



Cum jam cessasset clamare ad Dominum surrexit de loco in quo jacuerat prostrata, vocavitque abram suam, abstulit a se cilicium, et exuit se vestimentis viduitatis, et lavit corpus suum, et unxit se myro optimo, discriminavit crines capitis, imposuit mitram capiti, induit se jucunditatis vestimentis, induitque sandalia pedibus, assumpsitque dextraliola et lilia<sup>1</sup> et inaures et annulos, omnibusque ornamentis suis ornavit se. Deus etiam ei contulit splendorem, quoniam hæc compositio non ex libidine, sed ex virtute pende-  
bat<sup>2</sup>: et ideo Deus illius pulchritudinem auxit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Imposuit<sup>3</sup> itaque abrae suæ ascoperam vini<sup>4</sup>, et vas olei, et polentam, et palathas<sup>5</sup>, et panes, et caseum; et profecta est. Cumque venissent ad portam civitatis, invenerunt expectantem Oziam et senes civitatis, qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem ejus. Nil tamen quærentes, eam siverunt transire, ac dixerunt: «Deus patrum nostrorum det tibi  
>gratiam, et consilium tuum sua virtute corroboret, ut  
>glorietur causa tua Hierusalem et sit nomen tuum in  
>numero sanctorum et justorum.» Et qui illic erant, omnes una voce responderunt: «Fiat, fiat.»

Judith vero orans Dominum, transivit portas ipsa et abra ejus: et cum descenderent montem circa ortum diei<sup>6</sup>, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, et tenuerunt eam dicentes<sup>7</sup>: «Unde venis, aut quo vadis?» Quæ respondit: «Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi  
>ab eis, quia futurum agnovi<sup>8</sup>, ut dentur vobis in de-  
>prædationem<sup>9</sup>, quod<sup>10</sup> contempserunt vos, ac nolue-  
>runt tradere se ipsos, ut in vobis misericordiam in-

<sup>1</sup> *dextraliola et lilia*: brazaletes y ajorcas.

<sup>2</sup> *non ex libidine, sed ex virtute pendebat*: no naeia de liviandad, sino de virtud.

<sup>3</sup> *Imposuit*: Cargó.

<sup>4</sup> *ascoperam vini*: una bota de vino.

<sup>5</sup> *palathas*: higos en pella, o pan de higos.

<sup>6</sup> *circa ortum diei*: casi al amanecer.

<sup>7</sup> *tenuerunt eam dicentes*: la detuvieron, diciéndole.

<sup>8</sup> *quia futurum (esse) agnovi, ut...*: porque he conocido que sucederá que...

<sup>9</sup> *in deprædationem*: a saeo.

<sup>10</sup> *quod*: porque.



venirent. Hac de causa <sup>1</sup> cogitavi mecum dicens: Vadam ad principem Holofernem, ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos <sup>2</sup>, ita, ut non cadat vir unus de exercitu ejus. Cum audissent illi hæc verba, considerabant faciem ejus, et erat in oculis eorum stupor <sup>3</sup>, enim pulchritudinem ejus mirabantur nimis, et dixerunt ei: «Servasti vitam, quia voluisti venire ad dominum nostrum; scito enim illum, cum veneris in conspectum ejus, bene tibi facturum <sup>4</sup>, et ipsi te gratissimam fore.» Duxerunt illam ad tabernaculum Holofernem, cui nuntiaverunt illam venire: cumque intrasset, et eam vidisset ille, captus est <sup>5</sup> mulieris decore ac venustate. Videns itaque Judith Holofernem sedentem in conopæo purpura, auro, smaragdibus et lapidibus pretiosis intexto, et cum in faciem ejus intendisset <sup>6</sup>, adoravit eum, et levaverunt eam servi Holofernem jubente domino <sup>7</sup>.

## VI

Tunc Holofernes dixit ei: «Æquo animo esto, et noli pavere <sup>8</sup>: nam nunquam nocui quibus servire voluerunt Nabuchodonosori regi. Nam si populus tuus, non me contempsisset, non levassem lanceam meam adversus eum: nunc vero dic mihi, qua de causa recessisti ab illis, et placuit tibi venire ad nos.» Et dixit illi Judith: «Audi verba ancillæ tuæ, quæ si secutus fueris, Dominus perficiet consilia tua <sup>9</sup>. Constat filiis Israelis, Deum nostrum sic peccatis offensum <sup>10</sup>, ut dixerit per prophetas populo, eum subjiciendum esse pro pecca-

<sup>1</sup> *Hac de causa*: Por esta razón.

<sup>2</sup> *quo aditu possit obtinere eos*: por qué entrada puede apoderarse de ellos.

<sup>3</sup> *et erat in oculis eorum stupor*: y en sus ojos se veía la estupefacción.

<sup>4</sup> *bene tibi facturum*: lo hará bien, o se portará bien contigo.

<sup>5</sup> *captus est*: se prendó.

<sup>6</sup> *et cum in faciem ejus intendisset*:

y habiendo dirigido su vista a la cara de él.

<sup>7</sup> *jubente domino*: mandándolo su señor, o por mandato de su señor.

<sup>8</sup> *noli pavere*: no temas.

<sup>9</sup> *perficiet consilia tua*: llevará a cabo tus proyectos.

<sup>10</sup> *sic peccatis offensum (esse)*: está tan ofendido de los pecados.



»tis suis. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum,  
»timent. Insuper etiam fames invasit eos, et defectu  
»aquæ inter mortuos putantur: denique statuerunt pe-  
»cora interficere, et sanguinem eorum bibere. Ego  
»ancilla tua, quæ hoc novi, fugi ab illis, et misit me  
»Dominus hæc ipsa ut nuntiem tibi <sup>1</sup>: sed ego Deum  
»meum colo etiam nunc apud te <sup>2</sup>, et exhibo, et orabo  
»Deum qui dicet mihi, quando velit punire peccatum  
»eorum, et tunc nuntiabo tibi. Hæc omnia dicta sunt  
»mihi providentia Dei <sup>3</sup>; et quoniam iratus est illis  
»Deus, hæc missa sum nuntiare tibi» <sup>4</sup>.

Hæc verba placuerunt Holoferni et ducibus ejus, qui mirabantur sapientiam Judith, et dicebant: «Non est talis <sup>5</sup> mulier super terram aspectu, et verborum sensu.» <sup>6</sup> Denique ait illi Holofernes: «Benefecit Deus qui misit te, ut tradas populum tuum nobis, et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit et Deus meus, et tu in domo Nabuchonosoris magna eris, et nomen tuum nominabitur <sup>7</sup> in universa terra.» Deinde jussit eam introire, et ibi manere ubi repositi erant thesauri ejus, et constituit quid daretur illi de convivio suo <sup>8</sup>, sed respondit Judith: «Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui <sup>9</sup> ne Deum offendam: ex his autem quæ mecum detuli, manducabo.» «At si defecerint tibi, ait Holofernes, ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?» Cui respondit Judith: «Non expendam omnia hæc, donec faciat Deus <sup>10</sup> manu mea, quæ cogitavi.» Tunc induxerunt illam servi Holofernis in tabernaculum quod præceperat, et petiit, dum introiret, veniam sibi dari, ut noctu et ante lucem eggrederetur foras

<sup>1</sup> *hæc ipsa ut nuntiem tibi*: para anunciarte estas mismas cosas.

<sup>2</sup> *etiam nunc apud te*: aun ahora que estoy en tu poder.

<sup>3</sup> *providentia Dei*: por la providencia de Dios.

<sup>4</sup> *hæc missa sum nuntiare tibi*: he sido enviada para anunciarte estas cosas.

<sup>5</sup> *talis*: igual, o semejante.

<sup>6</sup> *aspectu, et verborum sensu*: en hermosura y discreción de palabras.

<sup>7</sup> *nomen tuum nominabitur*: tu nombre resonará, o será famoso.

<sup>8</sup> *de convivio suo*: de su mesa.

<sup>9</sup> *quæ mihi præcipis tribui*: que mandas que se me den.

<sup>10</sup> *donec faciat Deus*: sin que Dios haga.



ad orationem et deprecandum Dominum; et id præcepit Holofernes cubiculariis suis, ut ei permitterent per triduum <sup>1</sup>.

Exibat Judith noctu <sup>2</sup> in vallem Bethuliae, lababat se in fonte et ut ascendebat, orabat Dominum Deum suum, ut dirigiret eam ad liberationem populi sui: et introiens, munda manebat in tabernaculo quoadusque acciperet escam sub nocte <sup>3</sup>. Quarto die Holofernes fecit cœnam <sup>4</sup> servis suis, et Judith invitavit: quod cum ei nuntiatum esset, surrexit, et ornavit se vestimento suo, et ingressa stetit coram Holoferne, qui dixit ei: «Bibe nunc, et animo accumbe læto <sup>5</sup>, quoniam invenisti gratiam coram me.» «Bibam, domine, dixit Judith, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus vitæ meæ» <sup>6</sup>. Et accepit, et manducabit, et bibit coram ipso ea quæ paraverat illi ancilla ejus: et lætus factus Holofernes bibit vinum multum nimis quantum nunquam biberat post vitæ suæ memoriam <sup>7</sup>.

## VII

Ut autem sero factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua <sup>8</sup>, et conclusit eunuchus ostia cubiculi, et abiit. Erant omnes fatigati vino, eratque sola Judith in cubiculo: Holofernes jacebat in lectulo nimia ebrietate sopitus. Tunc præcepit Judith puellæ suæ, ut staret foris <sup>9</sup> ante cubiculum et observaret <sup>10</sup>. Stetitque illa ante lectum orans cum lacrymis et labiorum motu in silentio, dicens: «Confirma me, Domine Deus Israelis, respice nunc opera manuum mearum, ut sicut

<sup>1</sup> *per triduum*: por espacio de tres días.

<sup>2</sup> *noctu*: de noche.

<sup>3</sup> *sub nocte*: al anochecer.

<sup>4</sup> *fecit cœnam*: dió una comida.

<sup>5</sup> *animo accumbe læto*: siéntate a comer con ánimo regocijado.

<sup>6</sup> *præ omnibus diebus vitæ meæ*: más que en todos los días de mi vida.

<sup>7</sup> *post vitæ suæ memoriam*: desde que nació.

<sup>8</sup> *festinaverunt servi illius ad hospitia sua*: se apresuraron sus siervos a retirarse a sus alojamientos.

<sup>9</sup> *foris*: a la puerta.

<sup>10</sup> *et observaret*: y que estuviese en observación.



»promisisti, Hierusalem civitatem tuam erigas<sup>1</sup>, et hoc  
»quod per te posse fieri cogitavi, perficiam.» Hæc cum  
dixisset, accessit ad columnam quæ erat ad caput lectu-  
li ejus, et pugionem ipsius qui in ea ligatus pende-  
bat, exsolvit. Cumque evaginasset illam, apprehendit comam  
capitis Holofernus, et ait: «Confirma me, nunc Domine  
»Deus.» Et percussit bis cervicem ejus, abscidit caput  
ejus, abstulit conopæum a columnis, evolvit corpus  
ejus truncum<sup>2</sup>, et paulo post exivit, tradidit caput  
Holofernus ancillæ suæ, jussitque mittere illud in pe-  
ram suam<sup>3</sup>, et exierunt ambæ, ut solebant, quasi ad  
orationem, transierunt castra et venerunt ad portam  
urbis.

Judith vero a longe dixit custodibus murorum: «Ape-  
»rite portas: Deus enim est nobiscum.» Quæ cum au-  
dissent viri, vocaverunt senes, et concurrerunt ad eam  
omnes, quam credebant jam non esse venturam, et  
circumvenerunt eam universi. At illa ascendens in  
eminentiorem locum, jussit fieri silentium<sup>4</sup>: cumque  
siluissent omnes, dixit: «Laudate Dominum Deum no-  
»strum, qui non deseruit sperantes de eo, et per me  
»ancillam suam adimplevit<sup>5</sup> misericordiam, quam pro-  
»misit domui Israelis, et interfecit manu mea hostem  
»populi sui hac nocte.» Et proferens de pera caput  
Holofernus<sup>6</sup> ostendit illis dicens: «Ecce caput Holo-  
»fernus principis militiæ Assyriorum, et ecce cono-  
»pæum illius in quo recumbebat ebrius, et ubi per  
»manum femine percussit illum Dominus Deus noster.  
»Angelus ejus me custodivit, et hinc euntem et ibi  
»commorantem, et inde huc revertentem, et non per-  
»missit me Dominus ancillam suam coinquinari<sup>7</sup>. Lau-  
»date illum omnes propter benignitatem et magnam  
»misericordiam ejus.»

<sup>1</sup> *Hierusalem civitatem tuam erigas*: ensalces a tu ciudad, Jerusalén.

<sup>2</sup> *evolvit corpus ejus truncum*: echó por tierra su cuerpo decapitado, su tronco.

<sup>3</sup> *mittere illud in peram suam*: echarla en su saco.

<sup>4</sup> *jussit fieri silentium*: mandó que

hubiese silencio, o que todos callaran.

<sup>5</sup> *adimplevit*: ha cumplido.

<sup>6</sup> *Et proferens de pera caput Holofernus*: Y sacando del saco la cabeza de Holofernes.

<sup>7</sup> *me ancillam suam coinquinari*: que yo su sierva fuese mancillada.



Tunc omnes adorantes Dominum dixerunt ei: «Be-  
nedixit te Dominus virtute sua, quia per te ad nihilum  
redegit inimicos nostros.» «Porro Ozias Princeps ait  
illi: Benedicta est tu a Domino Deo excelso præ om-  
nibus mulieribus <sup>1</sup>. Benedictus Dominus, qui creavit  
cælum et terram, et te direxit, ut caput percutires  
principis inimicorum nostrorum, et hodie nomen  
tuum ita magnificavit, ut in posterum sis laudanda ab  
hominibus, qui memores fuerint virtutis Domini.» Et  
cunctus populus respondit: «Fiat, fiat.»

Tunc Achior vocatus venit, et dixit ei Judith: «Deus  
Israelis, quem asseruisti ulcisci de inimicis suis, ipse  
caput omnium incredulorum incidit hac nocte manu  
mea: et ut agnoscas ita esse, ecce caput Holofernis,  
qui superbus Deum Israelis contempsit, et tibi inte-  
ritum minabatur dicens: «Cum captus fuerit populus  
Israelis gladio perforari præcipiam latera tua.» Itaque  
videns Achior caput Holofernis, præ pavore territus,  
exanimatus corruit <sup>2</sup>. Postea vero quam resumpto spi-  
ritu recreatus est <sup>3</sup>, proeidit ad pedes ejus, et adoravit  
eam, et dixit: «Benedicta tu a Deo inter filios Jacobi;  
nam ubicumque auditum fuerit nomen tuum, magni-  
ficabitur propter te Deus Israelis.»

## VIII

Tunc dixit Judith populo: «Audite fratres: suspen-  
dite caput hoc muris; et cum exierit Sol, sumat unus-  
quisque arma, et exite impetu: tunc exploratores fu-  
gient ad excitandum principem ad pugnam <sup>4</sup>, cumque  
duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofer-  
nis, et invenerint eum truncum suo sanguine voluta-

<sup>1</sup> *præ omnibus mulieribus*: sobre todas las mujeres.

<sup>2</sup> *exanimatus corruit*: cayó aterrado.

<sup>3</sup> *Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est*: Mas luego que re-

cobrado el espíritu volvió en sí...

<sup>4</sup> *exploratores fugient ad excitandum principem ad pugnam*: las avanzadas correrán a despertar al general para el combate.



›tum <sup>1</sup>, magno timore capientur. Cumque cognoveritis ›fugere eos, ite post illos securi, quoniam Deus contem- ›ret ipsos sub pedibus vestris.›

Deinde Achior videns potentiam populi Israelis relicto gentilitatis ritu <sup>2</sup>, credidit Deo: et circumcidatus, appositus fuit <sup>3</sup> populo Israelis.

Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt muris caput Holofernus; arma quisque suscepit, et egressi sunt magno strepitu et ululatu <sup>4</sup>, quod cum viderent exploratores <sup>5</sup>, ad tabernaculum Holofernus concurre- runt. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi perstreperentes excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur <sup>6</sup>, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus evigilaret; nullus enim audebat cubiculum Holofernus pulsando, aut intrando aperire: sed cum venissent ejus duces ac tribuni et præfecti exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis: ›In- ›trate, et excitate illum, nam mures egressi de caver- ›nis ausi sunt nobiscum committere prælium.› Tunc ingressus eunuchus cubiculum ejus stetit ante corti- nam, et plausum fecit manibus suis <sup>7</sup>; nam suspicaba- tur dormire; sed cum nullum motum jacentis sensu aurium caperet <sup>8</sup>, accessit proprius cortinam, et elevans eam, vidit cadaver absque capite Holofernus suo san- guine tabefactum jacere super terram; tunc flens cla- mavit voce magna, et seidit vestimenta sua. Ingressus postea tabernaculum Judith <sup>9</sup>, non invenit eam, et ex- siliit foras ad populum, et dixit: ›Mulier Hebræa fecit ›confusionem in domo regis Nabuchodonosoris <sup>10</sup>: ecce

<sup>1</sup> suo sanguine volutatum: revol- cado en su sangre.

<sup>2</sup> relicto gentilitatis ritu: habiendo abandonado la superstición gentí- lica.

<sup>3</sup> appositus fuit: fué incorporado.

<sup>4</sup> magno strepitu et ululatu: con gran ruido y gritaría.

<sup>5</sup> quod cum viderent exploratores: y viendo esto las avanzadas.

<sup>6</sup> inquietudinem arte moliebantur: procuraban de intento inquietarle, o quitarle el reposo o el sueño.

<sup>7</sup> plausum fecit manibus suis: dió palmadas con sus manos.

<sup>8</sup> sed cum nullum motum jacentis sensu aurium caperet: mas no oyendo movimiento alguno de persona acostada.

<sup>9</sup> Ingressus postea tabernaculum Judith: Habiendo después entrado en la tienda de Judit.

<sup>10</sup> fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosoris: ha afrentado la casa del rey Nabucodonosor.



»enim Holofernes jacet in terra obtruncatus.» Quod cum audissent principes exercitus Assyriorum sciderunt omnes vestimenta sua, et magno timore perterriti turbati sunt animi eorum valde.

## IX

Cum jam fama esset in exercitu sparsa mortis Holofernis <sup>1</sup>, fugit mens et consilium ab Assyriis <sup>2</sup>, et magno timore capti fugæ præsidium sumunt <sup>3</sup>, ita ut nemo alteri loqueretur; sed inclinato capite, relictis omnibus <sup>4</sup>, celeriter per vias camporum, et semitas collium fugiunt ab Hebræis, qui armati in illos magno impetu veniebant: et cum hi vidissent Assyrios fugere, descenderunt clangentes tubis et ululantes post ipsos <sup>5</sup>. Assyrii autem non adunati in fugam ibant præcipites <sup>6</sup>, et Hebræi uno agmine <sup>7</sup> persequentes percutiebant omnes quos invenire potuissent.

Misit itaque Ozias nuntios urbibus, et provinciis Israelis, quæ miserunt electam juventutem post eos, quos persecuti sunt ad extremos fines ejus: reliqui vero, qui erant Bethuliæ, ingressi sunt castra Assyriorum, et prædam, quam ipsi fugientes reliquerant, abstulerunt, et onustati sunt valde: at illi, qui victores Bethuliam sunt reversi, omnia Assyriorum attulerunt secum, ita ut non esset numerus pecorum et jumentorum et aliorum movilium <sup>8</sup> et omnes divites fierent præda. Tunc Joachim summus pontifex Hierossolyma venit Bethuliam <sup>9</sup> cum senibus ad videndum Judith, quæ cum

<sup>1</sup> El orden es: *Cum fama mortis Holofernis sparsa esset jam in exercitu.*

<sup>2</sup> *fugit mens et consilium ab Assyriis*: perdieron los asirios la razón y el consejo.

<sup>3</sup> *fugæ præsidium sumunt*: apelan a la fuga como medio de salvación.

<sup>4</sup> *inclinato capite, relictis omnibus*: bajando la cabeza y abandonándolo todo.

<sup>5</sup> *clangentes tubis et ululantes post ipsos*: tocando las trompetas y gri-

tando tras ellos.

<sup>6</sup> *in fugam ibant præcipites*: iban huyendo precipitadamente.

<sup>7</sup> *uno agmine*: formando un solo cuerpo.

<sup>8</sup> *ita ut non esset numerus pecorum et jumentorum et aliorum movilium*: de suerte que fueron innumerables las cabezas de ganado, acémilas y otros bienes muebles.

<sup>9</sup> *Hierossolyma venit Bethuliam*: de Jerusalén vino a Betulia.



exiisset ad eum <sup>1</sup>, benedixerunt omnes eam una voce dicentes: «Tu gloria Jerusalem: tu lætitia Israelis, tu »honor populi nostri, quia viriliter egisti <sup>2</sup>, et confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris, et »post virum tuum non cum alio nupseris et ideo eris »benedicta in æternum» <sup>3</sup>. Et dixit populus: «Fiat, fiat.»

Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israelis. Porro omnia, quæ Holofernus propria fuisse probata sunt, aurum, argentum, vestes gemmæ et supellectilia, tradita fuerunt Judith a populo.

Cunctus populus, viri, feminæ, juvenes, et virgines victoriam hanc magna lætitia plausere <sup>4</sup>: et Hierusalem reversi postea ut adorarent <sup>5</sup> Dominum, et postquam purificati fuere, obtulerunt omnes holocausta, et vota fecere. Porro Judith arma, et omnia cetera Holofernus quæ dedit ei populus, et conopæum, quod ipsa sustulerat de cubili illius, obtulit Deo, ut ejus misericordiæ populus semper esset memor. Gaudium Hebræorum ob hanc victoriam per tres menses <sup>6</sup> celebratum est. Quibus transactis <sup>7</sup>, quisque rediit in domum, et Judith magna facta est Bethuliæ, et erat clarissima e populo ejus <sup>8</sup>, nam virtuti castitas adjunxit, diebus autem festis procedebat cum magna gloria. Vixit domi viri ejus <sup>9</sup> annos centum quinque, et dimisit abram suam liberam <sup>10</sup>, et demum obiit ac Bethuliæ <sup>11</sup> cum viro sepulta est. Luxit illam populus diebus septem. Nec dum vixit, nec multo post mortem ejus, fuit aliquis qui conturbaret populum, qui diem hujus victoriæ in numero sanctorum dierum accepit, ac coluit in perpetuum.

<sup>1</sup> *cum exiisset ad eum*: habiendo salido a recibirle.

<sup>2</sup> *viriliter egisti*: has obrado varonilmente, o te has portado valerosamente.

<sup>3</sup> *in æternum*: eternamente.

<sup>4</sup> *plausere*: celebraron.

<sup>5</sup> *ut adorarent*: a adorar.

<sup>6</sup> *per tres menses*: por espacio de tres meses.

<sup>7</sup> *Quibus transactis*: Pasados los cuales.

<sup>8</sup> *clarissima e populo ejus*: la mujer más ilustre de su pueblo.

<sup>9</sup> *Vixit domi viri ejus*: Vivió en la casa de su esposo.

<sup>10</sup> *dimisit abram suam liberam*: dió libertad a su esclava.

<sup>11</sup> *Bethuliam*: en Betulia.



# SELECTA MARTYRUM ACTA

---

## I

### ACTA SANCTORUM HIPPOLYTI, EUSEBII ET SOCIORUM MARTYRUM

## I

Valerio Maximo et Cæcilio Glabrione consulibus <sup>1</sup>, Hippolytus civis romanus, christianus, vitam solitariam agebat in cryptis. Ad illum ob apostolicam eruditionem quamplures confluebant gentilium <sup>2</sup>, qui dantes nomen Christo <sup>3</sup> baptizabantur. Veniebat frequenter idem Hippolytus ad pedes Stephani episcopi, ducens secum omnes conversos christianos, ut baptizarentur. Cum autem id crebrius fieret <sup>4</sup>, delatores ad Mummium urbis præfectum deferunt; is detulit Valeriano imperatori. Id cum rescivisset Hippolytus, retulit beato Stephano.

Tunc beatus Stephanus, collecta multitudine Christianorum <sup>5</sup> cœpit monitionibus sanctis et eruditione scripturarum omnes imbuere, inter alia dicens: «Filioli mei, audite me peccatorem. Dum tempus habemus, operemur bonum et nobis ipsis <sup>6</sup>. Attamen primum

---

<sup>1</sup> *Valerio Maximo et Cæcilio Glabrione consulibus*: Siendo cónsules, o en tiempo de los cónsules, Valerio Máximo y Cecilio Glabrion.

<sup>2</sup> *quamplures confluebant gentilium*: acudían muchos gentiles.

<sup>3</sup> *dantes nomen Christo*: haciéndose cristianos.

<sup>4</sup> *Cum autem id crebrius fieret*: Y sucediendo esto frecuentemente.

<sup>5</sup> *collecta multitudine Christianorum*: después de haber reunido a todos los cristianos.

<sup>6</sup> *et nobis ipsis*: hasta para nosotros mismos.



» moneo, ut unusquisque tollat crucem suam, et sequatur Dominum nostrum Jesum Christum, qui dignatus est nobis dicere: « Qui amat animam suam perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam in æternum. Unde etiam <sup>1</sup> rogo vos omnes, ut non nostri tantum, sed etiam nostrorum sollicitissimi, ut si quis vestrum habet amicum, aut propinquum gentilem, adhuc non moretur <sup>2</sup> eum ducere ad me, ut baptizetur. »

Tunc Hippolytus misit se <sup>3</sup> ad pedes beati Stephani episcopi dicens: « Pater bone, rogo te, habeo nepotem meum, et germanam ejus adhuc gentiles, quos enutrivimus. Est autem hic parvulus annorum plus minusve decem; puella autem annorum tredecim. Horum mater Paulina dicta <sup>4</sup>, et ipsa gentilis <sup>5</sup>, pater itidem nomine Adrias <sup>6</sup>, qui aliquando prædictos ad me mittit. » Tunc beatus Stephanus ei suavit, ut cum iterum mitteret, eos retineret, ut ea occasione <sup>7</sup> etiam parentes veniant, quos simul hortetur.

## II

Transacto biduo <sup>8</sup>, prædicti pueri venerunt ad Hippolytum, cibaria quædam ferentes; quos ille retinuit, et nuntiavit beato Stephano episcopo, qui veniens amplexatus est parvulos demulcens eos. Accurrerunt parentes solliciti pro filiis. Allocutus est eos Stephanus de horrore futuri ac tremendi judicii, et de gloria beatorum, hortans pluribus eos idola relinquere <sup>9</sup>. Id ipsum effecit Hippolytus.

Quibus Adrias pater, expoliari bonis, et cædi gladio

<sup>1</sup> *Unde etiam*: Por consiguiente, también.

<sup>2</sup> *adhuc non moretur*: no se retarde todavía en...

<sup>3</sup> *misit se*: se arrojó.

<sup>4</sup> *Paulina dicta*: se llama Paulina.

<sup>5</sup> *et ipsa gentilis (est)*: y ella también es gentil.

<sup>6</sup> *nomine Adrias*: de nombre, o llamado, Adrias.

<sup>7</sup> *ut ea occasione*: para que con aquel motivo.

<sup>8</sup> *Transacto biduo*: Pasados dos días.

<sup>9</sup> *hortans pluribus eos idola relinquere*: exhortándoles con muchas razones a que abandonaran los ídolos.

Principio de Vergara 29



(quæ omnia parata erant iis, qui se Christianos dicerent), timere se ait. Hoc ipsum inculcavit soror Hippolyti Paulina invehens in Hippolytum, qui hæc suaderet. Erat soror Hippolyti Paulina religionem Christianorum abhorrens <sup>1</sup>. Cumque illos loquentes audissent, re tamen infecta, sed non prorsus desperata <sup>2</sup>, recesserunt.

### III

Tunc beatus Stephanus; vocans ad se virum doctissimum, Eusebium presbyterum, et Marcellum diaconum, misit eos ad Adriam et Paulinam, quos in arenarium, vocavit, ubi erat Hippolytus.

Advenientes <sup>3</sup> autem hisce verbis compellit <sup>4</sup> Eusebius: «Exspectat vos Christus, ut cum ipso introeatis in regnum cælorum.» Contradicente autem Paulina et objiciente gloriam mundi hujus <sup>5</sup>, pluribus insinnavit <sup>6</sup> illis gloriam regni cælestis, quam non essent assecuturi nisi per fidem, in qua baptizarentur. Paulina autem in sequentem diem <sup>7</sup> responsum distulit.

Eadem nocte <sup>8</sup> parentes quidam fideles adduxerunt ad Eusebium in arenarium Pontianum filium suum paralyticum, petentes ut baptizaret eum: orans eundem baptizavit, qui baptismate sanatus est, et soluto etiam vinculo linguæ <sup>9</sup> laudabat Deum.

Tunc Eusebius obtulit sacrificium, et participati sunt omnes corpore et sanguine Christi. Quod cum cognovisset Stephanus episcopus, venit ad eos, et gavisi sunt simul.

<sup>1</sup> *religionem Christianorum abhorrens*: enemiga de la religión cristiana.

<sup>2</sup> *re tamen infecta, sed non prorsus desperata*: aunque sin realizar su conversión; pero sin motivo para desesperar de ella en absoluto.

<sup>3</sup> *Advenientes*: Cuando llegaron.

<sup>4</sup> *compellit*: les exhorta.

<sup>5</sup> *Contradicente autem Paulina et objiciente gloriam mundi hujus*: Mas

como Paulina se opusiese y objetase con la gloria de este mundo.

<sup>6</sup> *insinnavit*: dió a conocer.

<sup>7</sup> *in sequentem diem*: para el siguiente día.

<sup>8</sup> *Eadem nocte*: Aquella misma noche.

<sup>9</sup> *et soluto etiam vinculo linguæ*: y desatada también la ligadura de la lengua.



IV

Mane autem facto <sup>1</sup>, redierunt Adria et Paulina, qui, cum ea accepissent de sanitate pueri <sup>2</sup>, mirati sunt admodum, et corde compuncti <sup>3</sup> sternentes se petierunt et ipsi se baptizari <sup>4</sup>. Hæc videns Hippolytus gratias agens Deo, dixit beato Stephano: «Domine Sancte, ne tardes eos baptizare.» Beatus Stephanus episcopus dixit: «Compleantur solemnia, et interrogatio celebretur si vere credant <sup>5</sup>, et nulla trepidatio in corde eorum remaneat, ut baptizentur.» Facta autem interrogatione, indixit eis jejunium <sup>6</sup>, et catechizavit omnes, et baptizavit eos in nomine Trinitatis, et posito signaculo Christi, vocavit puerum Neonem, puellam Mariam: et obtulit pro eis sacrificium, et participati sunt omnes: et discessit beatus Stephanus.

Tunc iidem recenter baptizati cœpere habitare in eodem arenario cum Hippolyto, Eusebio presbytero, et Marcello diacono; bona autem, quæ in urbe habebant erogavere pauperibus <sup>7</sup>.

Cumque jam res vulgaretur delataque esset ad Valerianum imperatorem, statim iussit illos inquiri, spondens eis qui eos invenirent dimidium bonorum ipsorum. Tunc Maximus commentariensis <sup>8</sup> hac usus est arte <sup>9</sup>, ut eos invenire posset. Finxit se christianum esse ac stipe degentem <sup>10</sup>: et veniens in Cœlium montem ad Aream Carbonariam, mansit ibi mendicans. Cum autem transiens cum sociis Adrias, eleemosynas ero-

<sup>1</sup> *Mane autem facto*: Habiendo amanecido.

<sup>2</sup> *cum ea accepissent de sanitate pueri*: habiendo sabido los sucesos referentes a la curación del niño.

<sup>3</sup> *corde compuncti*: arrepentidos de corazón.

<sup>4</sup> *petierunt et ipsi se baptizari*: pidieron que también a ellos se les bautizara.

<sup>5</sup> *et interrogatio celebretur si vere credant*: y celébrese el acto de preguntarles si creen verdadera o real-

mente.

<sup>6</sup> *indixit eis jejunium*: les ordenó el ayuno, o que ayunasen.

<sup>7</sup> *bona... erogavere pauperibus*: distribuyeron entre los pobres los bienes...

<sup>8</sup> *commentariensis*: notario público, o mejor, lo que hoy llamamos registrador de la propiedad.

<sup>9</sup> *hac usus est arte*: se valió de esta estratagema.

<sup>10</sup> *ac stipe degentem*: y que vivía de limosna, o mendigo.



garet Maximus, volens experiri an ille esset quem quæreret, ait: «Per Christum, quem credo, rogo, ut faciatis misericordiam egestati meæ»<sup>1</sup>.

Adrias misertus illius jussit se illum sequi. At dum intraret domum, Maximus corripitur a dæmone, et clamavit: «Viri Dei, ego divulgator sum vestri: video super me ignem densissimum: orate pro me, quia crucior igne.» Mox, illis orantibus cum lacrimis et sternentibus se, Maximus curatus est. Cumque eleverent eum de terra, clamare cœpit: «Pereant deorum cultores: baptismum peto.»

Duxerunt eum ad beatum Stephanum qui illum erudiens demum baptizavit, factusque Christianus habitare voluit una cum Stephano episcopo aliquot diebus<sup>2</sup>.

Post multos autem dies requisitus Maximus commentariensis et non inventus, nuntiatur Valeriano ipsum factum esse Christianum; qui missis aliis ex servitio in domum ejus, invenerunt eum prostratum orantem: tenentesque duxerunt ad Valerianum.

Cui ille: «Sic, inquit, cæcatus es pecuniis, ut promissionibus tuis me falleres?»

At Maximus: «In fide Domini nostri Jesu Christi.»

Tunc iratus Valerianus jussit eum præcipitari per pontem. Postea autem corpus inventum Eusebius sepelivit in cœmeterio Calixti, Via Appia, XIII. Kalendas Februarias<sup>3</sup>. Intra catacumbas invisitur etiam hodie locus Maximi ejus inscriptione notatus: sed sublato corpore titulus hic tantum superest: *locus Maximi*.

## V

Post hæc Valerianus, magna adhibita diligentia<sup>4</sup>, misit septuaginta milites, qui inventos<sup>5</sup> Eusebium,

<sup>1</sup> *ut facialis misericordiam egestati meæ*: que tengáis piedad, o misericordia, de mi indigencia.

<sup>2</sup> *aliquot diebus*: por algunos días.

<sup>3</sup> *XIII. Kalendas Februarias*: el veinte de enero.

<sup>4</sup> *magna adhibita diligentia*: desarrollando gran actividad, o haciendo alarde de gran actividad.

<sup>5</sup> *inventos... lentosque*: después de haber dado con ellos y reduciéndolos a prisión.



Adriam, Hippolytum, Paulinam et filios, tentosque aduxerunt ad forum Trajanum.

Marcellus vero diaconus occurrens exprobavit Valeriano, quod amici veritatis ab illo jussi sint teneri.

Tunc Secundianus togatus <sup>1</sup> dixit: «Hic est christianus, sicut et isti.» Intromissus <sup>2</sup> primum Eusebius presbyter. Interrogavit eum iudex: «Tu es, qui conturbas Urbem? Tamen declara nomen tuum.» Tum ipse: «Eusebius dicor, et presbyter» <sup>3</sup>.

Tunc iudex præcepit eum segregari, et intromitti Adriam.

Tunc iudex: «Ex quo, inquit, jure tibi abundantia divitiarum <sup>4</sup> et pecuniarum affluentia ut seducas populum?»

Respondit Adrias: «In nomine Domini mei Jesu Christi, de labore parentum» <sup>5</sup>.

Judex dixit: «Ergo si parentum tibi hæreditates relictæ sunt, tu ipsis utere, et non ad subversionem aliorum uti debes.»

Adrias dixit: «Ad meam, et filiorum meorum, utilitatem expendo, et integre et sine fraude utor.»

Judex dixit: «Habes filios vel conjugem?»

Respondit: «Hi sunt mecum catenati.»

Judex ait: «Introducantur.»

Introducta est intra velum <sup>6</sup> Paulina cum filiis Neone et Maria: sequebantur eos Marcellus diaconus et Hippolytus.

Judex dixit: «Ista est conjux tua, et hi filii tui?»

Respondit Adrias: «Hi sunt.»

Judex dixit: «Hi duo qui sunt?»

Respondit Adrias: «Iste beatus Marcellus diaconus, hic autem frater meus, servus Christi singularis.»

<sup>1</sup> *togatus*: procurador.

<sup>2</sup> *Suple est.*

<sup>3</sup> *Suple sum.*

<sup>4</sup> *Ex quo jure tibi abundantia divitiarum (est)?...: ¿Con qué derecho tienes, o posees, abundantes riquezas?... o ¿de dónde te vienen?, etc.*

<sup>5</sup> *de labore parentum (sunt mihi)*: las tengo adquiridas por el trabajo de mis padres.

<sup>6</sup> *intra velum*: dentro de la cortina (que separaba al tribunal de los reos y del público).



Tunc iudex conversus ad illos <sup>1</sup>, dixit: «Dicite ex ore vestro, quo nomine vocamini?»

Respondit Marcellus: «Dicor Marcellus diaconus.»

Judex dixit Hippolyto: «Dic tu nomen tuum.»

Hippolytus dixit: «Hippolytus servus servorum Christi.»

Tunc iudex iussit Paulinam et filios segregari, et dixit Adriæ: «Divulga thesauros, et cum iis quibus intromissus es, sacrificate, et vivite; alias citius exhalabitis animam amittendo vitam vestram.»

Respondit Hippolytus: «Nos amisimus vana consilia <sup>2</sup>, et invenimus veritatem.»

Dixit iudex: «Quæ consensio fuit amissionis» <sup>3</sup>.

Respondit: «Ut projiceremur <sup>4</sup> vana idola, et inveniremus Dominum cæli, terræ et maris abyssi, Christum Dei filium, quem credimus.»

Tunc iussit iudex omnes in custodia publica poni, et non separari, ductique sunt in custodiam Mamertini.

## VI

Post triduum <sup>5</sup>, adhibito in consilium Secundiano, et Probo <sup>6</sup>, in Tellure <sup>7</sup> sibi tribunal parari fecit, ibique omnia genera tormentorum afferri. Et introducto Adria <sup>8</sup>, iterum quæstio habita est <sup>9</sup> de pecuniis. Et non inventis <sup>10</sup>, ara iussa est incendi ante Palladem <sup>11</sup>, iussitque eos thus offerre.

<sup>1</sup> *conversus ad illos*: volviéndose a ellos.

<sup>2</sup> *vana consilia*: vanas preocupaciones.

<sup>3</sup> *Quæ consensio fuit amissionis?*: ¿Qué os habéis propuesto al rechazarias?

<sup>4</sup> *Ut projiceremur*: Derribar.

<sup>5</sup> *Post triduum*: Al cabo de tres días.

<sup>6</sup> *adhibito in consilium Secundiano, et Probo*: habiendo agregado (al tribunal) a Secundiano y Probo para que le asesorasen.

<sup>7</sup> *in Tellure*: en el templo de Tellus o Cibeles, situado entre el antiguo palacio de los Césares y el Esquilino, cerca de donde hoy se encuentra la basílica de San Pedro.

<sup>8</sup> *introducto Adria*: habiendo sido introducido Adrias.

<sup>9</sup> *quæstio habita est*: se habló, o se trató.

<sup>10</sup> *Et non inventis (pecuniis)*: Y no habiéndose encontrado (el dinero).

<sup>11</sup> *ante Palladem*: delante de la imagen de Palas. (El templo de Palas estaba próximo al de Cibeles.)



Qui omnes exspuentes iudicem deridebant.

Tunc iussit spoliari, et nudi extensi fustibus cædebantur.

Tunc beata Paulina, cum acrius cæderetur, reddidit Deo spiritum.

Hoc videns iudex, sententiam capitis dixit in Eusebium et Marcellum <sup>1</sup>, qui ducti sunt ad Petram Sceleratam <sup>2</sup>, juxta Amphiteatrum, ad locum pastoris. Ibidem decollati sunt beatus Eusebius presbyter et Marcellus diaconus XIII. Kalendas Novembris <sup>3</sup>. Corpora illorum relicta sunt canibus, corpus Paulinæ foras jactum est; quæ cuncta alius Hippolytus, qui et diaconus <sup>4</sup>, colegit et sepelivit Via Appia, milliario ab Urbe <sup>5</sup>, in arenario, ubi frequenter conveniebant.

Secundianus post hæc suscepit Adriam et filios in domum suam <sup>6</sup> cum Hippolyto sollicite perquirens de pecunia.

Responderunt illi: «Quod habuimus in pauperes expendimus <sup>7</sup>: thesauri nostri animæ nostræ sunt, quas >perdere nullatenus volumus: fac quod tibi præceptum est.>

Tunc Secundianus fecit torqueri filios.

Quibus pater inquit: «Constantes estote, filii.»

Qui dum cæderentur, dicebant tantum: «Christe ad- >juya nos.» Post hæc iussit subjici tormentis Adriam et Hippolytum, eosque lampadibus inuri lateribus.

Hippolytus dicebat: «Ecce epulæ sine corruptione.»

Cumque multa passi essent, dixit Secundianus: «Cito >levantur de terra, et ferantur ad Petram Sceleratam >Neon filius et Maria soror, et necentur in conspectu >parentis.» Quo ducti gladio cæsi sunt, jactaque ibi

<sup>1</sup> *sententiam capitis dixit in Eusebium et Marcellum*: pronunció sentencia de muerte contra Eusebio y Marcelo.

<sup>2</sup> Llamada así por su proximidad al sitio en que Tulia, mujer de Tarquino el Soberbio, hizo pasar su carro por encima del cadáver de su padre.

<sup>3</sup> *XIII. Kalendas Novembris*: el veinte de octubre.

<sup>4</sup> *qui et (erat) diaconus*: que también era diácono.

<sup>5</sup> *Via Appia, milliario ab Urbe*: en la vía Apia, a una milla de la ciudad.

<sup>6</sup> *suscepit Adriam et filios in domum suam*: llevó a su casa a Adrias y sus hijos.

<sup>7</sup> *Quod habuimus in pauperes expendimus*: Lo que teníamos lo hemos dado para repartirlo entre los pobres.



sunt corpora eorum. Quæ collecta a fidelibus, sepulta postea sunt in arenario eodem, ubi consueverant convenire Via Appia, milliario ab Urbe, VI. Kalendas Novembris <sup>1</sup>.

Secundianus autem, cum omnia renuntiasset Valeriano, post dies octo jussit parari sibi tribunal in circo Flaminio <sup>2</sup>, atque abduci ad se Hippolytum et Adriam vinctos catenis, et voce præconis clamari: «Isti sunt sacrilegi, isti sunt sacrilegi, qui evertunt Urbem» <sup>3</sup>. Et cum introducti essent, Judex de pecuniis rursus habuit quæstionem dicens: «Date pecunias, per quas vulgus ducebatis in errorem.»

Respondit Adrias: «Nos Christum prædicamus, qui nos de errore dignatus est liberare, non ut homines occidamus, sed ut vivificemus.»

Cum videret Secundianus Togatus se nihil proficere, jussit maxillas eorum plumbatis diutissime cædi <sup>4</sup>, ac voce præconis dici: «Sacrificate diis thura incendentes» <sup>5</sup>. Tripodem enim cum thure illuc fecerat Secundianus portari.

Hippolytus eruentatus, clamabat: «Fac, miser, quod facis, noli cessare.»

Tunc Secundianus cedentibus parci jussit <sup>6</sup>, dixitque eis: «Jam consulite vobis ipsis <sup>7</sup>; ecce parco stultitiæ vestræ.»

Responderunt illi: «Nos parati sumus omnia tormenta sustinere et quod tu, vel Princeps jubet, facturi non sumus.»

Retulit Secundianus Valeriano, qui eos jussit consumi citius <sup>8</sup> in conspectu populi.

Tunc Secundianus præcepit eos adduci ad Pontem

<sup>1</sup> VI. Kalendas Novembris: el veintiseiete de octubre.

<sup>2</sup> Se llamó así porque lo construyó a sus expensas el cónsul Flaminio, muerto en la batalla de Cannas contra Aníbal.

<sup>3</sup> qui evertunt Urbem: que trastornan la ciudad.

<sup>4</sup> plumbatis diutissime cædi: que fuesen azotados un gran rato con azotes con balas de plomo.

<sup>5</sup> thura incendentes: quemando incienso.

<sup>6</sup> cedentibus parci jussit: dispuso que se dejara de atormentar a los desfallecidos mártires.

<sup>7</sup> consulite vobis ipsis: mirad por vuestro propio bien.

<sup>8</sup> qui eos jussit consumi citius: el cual mandó que se les diese muerte en seguida.



Antonini, et plumbatis cædi diutissime usque ad consummationem eorum <sup>1</sup>: cumque diutius cæderentur, emiserunt spiritum, et relictæ sunt corpora eodem loco, juxta insulam Lycaoniam. Noctu venit Hippolytus diaconus Romanæ Ecclesiæ, atque sublata corpora Via Appia, milliario ab Urbe, in arenario juxta sepulera aliorum sanctorum sepelivit V. Idus Decembris <sup>2</sup>.

Post menses novem Romam venit femina Martha nomine, græca genere, una cum filia Valeria, ambæ christianæ, Adriæ et Paulinæ consanguinæ. Cumque eos quærerent, nec invenirent <sup>3</sup>, audientes eos martyrio coronatos esse, gavisæ sunt vehementer. Et inquirentes de corporibus illorum cum invenissent, ibidem diebus ac noctibus vigilantes, in orationibus permanserunt usque ad annos tredecim, reddentes in pace spiritum Deo. Sepultæ ibidem sunt. V. Idus Decembris in honorem Christi Jesu Domini nostri, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## II

### ACTA SANCTORUM NEMESII, LUCILLÆ, SEMPRONII ET SOCIORUM MARTYRUM

## I

Temporibus Valeriani et Gallieni imperatorum, multi christianorum declinantes ipsorum sævitiam <sup>4</sup>, occultabantur: alii vero se prodentes martyrii palmam consequabantur. Data enim fuerat lex, ut quicumque proderet christianum occultum, omnes facultates ejus acciperet, et honorem militiæ obtineret <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> *usque ad consummationem eorum*: hasta que muriesen.

<sup>2</sup> *V. Idus Decembris*: el nueve de diciembre.

<sup>3</sup> *nec invenirent*: y no los encontrasen.

<sup>4</sup> *declinantes ipsorum sævitiam*: huyendo de su crueldad.

<sup>5</sup> *et honorem militiæ obtineret*: y que gozase del fuero militar, o que se le concediese la dignidad palatina que se llamó *militia*.



Tunc beatus Stephanus episcopus Urbis, congregato universo Clero, sic eos allocutus est, dicens: «Fratres, et commilitones mei, audistis præcepta diabolica sæva vulgari. Si quis christianus a gentili proditus fuerit, omnes ille facultates ejus accipiat: Vos itaque, fratres, respuite facultates terrenas, ut cæleste regnum accipiatis: nolite timere principes sæculi; sed orate Dominum Deum cæli, et Jesum Christum filium ejus, qui potest nos eripere de manibus inimicorum et diaboli sævitia, et suæ gratiæ sociare.»

Tunc presbyter Bonus respondens, ait: «Nos non tantum parati sumus facultates terrenas relinquere; sed etiam sanguinem propter nomen Domini nostri Jesu Christi fundere, ut sic mereamur adipisci gratiam.»

Cumque hæc locuti fuissent, omnes clerici postraverunt se ad pedes beati Stephani, atque dixerunt esse apud Christianos <sup>1</sup> infantes adhuc gentiles et alios illis proximos nondum baptizatos: quos ad se perducere atque baptizari petierunt <sup>2</sup>. Jussit itaque beatus Stephanus, ut altera die in crypta Nepotiana omnes congregarentur.

## II

Facto sequenti die conventu <sup>3</sup>, in eadem crypta inventi sunt promiscui sexus viri et mulieres numero centum et octo, quos omnes idem Stephanus in nomine Domini nostri Jesu Christi baptizavit, et signo sacri mysterii consecravit: obtulitque pro eis sacrificium, quo participati sunt omnes.

Altera autem die, ordinavit idem Stephanus res Ecclesiæ, committens eas tribus presbyteris, diaconis septem, ac clericis sexdecim: sedensque docebat om-

<sup>1</sup> *dixerunt esse apud Christianos:* dijeron que había entre los cristianos.

<sup>2</sup> *quos ad se perducere atque baptizari petierunt:* y pidieron que éstos

fuesen traídos a su presencia y se les bautizara.

<sup>3</sup> *Facto sequenti die conventu:* Celebrada al día siguiente la reunión.



nes de regno Dei <sup>1</sup>, et vita æterna, ad quem etiam veniebant, gentiles, ut audirent, et baptizarentur ab eo.

Interea dum hæc agerentur, venit Nemesius tribunus militum, habensque filiam unicam, quæ a cunabulis ipsis apertos habens oculos penitus non videbat <sup>2</sup>, prostravit se ad pedes Stephani episcopi dicens: «Obsecro domine, mi Papa, baptiza me, et filiam meam, ut et illa illuminetur, et nostras animas eruas de tenebris sempiternis, quia nunc usque semper in afflictionibus pro cætitate filiæ mæ fui.» Cui beatus Stephanus dixit: «Si credideris toto corde tuo <sup>3</sup>, omnia tibi credenti ministrabuntur.»

Nemesius dixit: «Ego vero ab hac die ex toto corde meo credo Dominum nostrum Jesum Christum ipsum esse Deum, qui et aperuit oculos cæci nati: et ego non invitus <sup>4</sup>, aut hominum persuasione <sup>5</sup>, sed ejus advocacy <sup>6</sup> ad tuam adveni sanctitatem.»

His dictis, statim jubet Stephanus eum duci ad titulum Pastoris <sup>7</sup>, ubi dum catechizasset eum et filiam ejus secundum consuetudinem Christianorum, et indixisset jejunium usque ad vesperum, cum diei hora appropinquasset vespertina <sup>8</sup>, in eodem titulo fontem benedixit, et deponens Nemesium in aquam dixit: «In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizo te.» Et ad filiam Nemesii conversus: «Credis, ait, in Deum Patrem omnipotentem?»

Respondit: «Credo.»

— «Et in Jesum Christum Dominum nostrum?»

Respondit: «Credo.»

— «Remissionem omnium peccatorum?»

<sup>1</sup> *docebat omnes de regno Dei*: enseñaba a todos el reino de Dios.

<sup>2</sup> *quæ a cunabulis ipsis apertos habens oculos penitus non videbat*: que teniendo abiertos los ojos, era completamente ciega de nacimiento.

<sup>3</sup> *toto corde tuo*: con todo tu corazón.

<sup>4</sup> *non invitus*: no obligado, o forzado.

<sup>5</sup> *aut hominum persuasione*: ni por consejo de los hombres.

<sup>6</sup> *ejus advocacy*: por inspiración de Dios.

<sup>7</sup> *titulum Pastoris*: la parroquia del Pastor. Las primitivas parroquias de Roma se llamaban *tituli*, porque eran generalmente la casa de un particular que éste cedía para el culto de Dios, con su correspondiente título de propiedad.

<sup>8</sup> *cum diei hora appropinquasset vespertina*: aproximándose la caída de la tarde.



Respondit: «Credo.»

— «Carnis resurrectionem?»

Respondit: «Credo, domine.»

Dumque levaretur de aqua, cœpit clamare:

— «Ecce video hominem qui tetigit oculos meos, et  
lumen splendidum circa eum.»

Tunc baptizatam filiam nominavit Lucillam, quam ipse elevavit de fonte. Tunc etiam cœperunt multi ad vestigia beati Stephani episcopi prosternere se, et flagitare cum lacrymis, ut baptizarentur ab eo.

Baptizavit itaque eadem die qua Lucilla illuminata est, promiscui sexus <sup>1</sup> numero sexaginta duos, et deinde multi, qui rem cognovissent ex gentilibus <sup>2</sup>, occurrere <sup>3</sup> beato Stephano viri honesti <sup>4</sup> petentes baptizari ab eo; beatus vero Stephanus repletus gratia Spiritus Sancti per cryptas martyrum missas atque concilia celebrabat.

### III

Tunc Valerianus, comperto quod <sup>5</sup> Nemesius tribunus cum omni domo sua <sup>6</sup> Christo credidisset, et baptizatus esset, ejusque filia illuminata esset cæcitate depulsa <sup>7</sup>, vocabit ad se Glabrionem et Maximum consules, ac retulit omnia: initoque consilio <sup>8</sup> decreverunt, ut ubicumque inventus esset Nemesius, sine audientia puniretur. Nemesius autem, gratia Christi, roboratus circumibat <sup>9</sup> cryptas et concilia martirum; et ubicumque invenisset Christianum egentem, de suis facultatibus ministrabat <sup>10</sup>.

<sup>1</sup> *promiscui sexus*: de uno y otro sexo, o de ambos sexos.

<sup>2</sup> *qui rem cognovissent ex gentilibus*: que habían sabido el suceso por testimonio de los gentiles.

<sup>3</sup> *occurrere*: fueron a buscar.

<sup>4</sup> *viri honesti*: personas distinguidas.

<sup>5</sup> *comperto quod...*: habiendo sabido que...

<sup>6</sup> *cum omni domo sua*: con toda su familia.

<sup>7</sup> *cæcitate depulsa*: habiéndosele quitado la ceguera.

<sup>8</sup> *initoque consilio*: y tomada una resolución.

<sup>9</sup> *circumibat*: recorría.

<sup>10</sup> *de suis facultatibus ministrabat*: le socorría con sus haberes.



<sup>1</sup> Veniens autem quadam die sub noctis silentio<sup>1</sup>, comperit in Via Appia ad templum Martis Valerium Maximum sacrificare dæmoniis. Hæc sciens Nemesius flexis genibus oravit dicens: «Domine Deus creator cæli et terræ, dissipa consilia diaboli, et in nomine Domini nostri Jesu Christi quem misisti in hunc mundum, contere Satanam ut resiliant hi a laqueis ejus, et relinquunt manufacta idola, et te Deum creatorem patrem omnipotentem et Jesum Christum filium tuum agnoscant.»

His dictis, statim Maximus a dænome corripitur, et magna voce clamans dixit: «Nemesius christianus me incendit: ecce ejus oratio me affligit.» Eadem hora<sup>2</sup> egressi gentiles tenuerunt Nemesium: dumque tenebatur et contumeliis afficeretur<sup>3</sup>, Maximus consul suffocatus a dæmone expiravit.

Duxerunt illi Nemesium ad Valerianum in palatium Claudii, cui dixit Valerianus: «Nemesi, ubi est prudentia tua quam semper novimus consilio et actibus roboratam? <sup>4</sup>. Nunquid nos nescimus quid sit melius, quidve deterius? Tu tamen fac quod tibi melius est. Nos te hortamur, ut, cognita veritate, non deseras deos quos ab incunabulis<sup>5</sup> coluisti.»

Nemesius dixit cum lacrymis: «Ego quidem infelix atque peccator semper deserui<sup>6</sup> veritatem et effudi sanguinem innocentem: misericordiam Christi Filii Dei adeptus, cognovi jam creatorem meum (licet sera pœnitidine)<sup>7</sup>, Dominum cæli et terræ, et Jesum Christum filius ejus, ejus baptismo sum redemptus, qui aperuit oculos filiæ, quod nullus medicorum potuit facere unquam; qui etiam oculos nostrorum cordium illuminavit, ut, resipiscentes a superstitione idolatriæ, ad verum lumen Christi veritatis converteremur.»

<sup>1</sup> *sub noctis silentio*: en el silencio de la noche.

<sup>2</sup> *Eadem ora*: En el mismo instante.

<sup>3</sup> *contumeliis afficeretur*: sufría improperios.

<sup>4</sup> *consilio et actibus (tuis) roborata-*

*lam*: confirmada por tus palabras y tus obras.

<sup>5</sup> *ab incunabulis*: desde la infancia.

<sup>6</sup> *deserui*: desatendí.

<sup>7</sup> *licet sera pœnitidine*: aunque con tardío arrepentimiento.



»Hunc timeo, hunc adoro, ipsi cultum meæ servitutis  
»offerō, ejusque auxilium semper requiro, ominaque  
»idola manufacta abjicio<sup>1</sup>, quæ dæmonia esse cogno-  
»vi, hominesque decipere, perdere et in mortem æter-  
»nam damnare.»

Valerianus dixit: «Cognovi carmina tua<sup>2</sup>, quibus  
»homicidium perpetrasti in consulem Maximum<sup>3</sup>, ut  
»magicis artibus eum interficeres, et christianos ritus  
»adversus salutem nostram et rempublicam nitaris  
»exercere.»

His dictis, iratus jussit eum privatæ custodiæ man-  
cipari<sup>4</sup>. Fecit et presentari Sempronium creditarium<sup>5</sup>  
ejus, requirens ab eo facultates Nemessii: filiamque  
ejus Lucillam, cuidam sacrilegæ feminæ, Maxima no-  
mine, fecit deputari custodiæ<sup>6</sup>.

#### IV

Alia die jussit Sempronium tradi Olympio tribuno,  
et discuti sub pœnarum examinatione.

Cui ille: «Cognovisti quare nobis es præsentatus?»  
Illo tacente, subjungit Olympius: «Audi me, Semproni,  
»et fac quod jubent principes; alias variis pœnis inte-  
»ribis. Offer nobis facultates ex integro Nemessii<sup>7</sup>, et  
»sacrifica diis, et vive feliciter.»

Sempronius dixit: «Si facultates quæris Nemesii  
»domini mei, cuncta pro Christo tradidi: ejus enim  
»fuerunt et erunt. Si sacrificium me offerre compellis<sup>8</sup>,  
»faciam illud unum cum domino meo Nemesio, Christo

<sup>1</sup> *ominaque idola manufacta abjicio*: y rechazo los ídolos que pronuncian oráculos, y que son hechos por mano del hombre.

<sup>2</sup> *carmina tua, quibus...*: tus imprecaciones mágicas, con que...

<sup>3</sup> *in consulem Maximum*: en la persona del cónsul Máximo.

<sup>4</sup> *jussit eum privatæ custodiæ mancipari*: mandó que se le encerrase en una cárcel particular.

<sup>5</sup> *creditarium*: administrador, o

apoderado.

<sup>6</sup> *Lucillam, cuidam sacrilegæ feminæ... fecit deputari custodiæ*: e hizo que se encargara de guardar a Lucilla cierta sacrilega mujer.

<sup>7</sup> *Offer nobis facultates ex integro Nemessii*: Preséntanos enteros los caudales de Nemesio.

<sup>8</sup> *Si sacrificium me offerre compellis*: Si me obligas a ofrecer un sacrificio.



>offerens sacrificium laudis.> Tunc iratus Olympius dixit: <Extendite eum in catasta et mactate fustibus. >Afferte ante eum tripodem et deum Martem, ut sacrificet.> Allatum est simulacrum æreum Martis una cum tripode.

Quod cum vidisset Sempronius <sup>1</sup> dixit: <Conterat te >Dominus Jesus Christus filius Dei vivi.> Sensimque liquefactum simulacrum defluxit.

Stupefactus Olympius jussit eum in custodiam domus suæ perduci, dicens: <Hæc nocte universa tormenta in te experiar.>

Veniensque Olympius ad Exuperiam uxorem suam, dixit ei de simulacro Martis, Christi nomine resoluto; cui illa ait: <Si tanta est virtus Christi, quam tu enarras, >melius est nobis relinquere deos, qui nec se, nec nos >possunt adjuvare, et illum quærere, qui illuminavit >Nemesii tribuni filiam.>

Tunc Olympius jussit Tertullino domestico suo, ut Sempronium in honore haberet <sup>2</sup>, et thesauros ab eodem requireret. Sed eadem nocte ipse cum uxore sua Exuperia et filio suo ad Sempronium venit; omnesque prosternentes se ad pedes ejus, dixerunt: <Cognovimus virtutem Christi: petimus a te baptismum.>

Sempronius dixit Olympio: <Si penitentiam egeris >una cum uxore tua, et filio tuo, omnia vobis ministrabuntur.>

Olympius dixit: <Modo cognosces me ex toto corde >credere in Dominum quem tu prædicas.> Et statim aperuit cubiculum suum ubi habebat Lararium <sup>3</sup>, et in eo simulacra aurea, et argentea et lapidea, dixitque Sempronio: <Ecce in tua sunt potestate; faciam, quod >jubeas.>

Sempronius ei: <Hæc omnia idola manu tua confrin-

<sup>1</sup> Quod (simulacrum) cum vidisset Sempronius: Y habiéndolo visto Sempronio.

<sup>2</sup> ut Sempronium in honore haberet: que tratase a Sempronio con

todo respeto y consideración.

<sup>3</sup> Lararium: el larario, especie de capilla que había en las casas ricas, y en la cual se guardaban las estatuas de los dioses lares.



»ge: aurea et argentea igne confla<sup>1</sup>, et in necessitates  
»pauperum eroga, et tunc sciam te toto corde credere.»  
Cum hoc faceret Olympius, audita est vox dicentis:  
«Requiescet in te spiritus meus.» Hæc audiens Olym-  
pius cum uxore cœperunt nimium reborari; ac magis  
spiritus calore fervere, et ad Baptismi mysteria quan-  
tocius properare.

V

Nuntiavit hæc omnia Sempronius Nemesio, qui re-  
laxatus<sup>2</sup> festinans perrexit ad Sanctum Stephanum et  
omnia per ordinem pandit<sup>3</sup>. Beatus Stephanus hæc  
audiens gratias retulit Deo omnipotenti ac Jesu Christo  
filio ejus, perrexitque noctu ad domum Olympii. Cum  
pervenisset, procidit ad vestigia<sup>4</sup> beati Stephani Olym-  
pius cum uxore et filio: flagitansque Baptismi sacra-  
mentum ostendit confracta idola omnia.

Hoc videns beatus Stephanus episcopus dixit: «Gra-  
»tias tibi agimus, Domine Jesu Christe, qui dignatus es  
»servis tuis misericordiam condonare<sup>5</sup>, ut eos erueres  
»a dæmonum erroribus, et congregares velut triticum  
»in horreo tuo.»

Tunc catechizavit eos ecclesiastica traditione<sup>6</sup>, et  
baptizavit quotquot crediderunt domi Olympii, una  
cum ipso Olympio, uxore Exuperia et filio, quem Theo-  
dulum nominavit, obtulitque sacrificium pro eorum  
redemptione.

Factum est autem post diem tertium, ut audirent  
hæc omnia Valerianus et Gallienus, et nimio furore  
succensi dixerunt: «Ablatus est Deorum cultus a su-  
»perstitione Christianorum»<sup>7</sup>. Moxque Nemesium ac  
Lucillam absque aliqua audientia ductos Via Appia, ad

<sup>1</sup> aurea et argentea (idola) igne  
confla: derrite en el fuego los ídolos  
de oro y plata.

<sup>2</sup> relaxatus: regocijado.

<sup>3</sup> omnia per ordinem pandit: todo  
se lo refirió punto por punto.

<sup>4</sup> procidit ad vestigia: se arrojó a  
los pies.

<sup>5</sup> misericordiam condonare: con-  
ceder misericordia.

<sup>6</sup> ecclesiastica traditio: según la  
tradición de la Iglesia.

<sup>7</sup> Ablatus est Deorum cultus a su-  
perstitione Christianorum: La super-  
stición de los cristianos ha hecho des-  
aparecer el culto de los dioses.



templum Martis, ipsam Lucillam fecit ante patris oculos jugulari, quam pater ad cælestem gloriam martyrio coronatam præeuntem videns, magno gaudio affectus est <sup>1</sup>: ipse vero Nemesius capite truncatur inter Viam Latinam et Appian VIII. Kalendas Septembris <sup>2</sup>, cujus corpus collectum beatus Stephanus sepelivit juxta locum ubi decollatus est, Via Latina non longe ab urbe.

Alia vero die Valerianus jussit Sempronium, Olympium, Exuperiam, et Theodulum filium in Tellure ad publicam audientiam voce præconis adduci.

Quibus Valerianus: «Cur non consulitis vobis ipsis, et adoratis deos, quos scimus gubernare rempublicam nostramque salutem?»

Sempronius respondit: «Nos gubernat Christus qui nos ad hanc perduxit gloriam.»

Gallienus dixit Olympio: «Adhuc differo pœnarum inferre supplicia <sup>3</sup>, quod tu semper deos adorasti, et alios ad hoc ipsum compellebas.»

His Olympius: «Feci fateor, et me pœnitet, et incessanter lacrymas fundo.»

Tunc ad Valerianum Gallienus conversus ait: «Si isti mox extincti non fuerint, cuncta civitas ad sectam ipsorum concurret.» Decreta itaque in eos sententia <sup>4</sup> ut igne comburerentur, ad statuam Solis <sup>5</sup>, juxta Amphiteatrum ducti sunt; ibique fixis stipitibus, congestis sarmentis, navium stupa igne appposito, cremari jussit, cum illi flammis vallati <sup>6</sup> dicerent: «Gloria tibi, Christe; qui nos dignatus es cum sanctis martyribus congregare.» Quorum corpora a clericis noctu sublata <sup>7</sup>, cum hymnis ex more a Stephano sepulta sunt <sup>8</sup> pridie Kalendas Novembris <sup>9</sup>.

<sup>1</sup> *magno gaudio affectus est*: sintió gran gozo.

<sup>2</sup> *VIII. Kalendas Septembris*: el veinticinco de agosto.

<sup>3</sup> *Adhuc differo pœnarum inferre supplicia*: Todavía retardo aplicarte los tormentos.

<sup>4</sup> *Decreta itaque in eos sententia*: Y así, pronunciada contra ellos la sentencia.

<sup>5</sup> *ad statuam Solis*: al pie de la

estatua del Sol.

<sup>6</sup> *flammis vallati*: cercados por las llamas.

<sup>7</sup> *Quorum corpora... sublata*: Y sus cuerpos recogidos.

<sup>8</sup> *cum hymnis ex more a Stephano sepulta sunt*: fueron sepultados por San Esteban, entonando himnos según costumbre.

<sup>9</sup> *pridie Kalendas Novembris*: el día treinta y uno de octubre.



### III

#### ACTA SANCTORUM STEPHANI PAPÆ ET TARSICII ACOLYTI, MARTYRUM

Post multos dies Valerianus et Gallienus, ut Stephanus ac Romanæ Ecclesiæ clerici inquirerentur, pœnisque afficerentur, proposito edicto jusserunt <sup>1</sup>. Tum accidit, ut duodecim ex clero romano tenerentur <sup>2</sup>, nempe Bonus, Faustus, Marius, Primitivus, Calumniosus, Joannes, Exuperantius, Cyrillus, Theodorus, Basilius, Castullus et Honoratus, qui absque audientia <sup>3</sup> statim capitibus truncari jubentur: decollatique sunt Via Latina juxta formam aquæductus <sup>4</sup>: quorum corpora collegit Tertullinus, et possuit juxta corpora Jovini et Basilei, Via Latina, Kalendis Augusti <sup>5</sup>.

Hoc audiens Stephanus vocat ad se Tertullinum, ac de regno Dei et vita æterna eum erudiens, et in albis positum presbyterio consignavit <sup>6</sup>: cui inter cætera sancta monita præcipue illi mandavit, ut sancta martyrum corpora requireret.

Qui post biduum a baptismo suo, ductus est ad Valerianum, jussusque est, ut Olympii facultates proderet. Cui Tertullinus: «Si facultates Domini mei cupis, æternam vitam consequi poteris, quas ille pro Christo moriens in æterna vita suscepit.» Cui Valerianus: «Ergo, inquit, facultates Domini tui vitam præstant?» Respondit Tertullinus: «Regnum perenne est Christi Domini nostri, qui habet potestatem mortis et vitæ.»

Valerianus ad suos conversus, ait: «Videtur hic effectus insanus» <sup>7</sup>. Jussitque illum fustibus cædi, et latera ejus facibus inflammari.

<sup>1</sup> El orden es: *Post multos dies Valerianus et Gallienus jusserunt, ut Stephanus, etc.*

<sup>2</sup> *tenerentur*: fueron aprisionados.

<sup>3</sup> *absque audientia*: sin oírlos, o sin juzgarlos.

<sup>4</sup> *juxta formam aquæductus*: junto a la canal del acueducto.

<sup>5</sup> *Kalendis Augusti*: el día primero de agosto.

<sup>6</sup> *presbyterio consignavit*: ordenó de presbítero.

<sup>7</sup> *Videtur hic effectus (esse) insanus*: Parece que éste se ha vuelto loco.



Post hæc traditur Saprício judici, qui tribunal sibi parari fecit in loco, qui dicitur Mamertini <sup>1</sup>: inde post multa ac varia tormenta eductus est, et Via Latina <sup>2</sup>, secundo ab Urbe lapide <sup>3</sup>, decollatus Kalendis Augusti <sup>4</sup>. Ejus reliquias beatus Stephanus Papa collegit, ac in crypta arenaria sepelivit.

Sequenti die Valerianus misit milites qui tenerent beatum Stephanum <sup>5</sup>; tentum ad se perduci jussit <sup>6</sup>, ac dixit: «Tu es, qui rempublicam conaris evertere, et >suasionibus tuis populum a deorum cultu recedere suades?»

Ad quem Stephanus: «Ego quidem rempublicam non >everto; sed populum moneo atque hortor, ut relictis >dæmoniis qui in idolis coli solent, Deum verum >agnoscat et quem misit Jesum Christum.» Tunc jussit Valerianus eum duci ad templum Martis, ibique sententiam ex tabella recitari <sup>7</sup>.

Perductus beatus Stephanus a militibus extra muros, Via Appia cum pervenisset ad templum Martis <sup>8</sup>, elevatis in cælum oculis dixit: «Domine Deus Pater, qui >destruxisti turrim confusionis Babylone <sup>9</sup>, destrue >locum hunc, in quo diabolus superstitione decipit populos.» Tunc facto tonitru una cum fulgore et coruscatione, percussoque templo, ex parte corruit <sup>10</sup>: et milites fugientes reliquerunt Stephanum solum. Beatus vero Stephanus cum suis perrexit ad proximum cœmeterium Lucillæ, ubi multis verbis exhortatus est

<sup>1</sup> La prisión Mamertina, que contenía dos calabozos abiertos en la roca del Capitolio. Anco Marcio, cuarto rey de Roma, fué el primer autor de esta prisión, que amplió con un segundo departamento en la parte inferior Servio Tulio, sexto rey de Roma, por cuya razón los italianos llaman todavía *Carcere Mamertino* a este calabozo, donde eran ahorrrojados los primeros cristianos.

<sup>2</sup> *Via Latina*: en la Via Latina.

<sup>3</sup> *secundo ab Urbe lapide*: a dos millas de Roma.

<sup>4</sup> *Kalendis Augusti*: el día primero de agosto.

<sup>5</sup> *qui tenerent beatum Stephanum*: a prender a San Esteban.

<sup>6</sup> *ad se perduci jussit*: mandó que fuese llevado a su presencia.

<sup>7</sup> *ibique sententiam ex tabella recitari*: y que allí se leyera la sentencia con el original delante.

<sup>8</sup> *Via Appia cum pervenisset ad templum Martis*: habiendo llegado al templo de Marte, en la Via Apia.

<sup>9</sup> *Babylone*: en Babel.

<sup>10</sup> *percussoque templo, ex parte corruit*: y herido el templo (por el rayo), se hundió en parte, o una parte de él.



suos ad tolerantiam martyrii <sup>1</sup>, et pro iis obtulit sacrificium Deo omnipotenti.

Audiens hæc omnia Valerianus misit ad eum capiendum milites: inveneruntque eum sacrificium Deo offerentem. Qui intrepidus et constans perficiens incepta mysteria, in eodem loco ante altare in sua decollatus est sede, IV. Nonas Augusti <sup>2</sup>. Factus est ibi planctus magnus Christianorum, quod tanto pastore essent orbati <sup>3</sup>. Sepelierunt corpus ejus cum ipsa sede sanguine ejus aspersa, in eadem crypta, in loco qui dicitur cœmeterium Callisti.

Hic constituit <sup>4</sup> sacerdotes et levitas vestibus sacratibus in usu quotidiano non uti, nisi in ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, et ordinavit presbyteros sex, diaconos quinque, et episcopos per diversa loca <sup>5</sup> tres.

Alia die milites invenerunt Tarsicium acolytum Christi corporis sacramenta portantem. Discussantibus quid gereret, ille indignum putans porcis prodere margaritas, nequaquam voluit detegere Sacrosancta Mysteria <sup>6</sup>. Qui eum tandiu fustibus ac lapidibus mactaverunt <sup>7</sup>, quousque spiritum exhalaret: revolutoque ejus corpore <sup>8</sup>, nihil valuerunt de Sacris Mysteriis reperire <sup>9</sup>.

Eadem die collegerunt corpus Sancti Tarsicii, et sepelierunt eum in cœmeterio Sancti Callisti Via Appia. Coadunataque ecclesia Christianorum, ordinaverunt in locum beati Stephani Sixtum, natione Græcum, patria Atheniensem, episcopum <sup>10</sup>, IX. Kalendas Septembris <sup>11</sup>, Valeriano IV, et Gallieno II consulibus: apud

<sup>1</sup> *ad tolerantiam martyrii*: a sufrir el martirio.

<sup>2</sup> *IV. Nonas Augusti*: el dos de agosto.

<sup>3</sup> *quod tanto pastore essent orbati*: por haberse quedado huérfanos de..., o haber perdido tan gran pastor.

<sup>4</sup> *constituit*: dispuso.

<sup>5</sup> *per diversa loca*: para distintos puntos.

<sup>6</sup> El orden es: *ille putans indignum prodere margaritas porcis, nequaquam voluit detegere Mysteria Sacrosancta (militibus) discutientibus*

*quid gereret.*

<sup>7</sup> *Qui eum tandiu fustibus ac lapidibus mactaverunt*: Los cuales descargaron durante mucho tiempo palos y pedradas sobre él.

<sup>8</sup> *revolutoque ejus corpore*: y habiendo registrado su cuerpo.

<sup>9</sup> *nihil valuerunt reperire de Sacris Mysteriis*: no pudieron encontrar rastro alguno de los santos Misterios.

<sup>10</sup> *ordinaverunt... episcopum*: consagraron como obispo.

<sup>11</sup> *IX. Kalendas Septembris*: el veinticuatro de agosto.



nos autem regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## IV

### ACTA SANCTI CORNELII PAPÆ ET MARTYRIS

#### I

Cornelius, natione Romanus, ex patre Castino<sup>1</sup>, sedit annos tres in episcopatu, et dies decem. Hic sub Cæsare Gallo martyrio coronatur. Sub hujus episcopatu, Novatus Novatianum extra Ecclesiam ordinavit, et in Africa Nicostratum. Hoc facto confessores qui defecerant a Cornelio, cum Maximo presbytero qui cum Mose fuit, ad Ecclesiam sunt reversi<sup>2</sup>, et facti sunt confessores fideles.

Post hec Cornelius episcopus Centumcellas pulsus est<sup>3</sup>, et ibi scriptam epistolam de sua confirmatione<sup>4</sup> missam a Cypriano (quam Cyprianus in carcere subscripsit et dedit Celerino lectori<sup>5</sup>) suscepit.

#### II

Eodem tempore audivit Volusianus epistolam acceptam a beato Cypriano carthaginensi episcopo<sup>6</sup>, et misit Centumcellas, et adduci jussit beatum Cornelium, quem jussit sibi cum præfecto Urbis in Tellure noctu

<sup>1</sup> *ex patre Castino*: hijo de Castino.

<sup>2</sup> Máximo, y muchos otros individuos del clero romano, se dejaron seducir por Novaciano, cuando se hallaban presos por la fe; mas luego abandonaron el cisma y volvieron al seno de la Iglesia.

<sup>3</sup> *Centumcellas pulsus est*: fué desterrado a Civita-Vecchia.

<sup>4</sup> *de sua confirmatione*: sobre su confirmación.—El orden es: *et susce-*

*pit ibi epistolam scriptam de confirmatione, missam, etc.*

<sup>5</sup> Lector, segunda orden eclesiástica de las cuatro menores. Su oficio en los primeros siglos de la Iglesia, era leer en público a los fieles las Sagradas Escrituras.

<sup>6</sup> *audivit Volusianus epistolam acceptam (esse) a beato Cypriano carthaginensi episcopo*: supo Volusiano que se había recibido una carta de San Cipriano, obispo de Cartago.



præsentari; cui ita dixit: «Sic definisti, ut nec Deos  
»consideres <sup>1</sup>, nec præcepta Principum audias, nec  
»nostras minas timeas, et contra rempublicam litte-  
»ras accipias, et dirigas?»

Cornelius episcopus respondit dicens: «Ego de co-  
»rona Domini mei litteras accepi et direxi et non con-  
»tra rempublicam, sed magis spirituali consilio ad ani-  
»mas redimendas.»

Tunc Volusianus, iracundia plenus, jussit os beati  
Cornelii cum plumbatis cædi, et præcepit eum duci  
ante templum Martis, ut adoraret: quod si non fecerit,  
dicens, capite truncetur.

### III

Tunc Cerealis, cujus cura Cornelius custodiebatur,  
rogavit beatum Papam, ut veniret in domum suam,  
atque visitaret uxorem suam, quæ annis quindecim  
jacebat paralytica <sup>2</sup>: erat illi nomen Sallustia.

Ingressus est Cornelius domum Cerealis cum duo-  
bus presbyteris et uno clerico lectore. Dixit hanc ora-  
tionem beatissimus Papa: «Domine Deus, creator om-  
»nium visibilium et invisibilium, qui dignatus es ad  
»nos peccatores venire ut nos salvos faceres, tu erige  
»allisam <sup>3</sup> hanc famulam tuam, et dona ei misericor-  
»diam tuam, sicut cæco nato donasti lumen ad cogno-  
»scendam gloriam tuam.» Et tenens manum Sallustiæ  
erexit eam dicens: «In nomine Jesu Christi Nazareni  
»surge, et sta super pedes tuos» <sup>4</sup>. Quæ protinus surre-  
xit clamans, et dicens: «Vere Christus est Deus et Dei  
»Filius.» Deinde dixit Cornelio: «Per Christum baptiza  
»me.» Et currens implevit vas et attulit ei.

Viso tanto miraculo, milites quoque qui erant cum  
Cereali, omnes se ad Cornelii pedes possuerunt timen-  
tes atque petentes se quoque baptizari.

<sup>1</sup> *Sic definisti, ut nec Deos conside-  
res*: Has decidido ya no respetar a los  
dioses.

<sup>2</sup> *annis quindecim jacebat paraly-  
tica*: que estaba parálitica hacía quin-

ce años.

<sup>3</sup> *allisam*: enferma, o imposibili-  
tada.

<sup>4</sup> *sta super pedes tuos*: tente sobre  
tus pies.



His omnibus <sup>1</sup>, videns Cornelius Dei manum, baptizavit eos, et obtulit pro eis sacrificium, et sic participati sunt omnes corpore et sanguine Domini.

Audivit hæc omnia imperator, et mittens tenuit omnes qui erant ex domo Cerealis credentes, cum militibus baptizatis qui simul cum beato Cornelio ducti sunt ad sacrificandum.

#### IV

Ducti sunt autem extra muros portæ Appiæ ad templum Martis, ut sacrificarent; sed illi facere nolentes atque exspuentes in templo decollati sunt simul cum beatissimo Papa, numero viginti unus, et cum Cereali et uxore sua Sallustia, XVIII. Kalendas Octobris <sup>2</sup>. Eadem vero nocte venit beata Lucina cum clericis et familia sua et rapuit corpora martyrum, et sepelivit in agro suo, in crypta ubi est cœmeterium Callisti.

Cessavit episcopatus <sup>3</sup> dies triginta quinque.

Cornelius jam ante passionem suam omnia Ecclesiæ bona tradidit Stephano archidiacono suo. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembren, et ordinavit presbyteros quatuor, et totidem diaconos, episcopos per diversa loca numero septem. Epistolas, atque decreta episcopis, et catholicis viris per diversa loca direxit.

#### V

##### ACTA SANCTÆ SABINÆ ILLUSTRISSIMÆ MATRONÆ MARTYRIS

Romæ <sup>4</sup>, in Aventino <sup>5</sup>, in pago Vindinensi ad arcum Faustini, natalis beatissimæ et illustrissimæ Sabinæ

<sup>1</sup> *His omnibus*: En todas estas cosas.

<sup>2</sup> *XVIII. Kalendas Octobris*: el día catorce de septiembre.

<sup>3</sup> *Cessavit episcopatus*: Estuvo va-

cante la silla episcopal.

<sup>4</sup> *Romæ*: En Roma.

<sup>5</sup> Uno de los siete collados sobre que fué fundada Roma.



martyris, quæ fuit uxor præclarissimi cujusdam Valen-  
tini, et filia Herodis metallarii <sup>1</sup>, quæ passa est Adriano  
imperante, sub præfecto Elpidio.

Hanc beata virgo Serapia, cum domi ejus conversa-  
retur, persuasit de fide Domini Jesu Christi <sup>2</sup>. Quæ  
postmodum eandem virginem usque ad eundem lo-  
cum passionis secuta est <sup>3</sup>.

Et cum ei præfectus Berillus diceret: «Quid tibi ipsa  
»derogas? Aut quare temetipsam vilem reddis? Aut  
»quare non consideras quæ es <sup>4</sup>, aut cujus filia es? Con-  
»juxisti te Christianis et oblita es natales tuos <sup>5</sup>, et  
»memoriam tanti viri cujus fuisti, et deorum quorum  
»iram vereor ne incurras. Revertere magis ad domum  
»tuam, et dimitte hanc nefandam quæ maleficiis te et  
»plures demutavit a cultu Deorum» <sup>6</sup>.

Beata Sabina respondit: «Illius sanctæ puellæ, de  
»qua dicis, maleficiis, utinam et tu suadereris <sup>7</sup>, sicut  
»et ego suasa sum, et ab inmundis recederes idolis, et  
»verum et certissimum agnosceres Deum, qui bonos  
»ad æternam vocat vitam, et malos in pœnam relin-  
»quit perpetuam!»

Quod Præses audiens, reveritus <sup>8</sup> illam dimisit.

Ut vero beata Serapia gloriosissimo martyrio coro-  
nata est, illustrissima Sabina colligens reliquias ejus,  
celebratis venerabilibus exequiis, ut thesaurum sem-  
piternum vel pretiosam Margaritam reposuit in monu-  
mento suo, quod ipsa sibi cum summo studio et orna-  
tu fecerat. Deinde interpositis aliquot diebus <sup>9</sup>, com-  
prehensa judici Elpidio præsentatur.

Quam ille videns: «Tu es, inquit, Sabina uxor quon-

<sup>1</sup> *metallarii*: dedicado a la explo-  
tación de minas.

<sup>2</sup> El orden es: *Beata virgo Serapia  
persuasit hanc de fide, etc.*

<sup>3</sup> *usque ad eundem locum passionis  
secuta est*: la siguió hasta el mismo  
lugar en que se verificó su martirio.

<sup>4</sup> *quæ es*: quién eres.

<sup>5</sup> *oblita es natales tuos*: te has ol-  
vidado de tu ilustre cuna.

<sup>6</sup> *quæ maleficiis te et plures demu-*

*tavit a cultu Deorum*: que con hechiz-  
zos a ti y a muchas ha hecho cambiar  
de opinión respecto del culto de los  
dioses.

<sup>7</sup> El orden es: *Utinam et tu suade-  
reris, sicut et ego suasa sum maleficiis  
illius puellæ sanctæ, de qua dicis.*

<sup>8</sup> *reveritus*: callándose por defe-  
rencia o respeto.

<sup>9</sup> *interpositis aliquot diebus*: trans-  
curridos unos pocos días.



»dam Valentini illustrissimæ memoriæ <sup>1</sup> et filia He-  
»rodis?»

Cui Sancta matrona respondit: «Ego sum, et gratias  
»ago Domino meo Jesu Christo, qui me peccatricem  
»per sanctam famulam suam Serapiam de multis sor-  
»dibus et potestate dæmonum liberare dignatus est.»

Commotus postmodum Præfectus, cum videret con-  
fessione Christi constantiam ejus, dictavit sententiam  
dicens: «Sabinam diis inobedientem, dominos quoque  
»et Augustos nostros blasphemantem gladio percuti  
»decrevimus, atque omnes facultates ejus publicis  
»titulis designari» <sup>2</sup>.

Passa est autem beata famula Christi Sabina IV. Ka-  
lendas Septembris <sup>3</sup>: et a Christianis sublatum corpus  
ejus sepultum est in monumento, ubi ipsa venerabili-  
ter reposuerat magistram fidei suæ virginem Serapiam  
ad arcum Faustini, juxta aream Vindiciani.

## VI

### ACTA SANCTI SIXTI PAPÆ ET MARTYRIS

Romæ, Via Appia, in cœmeterio Callisti, natalis Sanc-  
ti Sixti Papæ et martyris. Et in cœmeterio Prætex-  
tati, sanctorum Felicissimi et Agapiti diaconorum  
ejusdem, sub Valeriano et Gallieno imperatoribus,  
Valeriano præfecto. Qui tenuit beatissimum senem  
Sixtum episcopum Romanum cum omni clero suo, et  
reclisit eos in custodia publica, et fuerunt ibi clausi  
multis diebus. Factum est autem, ut Gallienus Cæsar  
et Valerianus præfectus juberent sibi beatum Sixtum  
episcopum cum clero suo præsentari noctu intra civi-

---

<sup>1</sup> *illustrissimæ memoriæ*: de ilus-  
tre recordación.

<sup>2</sup> *omnes facultates ejus publicis ti-  
tulis designari*: que se anunciase la

venta de todos sus bienes.

<sup>3</sup> *IV. Kalendas Septembris*: el día  
veintinueve de agosto.



tatem in Tellure. Cui Gallienus Cæsar dixit: «Scis quod  
> tentus, et conventionem publicam nobis præsentatus  
es?»<sup>1</sup>.

Respondit Sixtus: «Scio, et bene scio.»

Gallienus dixit: «Ergo si scis, fac ut omnes sciant,  
> et tu vivas, et clerus tuus augeatur.»

Beatus Sixtus respondit: «Vere feci et facio, ut cle-  
> rus meus augeatur.»

Cui Gallienus: «Ergo sacrificia diis immortalibus, et  
> esto princeps sacerdotum.»

Ad hoc Sanctus Episcopus: «Ego semper sacrificavi  
> et sacrificabo Deo Patri Omnipotenti, et Domino Jesu  
> Christo Filio ejus et Spiritui Sancto hostiam puram  
> et immaculatam.»

Tunc ex præcepto Gallieni<sup>2</sup> duxerunt eum milites  
ad templum Martis, ut sacrificiis coinquinaretur<sup>3</sup>. Sed  
contemnentem sacrificare, recluserunt eum in custo-  
dia privata, cum duobus diaconis Felicissimo et Aga-  
pito.

Cumque duceretur, his verbis beatus eum Lauren-  
tius archidiaconus cœpit compellare: «Quo progrede-  
> ris sine filio, pater? Quo, sacerdos sancte, sine diaco-  
> no properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium  
> offerre consueveras. Quid in me ergo tibi displicuit,  
> pater? Experire<sup>4</sup> certe utrum idoneum ministrum  
> elegeris. Cui commisisti Domini sanguinis dispensa-  
> tionem, cui consummandorum consortium sacramen-  
> torum credidisti, huic sanguinis tui consortium negas?  
> Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo  
> laudatur. Abjectio discipuli detrimentum magistri  
> est. Quid quod illustrius præstantes viri discipulorum  
> certaminibus, quam suis vincant?»<sup>5</sup>. Denique Abraha-

<sup>1</sup> *Scis quod tentus, et conventionem publicam nobis præsentatus es?*: ¿Sabes por qué has sido detenido y presentado a nosotros en juicio público?

<sup>2</sup> *ex præcepto Gallieni*: por mandato de Galieno.

<sup>3</sup> *ut sacrificiis coinquinaretur*: para que se contaminase sacrificando.

<sup>4</sup> *Experire*: Pon a prueba.

<sup>5</sup> El orden es: *Quid illustrius quod viri præstantes vincant certaminibus discipulorum (potius) quam suis?*: ¿Pues hay cosa más gloriosa que el que los varones insignes venzan por medio de los combates de sus discipulos más bien que por medio de los suyos?



>mus filium obtulit, Petrus Stephanus præmisit: et tu,  
>pater ostende in filio virtutem tuam, offer quem eru-  
>disti, ut securus iudicii tui comitatu nobili pervenias  
>ad coronam.>

Tunc beatus Sixtus ait: <Non ego te derelinquo, fili,  
>nec desero; sed majora tibi debentur certamina <sup>1</sup>.  
>Nos quasi senes levioris pugnae cursum recipimus <sup>2</sup>,  
>te quasi juvenem gloriosior de tyranno triumphus  
>expectat. Mox venies, flere desiste, post triduum me  
>sequeris. Inter sacerdotem et levitam hic medius nu-  
>merus decet. Non erat tuum sub magistro vincere <sup>3</sup>,  
>quasi adiutorem quæreret. Quid consortium passio-  
>nis meae expetis? Totam tibi hæreditatem dimitto.  
>Quid præsentiam meam requiris? Elias Eliseum reli-  
>quid, et virtutem non abstulit.>

Deinde dixit beatus Sixtus beato Laurentio: <Accipe  
>facultates Ecclesiae vel thesauros, et divide pauperi-  
>bus quibus tibi videbitur.>

Accepta potestate, beatus Laurentius cœpit per re-  
giones curiose quærerere, ubicumque sancti clerici vel  
pauperes essent absconditi, et portans thesauros prout  
cuique opus erat <sup>4</sup> ministrabat.

Igitur post hoc beatus Sixtus reducit in Tellurem,  
ut audiretur, et cum eo diaconi Felicissimus et Aga-  
pitus.

Et sedente Gallieno ac Valeriano, præsentatus est  
beatus Sixtus, cui Gallienus iracundia plenus: <Nos  
>inquit, consulimus senectuti tuæ <sup>5</sup>: audi præcepta no-  
>stra, et sacrificia.>

Respondit beatus Sixtus: <Miser, tu tibi consule, et  
>noli blasphemare; sed age pœnitentiam de sanguine  
>sanctorum quem effudisti.>

Tunc monente Valeriano, jussit Gallienus ut duce-

<sup>1</sup> *sed majora tibi debentur certamina:* sino que a ti te esperan mayores combates.

<sup>2</sup> *levioris pugnae cursum recipimus:* se nos señala o presenta el compromiso de un combate más flojo.

<sup>3</sup> *Non erat tuum sub magistro vin-*

*cere:* No era propio o digno de ti vencer bajo la dirección de tu maestro.

<sup>4</sup> *prout cuique opus erat:* según la necesidad de cada uno.

<sup>5</sup> *consulimus senectuti tuæ:* miramos por tu vejez, o procuramos el bien de tu vejez.



rentur ad templum Martis, et si nollent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur.

Educti ergo extra murum portæ Appiæ dixit beatus Sixtus in templum Martis <sup>1</sup>: «Destruat te Christus >Filius Dei vivi.» Cumque respondissent omnes Christiani «Amen», subito cecidit aliqua pars templi, et comminuta est.

Tunc beatus Laurentius cœpit clamare: «Non me >derelinquas, pater sancte, quia thesauros tuos jam >expendi quos tradidisti mihi.»

Milites autem audientes de thesauris <sup>2</sup>, tenuerunt beatum Laurentium archidiaconum.

Sanctos vero Sixtum Felicissimum et Agapitum duxerunt in clivum Martis, ante templum, et ibi decollati sunt VIII. Idus Augusti <sup>3</sup>.

Noctu autem venerunt clerici et maxima pars Christianorum, et collegerunt corpora sanctorum, et sepelierunt beatum Sixtum in crypta, in cœmeterio Callisti, in eadem via. Sanctos vero Felicissimum et Agapitum martyres sepelierunt in cœmeterio Prætextati.

Decollati autem sunt cum eis et alii quatuor, ut in gestis pontificabilibus legitur; Januarius, Magnus, Vincentius et Stephanus subdiaconi. Passus est et cum eis beatus Quartus, ut scribit beatus Cyprianus.

Hic beatus Sixtus, Athenis natus et doctus <sup>4</sup>, prius quidem philosophus <sup>5</sup>, postea Christi discipulus fuit. Sedit in episcopatu anno uno, mensibus decem, diebus viginti tribus.

---

<sup>1</sup> *dixit beatus Sixtus in templum Martis*: dijo San Sixto, volviéndose al templo de Marte.

<sup>2</sup> *audientes de thesauris*: oyendo hablar de tesoros.

<sup>3</sup> *VIII. Idus Augusti*: el seis de agosto.

<sup>4</sup> *doctus*: educado.

<sup>5</sup> *prius quidem philosophus*: habiendo sido primero filósofo.



## VII

### PASSIO SANCTI EPIPODII ET ALEXANDRI

#### I

<sup>1</sup> Si merita virorum fortium et facta ad incitamentum posteritatis <sup>2</sup> mandantur annalibus, qui pro terrena libertate vel patria, inani intentione <sup>3</sup> ceciderunt, relinquentes carnalium virtutum brevia monumenta, dum pereunt, quantis præconiis celebranda mors martyrum est, qui admirabili gloriosoque compendio, dum manus suas ad cælum porrigunt, fidei et devotionis exempla terris relinquunt, propagantes hominum vitas mortibus suis!

Neque enim pro imperatore terrestri, sed pro rege cælesti sanguinem suum profundentes; non pro patria quæ gignit et recipit; non pro patria quæ habetur, et amittitur; sed pro illa Jerusalem cælesti, patria sempiterna, quæ meritis est constructa sanctorum, quæ culmina sua cælo inserit, cujus incolæ mori nesciunt, cujus libertas jugum tartareæ captivitatis ignorat, cujus libertas cum immortalis gloria et beatitudine perseverat.

Et licet de præmiis martyrum pauca perstricta sint, quia nequaquam condignæ sunt passionibus præsentis sæculi ad magnitudinem gloriæ cælestis <sup>4</sup>, quæ erit perpetua et sempiterna; attamen hi sunt perpetui sanctorum triumphus, qui merito scriptis proditi mittuntur

---

<sup>1</sup> El orden es: *Si merita et facta virorum fortium, qui ceciderunt pro libertate et patria terrena, intentione inani, mandantur annalibus ad incitamentum posteritatis, dum pereunt relinquentes brevia monumenta virtutum carnalium, quantis præconiis, etc.*

<sup>2</sup> *ad incitamentum posteritatis:* para estímulo de la posteridad.

<sup>3</sup> *inani intentione:* con propósitos vanos.

<sup>4</sup> *quia nequaquam condignæ sunt passionibus præsentis sæculi ad magnitudinem gloriæ cælestis:* porque en modo alguno pueden compararse los sufrimientos de la vida presente con el esplendor o grandeza de la gloria celestial.



ad posteros, ut si non contingit occasio passionis, succensæ tamen mentis æmulationis ardore immaculatam vitam, et contritione corporum, et imitatione martyrii consequantur. Itaque beatissimorum Epipodii et Alexandri conflictus atque victorias <sup>1</sup>, Christo in illis triumphante, referimus, ut fides credentium præmissum et desideret, et sequatur exemplum.

## II

Igitur principis Antonini Veri decimo septimo imperii anno, cum per provincias Gentilium furor desæviret, præcipue in Lugdunensi urbe debacchatus est <sup>2</sup>, in qua pro sui magnitudine, quanto majores degebant populi, tanto etiam gentilium copiosior rabies æstuebat <sup>3</sup>, iudices, officiales, tribuni, milites, vulgus, certatim indiscreto etiam sexu <sup>4</sup> christianos multiplici crudelitate laniabant; quorum plurimi distinctis passionibus, atque nominibus ad succedentium memorias pervenerunt; innumeros vero qui vel indiscreta cæde concisi sunt, vel vincti in ergastulis defecerunt, incriptos cælestis vitæ liber tantum continet.

Nam post vastissimam martyrum stragem et sævientem passionum crudelitatem, de qua etiam Christi famuli quos tunc illustrissimæ urbes Vienna et Lugdunum tenebant, ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ scripta miserunt, cum pæne ad integrum christianum nomen a gentilibus crederetur extinctum <sup>5</sup>, per proditionem domesticam Epipodius et Alexander occulte operam dare catholico fidei cultui, præsidi nuntiantur. Quos ille indagine sollicita, exosæ religionis reliquias in illis extinguere cupiens, præcipit inquiri.

<sup>1</sup> *conflictus atque victorias*: las luchas y triunfos.

<sup>2</sup> *in Lugdunensi urbe debacchatus est*: se desencadenó, o desenfrenó, en la ciudad de Lyon.

<sup>3</sup> *gentilium rabies æstuebat*: se enconaba más rencorosa la ira de los gentiles.

<sup>4</sup> *indiscreto etiam sexu*: sin distinguir de sexos.

<sup>5</sup> *cum pæne ad integrum christianum nomen a gentilibus crederetur extinctum*: cuando los gentiles creían extinguido casi por completo el nombre cristiano.



### III

Verum intermisso paulisper ordine passionis<sup>1</sup>, quanti qualesve fuerint, convenit, vel breviter<sup>2</sup> publicari. Et Alexander quidem natione græcus fuit; Epipodius vero Lugdunensis civitatis indigena, quos condiscipulatus et charitas jam virilis in primæva ætate conjunxerat; et ita litteris eruditissimi, concordia crescente, adeo proveci sunt, ut cum fuerint christiani, et a clarissimis parentibus instituti, ad religionem tamen se incitamenti mutuo provocarent<sup>3</sup>. Nam sobrietate, parsimonia, castitate, fide, opere misericordiæ, ita Deo sese hostias dignas præparabant, ut in consummationis meritum profuerit gloria prolata martyrii. Erant ambo juventutis flore conspicui, neque adhuc conjugalibus nexibus implicati.

Sæviente autem persecutione, implentes Evangelica constituta, quoniam ad aliam vel etiam tertiam civitatem abire non possent, latebram ibi quæsierunt. Eggressi vero, occulti septa murorum in eo vico, qui propter incisam Petram<sup>4</sup> situs est, tugurio se cujusdam religiosæ et fidelis viduæ sine ullis comitibus abdiderunt. Cum illic aliquandiu tecti fide mulierculæ, et loci humilitate latuissent, tamen illos sagax inquisitor invenit, et per angustum cellulæ aditum fugientes manus infesta corripuit. Qui ita trepidi inter insalientes eruperant, ut Sanctus Epipodius calceamento pedis unius privaretur<sup>5</sup>, quod postea fidelis mulier tanquam thesaurum sibi repertum occuluit.

<sup>1</sup> *Verum intermisso paulisper ordine passionis*: Mas aunque sea interrumpiendo por poco tiempo el relato del martirio.

<sup>2</sup> *vel breviter*: siquiera sea brevemente.

<sup>3</sup> *ad religionem tamen se incitamenti mutuo provocarent*: rivalizaban, no obstante, estimulándose mu-

tuamente a la práctica de la religión.

<sup>4</sup> Roca escarpada y de grande elevación cerca de Lyon, y sobre la cual se levanta hoy una fortaleza. En los tiempos a que esta historia se refiere era una aldea.

<sup>5</sup> *ut Sanctus Epipodius calceamento pedis unius privaretur*: que San Epipodio perdió el zapato de un pie.



IV

Itaque captos etiam ante discussionem <sup>1</sup> carcer accepit, quia manifesti putabatur criminis nomen ipsa appellatio christiana. Deinde post triduum vinctis post tergum manibus, ante præsidis statuuntur tribunal <sup>2</sup>; quos sævissimus iudex, adstante et infremite gentiliū multitudine, de nomine et professione interrogavit. Illi vero et vocabula sua prodiderunt <sup>3</sup>, et christianos se esse perspicue testati sunt. Accenditur <sup>4</sup> ergo iudex, et popularis conclamatio attollitur <sup>5</sup>, et in innocentes simul omnium insania consurgit. Potestas <sup>6</sup> eos increpat, furoremque suum hujuscemodi clamore testatur: «Etiam nunc adversus deos immortales humana temeritas perseverat? Etiam nunc convelluntur principum sanctiones, et uno eodemque majestatis crimine imperator impugnantur et numina? Ubi sunt tormenta quæ intulimus? Ubi cruces? Ubi gladil? Ubi bestia? Ubi ignitæ laminæ? Ubi districtio <sup>7</sup> etiam ultra mortis terminos procurata? Exstincti sunt homines, sepulera non extant; et tamen Christi memoria perseverat. O puniendi! Quo ausu in religione vetita perdurastis? <sup>8</sup>. Jam nunc pro vestræ præsumptionis temeritate pœnas dabitur <sup>9</sup>. Ac ne se invicem exhortentur, aut moneant sermone vel nutibus, ejecto Alexandro qui est ætate firmior, Epipodius applicetur <sup>10</sup>».

<sup>1</sup> *ante discussionem*: antes de recibirles declaración.

<sup>2</sup> *ante præsidis statuuntur tribunal*: fueron presentados ante el tribunal del presidente.

<sup>3</sup> *vocabula sua prodiderunt*: contestaron.

<sup>4</sup> *Accenditur*: Irrítase.

<sup>5</sup> *popularis conclamatio attollitur*: levántase un clamor general del pueblo.

<sup>6</sup> *Potestas*: La autoridad, o el juez.

<sup>7</sup> *districtio*: el tormento.

<sup>8</sup> *Quo ausu in religione vetita perdurastis?*: ¿Cómo os atrevéis a profesar todavía una religión proscripta?

<sup>9</sup> *Jam nunc pro vestræ præsumptionis temeritate pœnas dabitur*: Por fin ahora será castigada vuestra temeraria soberbia.

<sup>10</sup> *Epipodius applicetur*: sea aproximado Epipodio.



V

Quem scilicet singulariter destitutum <sup>1</sup>, dum pro conjectura ætatis <sup>2</sup>, teneriorem animo judicabat, serpentis antiqui usus calliditate, venenata blandimentorum arte sollicitat <sup>3</sup>: «Vides enim te, ait, juvenem, et >nefas est ut in intentione pravi propositi perseveres >et pereas. Nos immortales deos colimus quos universi >populi, quos etiam nominibus propriis sacratissimi >principes venerantur. Nos deos colimus lætitia, con- >viviis, cantionibus, ludis, comessatione et voluptate; >vos vero, hominem crucifixum, cui placere non pos- >sunt, qui his omnibus perfruuntur, qui lætitiam re- >sput, qui jejuniis delectatur, qui, damnatis voluptati- >bus, diligit castitatem. <sup>4</sup> Quid vero tribuere beneficii >cuiquam valet <sup>5</sup>, qui se tueri a vilissimorum insecta- >tionem <sup>6</sup> non potuit? Quæ quidem omnia idcirco tibi >contexui, ut <sup>7</sup> cum oblectatione et cum gaudio quasi >juvenis austeritatem refugiens mundi hujus beatitu- >dine perfruaris.»

VI

Ad hæc beatus Epipodius: «Non ita me Christi ac >fidei catholicæ armavit affectus, ut sensum meum <sup>8</sup> >misericordiæ tuæ figmenta permoveant. Pietas enim >ista crudelitas est. Vobiscum vivere mors est æterna; >cæterum a vobis perire <sup>9</sup> gloriosum est. Sempiternum

<sup>1</sup> *singulariter destitutum*: colocado aparte, o solo.

<sup>2</sup> *pro conjectura ætatis*: juzgando por su edad.

<sup>3</sup> *sollicitat*: le incita, o procura moverle.

<sup>4</sup> El orden es: *Qui vero non potuit tueri se a insectatione vilissimorum, quid beneficii valet tribuere cuiquam?*

<sup>5</sup> *Quid... tribuere beneficii cuiquam valet?*: ¿Qué beneficio puede hacer a

nadie?

<sup>6</sup> *se tueri a vilissimorum insectatione*: defenderse de la persecución de los hombres más despreciables.

<sup>7</sup> *Quæ quidem omnia idcirco tibi contexui, ut...*: Y he presentado a tu consideración todas estas cosas con el propósito, o a fin, de que...

<sup>8</sup> *sensum meum*: mi sensibilidad.

<sup>9</sup> *a vobis perire*: morir a vuestras manos.



»vero Dominum nostrum Jesum Christum quem cru-  
»cifixum memoras rexurrexisse non nosti, qui ineffa-  
»bili mysterio homo pariter et Deus famulis suis tra-  
»mitem immortalitatis instituit <sup>1</sup>, et ad cælestia regna  
»perducit. Sed ut communiter tecum loquar <sup>2</sup>, quia  
»non alia recipis <sup>3</sup>, nunquid ita cæcata mens tua est,  
»ut nescias hominem ex animæ et corporis duplici  
»constare substantia? Animæ imperio corporis servi-  
»tio magis utimur <sup>4</sup>. Turpitudines quibus dæmones  
»vestros colitis, oblectant membra corporis, mentes  
»interimunt. Quæ autem illa vita est, ubi partis potioris  
»detrimenta proveniunt? Nos pro anima adversus cor-  
»pus bella suscipimus <sup>5</sup>; nos pro anima adversus vitia  
»dimicamus; vobis venter Deus est <sup>6</sup>, et in morem pe-  
»cudum <sup>7</sup> post ingluviem prodigam finem vitæ præsen-  
»tis mortis judicatis occasum. Cæterum nos quicum-  
»que, vobis persequentibus interimimus, dum tempora-  
»lia deserimus, vitam ingredimur æternitatis.»

## VII

Judex vero responsi hujus livore et admiratione de-  
fixus <sup>8</sup> iracundiaque stimulante commotus, admirabilis  
eloquentiæ domicilium, id est, os martyris elidi pugno-  
rum ictibus jubet. Ac deinceps sanctus Epipodius illa-  
to dolore constantior, mixtis cruore dentibus, hæc  
verba profudit <sup>9</sup>: «Christum cum Patre ac Spiritu  
»Sancto Deum esse confiteor; dignumque est ut illi  
»animam meam refundam, qui mihi creator est et re-

<sup>1</sup> *tramitem immortalitatis instituit*: abrió el camino de la inmortalidad.

<sup>2</sup> *ut communiter tecum loquar*: para hablarte el mismo lenguaje que tú usas conmigo.

<sup>3</sup> *non alia recipis*: no eres capaz de entender otro lenguaje.

<sup>4</sup> *Animæ imperio corporis servitio magis utimur*: Del poder del alma usamos ante todo, o principalmente, en servicio del cuerpo.

<sup>5</sup> *bella suscipimus*: entablamos combates.

<sup>6</sup> *vobis venter Deus est*: vosotros tenéis por Dios a vuestro vientre.

<sup>7</sup> *in morem pecudum*: a semejanza de las bestias.

<sup>8</sup> *admiratione defixus*: estupefacto de asombro.

<sup>9</sup> *hæc verba profudit*: dijo estas palabras.



»demptor<sup>1</sup>. Ita enim mihi vita non tollitur, sed mutatur  
»in melius. Nec interest infirmitas corporea quo fine  
»solvatur<sup>2</sup>, dummodo anima cælis invecta ad suum  
»revertatur auctorem.»

Dum hæc beatus Epipodius constanti assertione loqueretur, imperio truculenti iudicis equuleo suspenditur, circumstantibus hinc inde licioribus, ut latera ejus impressis unguis sulcarentur. Tunc subito populi terribilis clamor factus est petentis ut sibi detur, ut obrueretur imbre saxorum, aut membratim divisus sævientium insania carperetur. Ita furore omnium tarda erat crudelitas judicantis. Metuens autem præses ne magis vim inferrent<sup>3</sup>, et per seditionem potestas ac iudicis reverentia turbaretur, ad sedandum circumfusæ multitudinis præcipitem et insanum furorem, causamque commotionis extinguens, eductum extra tribunal gladio raptim feriri jubet.

Itaque quanto infestior fuit inimicorum tumultus, tanto citius dispositione divina consummatio accelerata est martyrii, ut puerum suum de passione ac persecutoribus triumphantem velocius Christus remunerator reciperet, qui est benedictus in sæcula.

## VIII

Interempto Epipodio, persecutor recenti adhuc cruore respersus beati Alexandri sanguinem sitiabat<sup>4</sup>. Quem receptum ex carcere<sup>5</sup>, die interposito, furori suo præcepit offerri<sup>6</sup>, ut ejus supplicii non solum rabien suam,

<sup>1</sup> *ut illi animam meam refundam, qui mihi creator est et redemptor*: de que yo sacrifique mi vida en obsequio de él, que me creó y redimió.

<sup>2</sup> *Nec interest infirmitas corporea quo fine solvatur*: No importa que la debilidad del cuerpo acabe de un modo o de otro.

<sup>3</sup> *ne magis vim inferrent*: no llevasen a cabo una violencia o desorden mayor, o que no se alterase más

gravemente el orden.

<sup>4</sup> *beati Alexandri sanguinem sitiabat*: tenía sed de la sangre, o ardía en deseos de derramar la sangre, de San Alejandro.

<sup>5</sup> *Quem receptum ex carcere*: Y habiendo hecho que le trajesen de la cárcel.

<sup>6</sup> *furori suo præcepit offerri*: dispuso que fuese sacrificado a su furor.



verum etiam insaniam commoti et sævientis populi temperaret. Quem tamen etiam nunc hac percunctatione tentavit: «Adhuc in potestate tua est ut evadas prædecessorum exempla, videasque quæ teneas. Ita enim persecuti Christicolas sumus, ut pæne te solum arbitrer ressedisse. Nam præter alias cæsorum catervas, etiam stultitiæ tuæ collega succubuit: atque ideo, tibi consulens, immortales deos thuris accensione venerare.»

## IX

Beatus Alexander dixit: «Gratias ago Domino, quod dum gloriosos martyrum evolvis triumphos<sup>1</sup>, et illita tormenta commemoras, ad devotionem me quoque confirmes exemplis. Putasne ergo exstinctas animas quas fudisti?<sup>2</sup> Illæ quidem cælum possident; sed versa vice persecutores in illo agone perierunt. Fallit enim te opinio tua. Extingui non potest nomen christianum, quod ita Deo fundante firmatum est, ut et vita hominum custodiatur, et mortibus propagetur. Deus noster cælum, quos fecit possidet, terram tenet, inferna moderatur, et animas quas interemptas judicas, in regnum cæleste suscepit: vos vero cum diis vestris inferna retinebunt. Et quia fratrem meum charissimum in summo gaudio collocatum scio, securior viam devotionis ingredior. Ego christianus sum et fui semper et futurus sum in gloriam Dei<sup>3</sup>. Tu vero exerce corpus<sup>4</sup>, quod pro imbecillitate terrena sortibus mundi videtur addictum<sup>5</sup>; cæterum animas nostras custodiet et recipiet ille qui contulit.»

<sup>1</sup> *martyrum evolvis triumphos*: relatas los triunfos de los mártires.

<sup>2</sup> *Putasne ergo exstinctas (esse) animas quas fudisti?*: ¿Acaso crees que han sido extinguidas las vidas que has quitado?

<sup>3</sup> *in gloriam Dei*: para gloria de Dios.

<sup>4</sup> *exerce corpus*: cuida el cuerpo.

<sup>5</sup> *sortibus mundi videtur addictum*: que parece pegado a los bienes del mundo.



X

Ad hæc præses mixto pudore et furore desævians, sanctum Alexandrum divaricatum ternis cædentibus præcepit verberari; qui, nulla humili responsione, inter tormenta dejectus <sup>1</sup>, Dei semper præsidium flagitavit. Cumque longissimo spatio cædentium succidua vicissitudine non frangeretur <sup>2</sup>, præses interrogat utrum etiam nunc in hac confessione duraret <sup>3</sup>. Cujus percunctationi inconcussa auctoritate respondit: «Deos >gentilium dæmonia esse; Deum vero omnipotentem, >invisibilem, sempiternum, sui propositi esse custodem.»

XI

Tunc Judex: «Christiani <sup>4</sup> ad istam insaniam proruperunt, ut prolixitate pœnarum, gloriam sibi existiment comparari, et persecutores suos vicisse se judicent, quos oportet celeri fine consumi. Quia ergo in >pertinacia sua et audiri nefas est et videri, idcirco Alexander fixus cruci animam, sicut meretur, effundat.»

Data sententia, ministri, sævique carnifices acceperunt beatum Alexandrum, salutarique signo eum extensis in diversa brachiis ac manibus nexuerunt. Nec tamen diu beati martyris tormenta porrecta sunt; ita enim laniatum fuerat corpus crudelitate verberantium, ut carne soluta costarum, patefactis visceribus, secreta animæ panderentur. Nam dum totus in Christo est, eumque jam fessus supremis vocibus <sup>5</sup> invocat, beatum spiritum exanimatus emisit.

<sup>1</sup> *qui, nulla humili responsione, inter tormenta dejectus*: el cual, rendido en medio de los tormentos, sin dar contestación alguna que mostrase debilidad de espíritu.

<sup>2</sup> *Cumque longissimo spatio cædentium succidua vicissitudine non frangeretur*: Y no rindiéndose a los golpes de los verdugos, que, fatigados, estuvieron relevándose por largo tiempo.

<sup>3</sup> *utrum etiam nunc in hac confessione duraret*: si todavía persistía en esta profesión de fe.

<sup>4</sup> El orden es: *Christiani, quos oportet celeri fine consumi, proruperunt ad insaniam istam, ut judicent, etcétera.*

<sup>5</sup> *supremis vocibus*: con sus últimas palabras, o sus últimos esfuerzos.



# PHÆDRI FABULÆ

## I

### PROLOGUS

<sup>1</sup> Æsopus auctor, quam materiam reperit  
Hanc ego polivi versibus senariis.  
Duplex libelli dos est <sup>2</sup>: quod risum movet,  
Et quod prudenti vitam consilio monet:  
Calumniari <sup>3</sup> si quis autem voluerit,  
Quod et arbores loquantur, non tantum feræ,  
Fictis jocari nos meminerit <sup>4</sup> fabulis.

## II

### RANÆ REGEM PETENTES

Athenæ cum florerent æquis legibus <sup>5</sup>,  
Procax libertas civitatem miscuit <sup>6</sup>,  
Frenumque solvit pristinum licentia.  
Hinc, conspiratis factionum partibus <sup>7</sup>,

<sup>1</sup> El orden es: *Ego polivi versibus senariis materiam hanc, quam Æsopus auctor reperit.*

<sup>2</sup> *Duplex libelli dos est*: Dos son las ventajas de este librito.

<sup>3</sup> *Calumniari*: censurar.

<sup>4</sup> *meminerit*: tenga presente.

<sup>5</sup> *Athenæ cum florerent æquis legibus*: Cuando Atenas se distinguía por sus justas leyes.

<sup>6</sup> *miscuit*: perturbó.

<sup>7</sup> *conspiratis factionum partibus*: habiéndose coligado los partidos.



Arcem tyrannus occupat Pisistratus.  
Quum tristem servitutem flerent Attici,  
Non quia crudelis ille, sed quoniam grave  
Omne insuetis onus <sup>1</sup>, et cœpissent quæri,  
Æsopus talem tum fabellam retulit.

Ranæ vagantes liberis paludibus,  
Clamore magno regem petiere ab Jove,  
Qui dissolutos mores vi compesceret. ✓  
Pater deorum risit, atque <sup>2</sup> illis dedit  
Parvum tigillum, missum quod subito vadi  
Motu sonoque terruit pavidum genus.

Hoc mersum limo cum jaceret diutius,  
Forte una tacite profert e stagno caput,  
Et, explorato rege <sup>3</sup>, cunctas evocat.  
Illæ, timore posito, certatim adnatant <sup>4</sup>,  
Tignumque supra turba petulans <sup>5</sup> insilit:  
Quod cum inquinassent omni contumelia <sup>6</sup>,  
Alium rogantes regem misere ad Jovem,  
Inutilis quoniam esset qui fuerat datus:  
Tum misit illis hydram, qui dente aspero  
Corripere cœpit singulas <sup>7</sup>. Frustra necem  
Fugitant inertes, vocem præcludit metus.  
Furtim igitur dant Mercurio <sup>8</sup> mandata ad Jovem,  
Adflictis ut succurrat. Tunc contra Deus:  
— Quia nolulistis vestrum ferre, inquit, bonum,  
> Malum perferte. Vos quoque, o cives, ait,  
> Hoc sustinete, majus ne eveniat malum.>

<sup>1</sup> quoniam grave omne insuetis onus (est): porque toda carga es pesada para los que no tienen costumbre de sufrirla.

<sup>2</sup> El orden es: atque dedit illis parvum tigillum, quod missum terruit genus pavidum motu sonoque subito vadi.

<sup>3</sup> explorato rege: habiendo examinado el rey.

<sup>4</sup> timore posito, certatim adnatant: dejando el miedo, corren nadando a

porfia.

<sup>5</sup> turba petulans: la irrespetuosa tropa.

<sup>6</sup> quod cum inquinassent omni contumelia: y habiéndole ensuciado con todo género de inmundicias.

<sup>7</sup> qui dente aspero corripere capit singulas: que con sus feroces dientes empezó a morderlas de una en una.

<sup>8</sup> Mercurio era el correo de los dioses.



III

VULPES AD PERSONAM TRAGICAM <sup>1</sup>

Personam tragicam forte vulpes viderat:  
'O quanta species! inquit, cerebrum non habet.'  
Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam  
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

IV

LUPUS ET VULPES, JUDICE SIMIO <sup>2</sup>

Quicumque turpi fraude semel innotuit,  
Etiam si verum dicit, amittit fidem.  
Hoc testatur brevis Æsopi fabula.  
Lupus arguebat vulpem furti crimine:  
Negavat illa se esse culpæ proximam <sup>3</sup>.  
Tunc iudex inter illos sedit simius.  
Uterque causam cum perorasset suam <sup>4</sup>,  
Dixisse fertur <sup>5</sup> simius sententiam:  
— 'Tu non videris perdidisse quod petis;  
'Te credo surripuisse quod pulchre negas' <sup>6</sup>.

V

CERVUS AD FONTEM <sup>7</sup>

<sup>8</sup> Laudatis utiliora quæ contempseris,  
Sæpe inveniri, hæc exerit <sup>9</sup> narratio.

<sup>1</sup> *Vulpes ad personam tragicam*: La zorra hablando, o dirigiéndose, a una máscara de tragedia.

<sup>2</sup> *judice simio*: siendo el mono juez.

<sup>3</sup> *se esse culpæ proximam*: que fuera ella sospechosa de haber cometido el delito.

<sup>4</sup> *Uterque causam cum perorasset suam*: Habiendo cada uno alegado

sus razones, o hecho su defensa.

<sup>5</sup> *dixisse fertur*: dicese que pronunció.

<sup>6</sup> *quod pulchre negas*: lo que con gran frescura niegas.

<sup>7</sup> *ad fontem*: al pie de una fuente.

<sup>8</sup> El orden es: *Hæc narratio exerit, (ea) quæ contempseris inveniri sæpe utiliora laudatis.*

<sup>9</sup> *exerit*: pone de manifiesto.



Ad fontem cervus, quum bibisset, restitit,  
Et in liquore effigiem vidit suam.  
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,  
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,  
Venantum subito vocibus conterritus,  
Per campum fugere cœpit, et cursu levi  
Canes elusit. Silva tum excepit ferum <sup>1</sup>,  
In qua, retentis impeditus cornibus,  
Lacerari cœpit morsibus sævis canum.  
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:  
— «O me infelicem, qui nunc demum intelligo,  
»Ut illa mihi profuerint quæ despexeram,  
»Et quæ laudarem, quantum luctus habuerint» <sup>2</sup>.

## VI

### VULPES ET CORVUS

Qui se laudari gaudent verbis subdolis,  
Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ <sup>3</sup>.  
Cum de fenestra corvus raptum caseum  
Comesse vellet, celsa residens arbore,  
Hunc vidit vulpes; dehinc sic ocepit loqui:  
— «O qui tuarum, corve, pennarum est nitor! <sup>4</sup>  
»Quantum decoris corpore, et vultu geris!  
»Si vocem haberes, nulla prior ales foret.»  
At ille stultus, dum vult vocem ostendere <sup>5</sup>,  
Emisit ore caseum, quem celeriter  
Dolosa vulpes avidis rapuit dentibus:  
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor.

<sup>1</sup> *Silva tum excepit ferum*: Entonces la selva dió abrigo u hospitalidad al animal montañés, o el animal se refugió o escondió en la selva.

<sup>2</sup> *quantum luctus habuerint*: cuánto llanto me habían de costar, o cuántas lágrimas o desgracias llevaban consigo, o me habían de aca-

rrrear.

<sup>3</sup> *seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ*: sufren el deshonoroso castigo de su tardío arrepentimiento.

<sup>4</sup> El orden es: *O corve, qui nitor, pennarum tuarum est!*; ¡Qué hermoso es el brillo de tus plumas!

<sup>5</sup> *vocem ostendere*: lucir su voz.



Hac re probatur, quantum ingenium valet.  
Virtuti semper prævalet sapientia <sup>1</sup>.

## VII

### ASINUS AD SENEM PASTOREM

In principatu commutando civium <sup>2</sup>  
Nihil præter domini nomen mutant pauperes,  
Id esse verum parva hæc fabella indicat.

Asellum in prato timidus pascebat senex.  
Is hostium clamore subito territus,  
Suadebat asino fugere <sup>3</sup>, ne possent capi.  
— «At ille lentus <sup>4</sup>, quæso, num binas mihi  
» Clitellas impositurum victorem putas?»  
Senex negavit <sup>5</sup>: — Ergo, quid refert mea <sup>6</sup>  
» Cui serviam, clitellas dum portem meas?» <sup>7</sup>.

## VIII

### CANIS FAMELICI

Stultum consilium non modo effectu caret <sup>8</sup>,  
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.

Corium depressum in fluvio viderunt canes:  
Id ut comesse extractum possent facilius <sup>9</sup>,  
Aquam cœpere bibere; sed rupti <sup>10</sup> prius  
Periere, quam quod petierant contingerent.

<sup>1</sup> *Virtuti semper prævalet sapientia*: La astucia prevalece siempre sobre el valor.

<sup>2</sup> *In principatu commutando civium*: En el cambio de gobernante de los ciudadanos.

<sup>3</sup> *suadebat asino fugere*: aconsejaba al asno que huyera.

<sup>4</sup> *lentus*: cachazudo, sin azorarse.

<sup>5</sup> *negavit*: contestó que no.

<sup>6</sup> *Ergo, quid refert mea*: ¿Qué me importa, pues?

<sup>7</sup> *clitellas dum portem meas?*: si al cabo he de llevar mi albarda.

<sup>8</sup> *effectu caret*: no da resultado, o no produce el efecto que se propone.

<sup>9</sup> *id ut comesse extractum possent facilius*: para poder sacarlo y comerse-lo más fácilmente.

<sup>10</sup> *rupti*: reventados.



IX

CANIS FIDELIS

Repente liberalis <sup>1</sup> stultis gratus est;  
Verum peritis <sup>2</sup> inritos tendit dolos.

Nocturnus cum fur panem misisset cani,  
Objecto tentans an cibo posset capi <sup>3</sup>,  
Heus, si, inquit, linguam vis meam præcludere,  
Ne latrem pro re domini, multum falleris :  
Namque ista subita me jubet benignitas <sup>4</sup>  
Vigilare facias ne mea culpa lucrum.

X

RANA RUPTA ET BOS

Inops potentem dum vul imitari perit.  
In prato quædam rana conspexit bovem,  
Et tacta invidia <sup>5</sup> tantæ magnitudinis  
Rugosam inflavit pellem : tum natos suos  
Interrogavit an bove esset latior.  
Illi negarunt. Rursus intendit cutem  
Majore nixu, et simili quæsivit modo,  
Quis major esset. Illi dixerunt bovem.  
Novissime indignata, dum vult validius  
Inflare sese <sup>6</sup>, rupto jacuit corpore.

<sup>1</sup> *Repente liberalis*: El que de pronto se hace generoso.

<sup>2</sup> *peritis*: a los avisados.

<sup>3</sup> *objecto tentans an cibo posset capi*: probando si podría ser cogido echándole que comer.

<sup>4</sup> *subita benignitas*: inesperada bondad.

<sup>5</sup> *tacta invidia*: acometida de envidia.

<sup>6</sup> *dum vult validius inflare sese*: al querer hincharse con más fuerza.



XI

CANIS ET THESAURUS ET VULTURIUS

Hæc res <sup>1</sup> avaris esse conveniens potest,  
Et qui humiles nati <sup>2</sup>, dici locupletes student.  
Humana effodiens ossa thesaurum canis  
Invenit, et violarat quia Manes Deos <sup>3</sup>,  
Injecta est illi divitiarum cupiditas,  
Pœnas ut sanctæ religioni penderet.  
Itaque aurum dum custodit, oblitus cibi  
Fame est consumptus: quem stans vulturius super  
Fertur locutus: <sup>4</sup> «O canis, merito jaces <sup>5</sup>,  
»Qui concupisti subito regales opes,  
»Trivio conceptus et educatus stercore!»

XII

VULPES ET AQUILA

Quamvis sublimes <sup>6</sup> debent humiles metuere,  
Vindicta docili quia patet solertiæ <sup>7</sup>.  
Vulpinos catulos aquila quondam sustulit,  
Nidoque posuit pullis escam ut carperent.  
Hanc persecuta mater <sup>8</sup> orare incipit,

<sup>1</sup> *Hæc res*: Este relato.

<sup>2</sup> *et (eis) qui humiles nati*: y a los que habiendo nacido en humilde cuna.

<sup>3</sup> *et violarat quia Manes Deos*: y porque había profanado los dioses Manes (al desenterrar los huesos humanos). *Manes* eran las almas de los muertos, a las cuales erigían altares los antiguos, y hasta las honraban con sacrificios. A veces con el nombre de *Manes* se designan también los dioses infernales.

<sup>4</sup> El orden es: *O canis, qui conceptus trivio et educatus stercore, concupisti subito opes regales, merito jaces!*

<sup>5</sup> *merito jaces*: con razón has muerto.

<sup>6</sup> *Quamvis sublimes*: Hasta los más altos o más ricos.

<sup>7</sup> *vindicta docili quia patet solertiæ*: porque el ingenio encuentra fácilmente medios de vengarse.

<sup>8</sup> *Hanc persecuta mater*: Siguiendo a ésta la madre.



Ne tantum miseræ luctum importaret sibi <sup>1</sup>.  
Contempsit illa tuta quippe ipso loco.  
Vulpes ab ara rapuit ardentem facem,  
Totamque flammis arborem circumdedit,  
Hosti dolorem damno miscens sanguinis.  
Aquila, ut periculo mortis eriperet suos,  
Incolumes natos supplex vulpi tradidit.

### XIII

#### RANA METUENS TAURORUM PRÆLIA

Humiles laborant ubi potentes dissident.  
Rana in palude pugnam taurorum intuens  
— «Heu, quanta nobis instat perniciēs!» <sup>2</sup> ait.  
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,  
De principatu quum decertarent gregis,  
Longeque ab illis degerent vitam boves:  
«Est statio separata, ac diversum genus <sup>3</sup>:  
» Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,  
» Paludis in secreta veniet latibula,  
» Et proculcatas obteret duro pede:  
» Caput ita ad nostrum furor illorum pertinet» <sup>4</sup>.

### XIV

#### AQUILA, CORNIX ET TESTUDO

Contra potentes nemo est munitus satis:  
Si vero accessit consiliator maleficus,

<sup>1</sup> *ne tantum miseræ luctum importaret sibi*: que no ocasionase a la desventurada una gran desdicha.

<sup>2</sup> *quanta nobis instat perniciēs!*: ¡qué gran desgracia nos amenaza!

<sup>3</sup> *Est statio separata, ac diversum genus*: Su dehesa está lejos, y son

animales de clase distinta que nosotros.

<sup>4</sup> *caput ita ad nostrum furor illorum pertinet*: y ésa es la razón por qué sus discordias amenazan a nuestras vidas.



Vis, et nequitia quidquid oppugnant, ruit.  
Aquila in sublime <sup>1</sup> sustulit testudinem,  
Quæ cum abdidisset cornea corpus domo <sup>2</sup>,  
Nec ullo pacto <sup>3</sup> lædi posset condita,  
Venit per auras cornix, et propter volans <sup>4</sup>:  
— «Opimam sane prædam rapuisti unguibus,  
Sed nisi monstraro, quid sit faciendum tibi <sup>5</sup>,  
Gravi nequiequam te lassabis pondere.»  
Promissa parte <sup>6</sup>, suadet, ut scopulum super  
Altis ab astris duram inlidat corticem <sup>7</sup>,  
Qua comminuta facili vescatur cibo <sup>8</sup>.  
Inducta verbis aquila monitis paruit,  
Simul et magi-træ large divi-it dapem <sup>9</sup>.  
Sic tuta quæ naturæ fuerat munere,  
Impar duabus occidit tristi nece.

## XV

### SIMI CAPUT

Pendere ad lanium <sup>10</sup> quidam vidit Simium,  
Inter reliquas merces atque obsonia:  
Quæsivit quidnam saperet <sup>11</sup>: tum lanius jocans,  
«Quale, inquit, caput est, talis præstatur sapor» <sup>12</sup>.  
Ridicule <sup>13</sup> magis hoc dictum, quam vere <sup>14</sup> æstimo,  
Quando et formosos sæpe inveni pessimos,  
Et turpi facie multos cognovi optimos.

<sup>1</sup> *in sublime*: a las alturas.  
<sup>2</sup> *cornea domo*: en la concha.  
<sup>3</sup> *ullo pacto*: de modo alguno.  
<sup>4</sup> *propter volans*: revoloteando alrededor, o cerca.  
<sup>5</sup> *quid sit faciendum tibi*: lo que debes hacer.  
<sup>6</sup> *Promissa parte*: Habiéndole prometido parte.  
<sup>7</sup> *corticem*: la concha.  
<sup>8</sup> *qua comminuta facili vescatur cibo*: y rota ésta, coma fácilmente su presa.

<sup>9</sup> *magistræ large divi-it dapem*: partió generosamente el manjar con su consejera.  
<sup>10</sup> *ad lanium*: en la tienda de un carnicero.  
<sup>11</sup> *quidnam saperet*: que tal sabor tenía.  
<sup>12</sup> *Quale, inquit, caput est, talis præstatur sapor*: Tal, dijo, como es la cabeza, así da el sabor.  
<sup>13</sup> *ridicule*: en broma.  
<sup>14</sup> *quam vere*: que en serio.



XVI

ÆSOPUS ET PETULANS

Successus ad perniciem multos devocat.  
Æsopo quidam petulans lapidem impegerat:  
«Tanto, inquit, melior: assem deinde illi dedit,  
Sic prosecutus: «Plus non habeo meherecule,  
»Sed unde accipere possis <sup>1</sup>, monstrabo tibi.  
»Venit ecce dives et potens: huic similiter  
»Impinge lapidem, et dignum accipies præmium.»  
Persuasus ille fecit quod monitus fuit:  
Sed spes fefellit impudentem audaciam,  
Comprehensus namque pœnas persolvit cruce <sup>2</sup>.

XVII

FRATER ET SOROR

Præcepto monitus sæpe te considera <sup>3</sup>:  
Habebat quidam filiam turpissimam <sup>4</sup>,  
Itidemque insigni et pulchra facie filium.  
Hi, speculum in cathedra matris ut positum fuit,  
Pueriliter <sup>5</sup> ludentes forte inspexerant.  
Hic se formosum jactat, illa irascitur,  
Nec glorientis sustinet <sup>6</sup> fratris jocos,  
Accipiens (quid enim? <sup>7</sup>) euncta in contumeliam <sup>8</sup>.

<sup>1</sup> unde accipere possis (plus): de dónde podrás recibir, o quién te dará más.

<sup>2</sup> pœnas persolvit cruce: pagó su delito en una cruz, o fué crucificado.

<sup>3</sup> Præcepto monitus sæpe te considera: Después que hayas oído este aviso, examina con frecuencia si obras en conformidad con él.

<sup>4</sup> turpissiman: muy fea.

<sup>5</sup> pueriliter: como niños.

<sup>6</sup> sustinet: aguanta.

<sup>7</sup> quid enim (aliud possunt mulieres facere?): pues qué (¿otra cosa pueden hacer las mujeres?), o ¿y qué tiene de extraño?

<sup>8</sup> accipiens... euncta in contumeliam: tomándolo todo en desdoro suyo.



Ergo ad patrem cucurrit læsura invicem,  
Magnaque invidia criminatur filium,  
Vir natus, quod <sup>1</sup> rem feminarum tetigerit.  
Amplexus utrumque ille et carpens oscula,  
Dulcemque in ambos caritatem <sup>2</sup> partiens,  
«Quotidie, inquit, speculo vos uti volo,  
»Tu formam ne corrumpas nequitiae malis,  
»Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.»

## XVIII

### ARBORES IN DEORUM TUTELA

Olim, quas vellent esse in tutela sua  
Divi legerunt arbores. Quercus Jovi,  
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,  
Pinus Cybelæ, populus celsa Herculi.  
Minerva admirans, quare steriles sumerent  
Interrogavit. Causam dixit Juppiter:  
— «Honore fructuum ne videamur vendere.»  
— «At mehercule, narrabit quod quis voluerit <sup>3</sup>,  
»Oliva nobis propter fructum est gratior.»  
Tunc sic Deorum genitor, atque hominum sator:  
— «O nata, merito sapiens dicere <sup>4</sup> omnibus:  
»Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.»  
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

## XIX

### VULPES ET UVA

Fame coacta vulpes alta in vinea <sup>5</sup>  
Uvam appetebat summis saliens viribus <sup>6</sup>:

<sup>1</sup> *vir natus, quod...*: porque habiendo nacido varón...

<sup>2</sup> *caritatem*: cariño.

<sup>3</sup> *At mehercule, narrabit quod quis voluerit*: A fe mfa, dirá cada cual lo que quiera...

<sup>4</sup> *dicere* está aquí por *diceris*; es decir, con razón te llaman todos, etc.

<sup>5</sup> *alta in vinea*: que estaba en una alta parra.

<sup>6</sup> *summis saliens viribus*: saltando con todas sus fuerzas.



Quam tangere ut non potuit, discedens, ait:  
— «Nondum matura est: nolo acerbam sumere.»  
Qui facere quæ non possunt, verbis elevant<sup>1</sup>,  
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

## XX

### DE VITIIS HOMINUM

Peras imposuit Juppiter nobis duas;  
Propriis repletam vitiis post tergum dedit;  
Alienis ante pectus suspendit gravem.  
Hac re videre nostra mala non possumus:  
Alii simul delinquant, censores sumus<sup>2</sup>.

## XXI

### CAPELLE ET HIRCI

Barbam capellæ cum impetrassent ab Jove,  
Hirci mœrentes indignari cœperant,  
Quod dignitatem feminæ æquassent suam:  
— «Sinite, inquit, illas gloria vana frui,  
»Et usurpare vestri ornatum muneris<sup>3</sup>,  
»Pares dum non sint vestræ fortitudinis.»  
Hoc argumentum monet, ut sustineas<sup>4</sup> tibi  
Habitu esse similes, qui sunt virtute impares.

## XXII

### HOMO ET COLUBRA

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet<sup>5</sup>.  
Gelu rigentem quidam colubram sustulit,

<sup>1</sup> *verbis elevant*: ponderan con palabras.

<sup>2</sup> *censores sumus (eorum)*: los censuramos.

<sup>3</sup> *vestri ornatum muneris*: distintivo propio de vuestra clase o supe-

rior condición.

<sup>4</sup> *ut sustineas*: que tolere.

<sup>5</sup> *post tempus dolet*: andando el tiempo, o al cabo de algún tiempo, lo siente.



Sinuque fovit <sup>1</sup> contra se ipse misericors:  
Namque ut resecta est <sup>2</sup>, necuit hominem protinus;  
Hanc alia cum rogaret causam facinoris <sup>3</sup>,  
Respondit: «Ne quis discat prodesse improbis.»

## XXIII

### NAUFRAGIUM SIMONIDIS

Homo doctus in se semper divitias habet.  
Simonides, qui scripsit egregium melos <sup>4</sup>,  
Quo paupertatem sustineret facilius,  
Circumire <sup>5</sup> cœpit urbes Asiæ nobiles  
Mercede pacta <sup>6</sup> laudes victorum canens.  
Hoc genere quæstus postquam lucuples factus est,  
Venire in patriam voluit cursu pelagio <sup>7</sup>  
(Erat autem natus, ut ajunt, in Ceo insula).  
Ascendit navem <sup>8</sup>, quam tempestas horrida  
Simul et vetustas medio dissolvit mari <sup>9</sup>:  
Hi zonas <sup>10</sup>, illi res pretiosas colligunt,  
Subsidium vitæ <sup>11</sup>. Quidam curiosior <sup>12</sup>,  
«Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?»  
«Mecum, inquit, mea sunt cuncta.» Tum pauci enatant  
Quia plures onere degravati <sup>13</sup> perierunt.  
Prædones adsunt <sup>14</sup>, rapiunt quod quisque extulit,  
Nudos relinquunt. Forte Clazomene prope

<sup>1</sup> *sinuque fovit*: y la calentó en su seno.

<sup>2</sup> *ut resecta est*: luego que volvió a la vida.

<sup>3</sup> *hanc alia cum rogaret causam facinoris*: preguntándole otra (culebra) el motivo de aquella mala acción.

<sup>4</sup> *qui scripsit egregium melos*: que escribió un hermoso, o magnífico, poema.

<sup>5</sup> *circumire*: a recorrer.

<sup>6</sup> *mercede pacta*: por una retribución estipulada.

<sup>7</sup> *cursu pelagio*: por mar.

<sup>8</sup> *Ascendit navem*: Se embarcó en

una nave.

<sup>9</sup> *quam tempestas horrida... medio dissolvit mari*: que una horrorosa tempestad deshizo, o hizo astillas, en alta mar.

<sup>10</sup> *zonas*: bolsas.

<sup>11</sup> *res pretiosas colligunt (quæ sunt) subsidium vitæ*: recogen las alhajas, que son un recurso en las necesidades de la vida.

<sup>12</sup> *Supple ait*.

<sup>13</sup> *onere degravati*: hundidos con el peso.

<sup>14</sup> *Prædones adsunt*: Presentáronse unos ladrones.



Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi <sup>1</sup>.  
Hic litterarum quidam studio deditus <sup>2</sup>,  
Simonidis qui sæpe versus legerat,  
Eratque absentis admirator maximus,  
Sermone ab ipso cognitum, cupidissime  
Ad se recepit <sup>3</sup>; veste, nummis, familia  
Hominem exornavit <sup>4</sup>: cæteri tabulam suam <sup>5</sup>  
Portant rogantes victum; quos casu obuius  
Simonides ut vidit: «Dixi, inquit, mea  
>Mecum esse cuncta, vos quod rapuistis, perit.»

## XXIV

### MONS PARTURIENS

Mons parturibat gemitus immanes eiens,  
Eratque in terris maxima expectatio <sup>6</sup>,  
At ille murem peperit: Hoc scriptum est tibi,  
Qui, magna quum minaris, extricas nihil.

## XXV

### TAURUS ET VITULUS

Angusto in aditu taurus luctans cornibus,  
Cum vix intrare posset ad præsepia,

<sup>1</sup> *Forle Clazomene prope antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi:* Por casualidad estaba cerca la antigua ciudad de Clazomene, a la cual se encaminaron los naufragos.

<sup>2</sup> *studio deditus:* dedicado al estudio.

<sup>3</sup> *ad se:* a su casa (le llevó).

<sup>4</sup> *exornavit:* proveyó.

<sup>5</sup> *tabulam suam:* su tablilla. Era una especie de cuadro en que los

naufragos hacían pintar el naufragio que habían sufrido, y con este cuadro colgado al cuello recorrían las ciudades implorando socorro, y explicando por este medio la causa de su desgracia aun a aquellos que no podían entender su lengua.

<sup>6</sup> *eratque in terris maxima expectatio:* y había en todo el mundo una expectación inmensa, o toda la tierra padecía una inmensa ansiedad.



Monstrabat vitulus, quo se pacto plecteret <sup>1</sup>:  
— «Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.»  
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

## XXVI

### VENATOR ET CANIS

Adversus omnes fortis veloces feras  
Canis cum domino semper fecisset satis <sup>2</sup>,  
Languere cœpit annis ingravantibus.  
Aliquando objectus hispidi pugnæ suis <sup>3</sup>,  
Adripuit aurem; sed cariosis dentibus  
Prædam dimisit. Hic tunc venator dolens,  
Canem objurgabat: Cui latrans contra senex <sup>4</sup>:  
— «Non te destituit animus, sed vires meæ.  
» Quod fuimus laudas, jam damnas quod non sumus.»  
Hoc cur, Philete, scripserim, pulchre vides.

## XXVII

### MILVUS ÆGROTANS

Multos cum menses ægrotaret milvus <sup>5</sup>,  
Nec jam videret esse vitæ spem suæ,  
Matrem rogabat, sancta circumiret loca,  
Et pro salute vota faceret maxima.  
— «Faciam, inquit, fili, sed opem ne non impetrem  
» Vehementer vereor <sup>6</sup>. Tu qui, delubra omnia

<sup>1</sup> *quo se pacto plecteret*: como debía doblarse.

<sup>2</sup> *canis cum domino semper fecisset satis*: habiendo un perro dejado siempre satisfecho a su amo.

<sup>3</sup> *objectus hispidi pugnæ suis*: lanzado a luchar con un cerdoso jabalí.

<sup>4</sup> *Suple respondit*.

<sup>5</sup> *Multos cum menses ægrotaret milvus*: Haciendo muchos meses que e milano estaba enfermo.

<sup>6</sup> *sed opem ne non impetrem vehementer vereor*: pero me temo con mucho fundamento que no conseguiré favor.



› Vastando, cuncta polluisti <sup>1</sup> altaria,  
› Sacrificiis nullis parcens, nunc quid vis rogem? ›

## XXVIII

### LEPORES VITÆ PERTÆSI

Qui sustinere non potest suum malum,  
Alios inspiciat et discat tolerantiam.

Aliquando in silvis strepitu magno conciti <sup>2</sup>  
Lepores clamant, se propter assiduos metus  
Finire velle vitam. Sic quemdam ad lacum  
Venerunt miseri, quo se præcipites darent <sup>3</sup>:  
Adventu quorum postquam ranæ territæ  
Virides in algas miseræ fugientes recidunt,  
— «Heu, inquit unus, sunt et alii quos timor  
› Vexat malorum. Ferte vitam ut cæteri. ›

## XXIX

### LEO ET MUS

Nè quis minores lædat fabula hæc monet.

Leone in silva dormiente, rustici  
Luxuriabant mures: et unus ex iis  
Super cubantem casu quodam <sup>4</sup> transiit.  
Expergefactus miserum <sup>5</sup> leo celeri impetu  
Arripuit; ille veniam sibi dari rogat,  
Crimen supplex fatetur peccatum imprudentiæ.  
Hoc rex ulcisci gloriosum non putans,  
Ignovit et dimisit. Post paucos dies  
Leo dum vagatur noctu, in foveam cecidit.

<sup>1</sup> *polluisti*: profanaste.

<sup>2</sup> *strepitu magno conciti*: aterrados por el gran ruido.

<sup>3</sup> *quo se præcipites darent*: en el

cual se precipitaron.

<sup>4</sup> *casu quodam*: por una casualidad.

<sup>5</sup> *miserum*: al infeliz.



Captum ut se agnovit laqueis, voce maxima  
Rugire cœpit; ejus immanem ad sonum  
Mus subito accurrens <sup>1</sup>: «Non est, quod timeas, ait,  
»Beneficio magno gratiam reddam parem.»  
Mox omnes artus, artuum et ligamina  
Lustrare cœpit <sup>2</sup>, cognitosque dentibus  
Nervos rodendo laxat ingenia artuum <sup>3</sup>.  
Sic captum mus leonem silvis reddidit.

### XXX

#### HOMO ET ARBORES

Pereunt suis auxilium qui dant hostibus.  
Facta bipenni quidam ab arboribus petit,  
Manubrium ut darent e ligno quod foret  
Firmum: jusserunt omnes oleastrum dari.  
Acceptit munus, aptans et manubrium  
Cœpit securi magna excidere robora.  
<sup>4</sup> Hic dum truncanda eligeret, fraxino  
Dixisse fertur quercus: «Merito cædimur.»

<sup>1</sup> *cujus immanem ad sonum mus subito accurrens*: y acudiendo inmediatamente el ratón a los terribles rugidos.

<sup>2</sup> *lustrare caput*: comenzó a exa-

minar.

<sup>3</sup> *laxat ingenia artuum*: afloja la artificiosa trabazón de las ataduras.

<sup>4</sup> Otros leen: *Dumque eligebat quæ vellet, fraxino...*



# CICERONIS EPISTOLÆ

---

## I

*M. T.*<sup>1</sup> *Cicero*, *C.*<sup>2</sup> *Memnio S. P. D.*<sup>3</sup>.

Aulum Fusium, unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri<sup>4</sup>, eruditum hominem et summa humanitate<sup>5</sup>, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes<sup>6</sup> ut mihi coram recepisti<sup>7</sup>. Tan gratum mihi id erit, quam quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio, et summa observantia<sup>8</sup>, tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

## II

*M. T. Cicero, Bruto S. P. D.*

Lucius Castronius Pætus, longe princeps municipii Lucensis<sup>9</sup>, est honestus, gravis, plenus officii<sup>10</sup>, bonus

<sup>1</sup> *M. T.*: Marcus Tullius.

<sup>2</sup> *C.*: Cajo.

<sup>3</sup> *S. P. D.*: salutem plurimam dicit.

<sup>4</sup> *observantissimum studiosissimumque nostri*: uno de los que más respeto y cariño me tienen, o de los que más me quieren y respetan.

<sup>5</sup> *summa humanitate*: de bellísimos sentimientos.

<sup>6</sup> El orden es: *velim tractes Aulum*, etc., *ita ut...*

<sup>7</sup> *ut mihi coram recepisti*: como de silla a silla me prometiste.

<sup>8</sup> *summo officio, et summa observantia*: con los lazos del más profundo agradecimiento y respeto.

<sup>9</sup> *longe princeps municipii Lucensis*: la persona más importante del municipio de Luca.

<sup>10</sup> *plenus officii*: que rinde culto a la cortesía, o muy cortés.



plane vir, et cum virtutibus tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius <sup>1</sup>. Quare ut et meum amicum, et tua dignum amicitia, tibi commendo. Cui quibuscumque rebus commodaveris <sup>2</sup>, tibi profecto jucundum, mihi certe erit gratum. Vale.

III

*M. T. Cicero, Servio S.* <sup>3</sup>.

Hagesaretus Larissæus magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo <sup>4</sup>, memor et gratus fuit <sup>5</sup> meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendo, ut et hospitem meum et familiarem, et gratum hominem, et virum bonum, et principem civitatis suæ, et tua necessitudine dignissimum <sup>6</sup>. Pergratum mihi feceris, si dederis operam <sup>7</sup>, ut is intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

IV

*M. T. Cicero, Terentiæ S. P. D.*

Ad cæteras meas misérias accessit dolor et e Dolabellæ valetudine, et e Tulliæ <sup>8</sup>. Omnino de omnibus

<sup>1</sup> *ut nostri ordinis observet neminem diligentius*: que a ninguna persona de mi categoría tiene más respeto.

<sup>2</sup> *Cui quibuscumque rebus commodaveris*: Y en cualquier cosa que le sirviere.

<sup>3</sup> *S.*: salutem (dicit).

<sup>4</sup> *magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo*: a quien hice yo buenos favores durante mi consulado.

<sup>5</sup> *memor et gratus fuit*: los tuvo

presentes y se manifestó agradecido.

<sup>6</sup> *tua necessitudine dignissimum*: y muy merecedor de que le tengas por amigo.

<sup>7</sup> *si dederis operam*: si procurares.

<sup>8</sup> *Ad cæteras meas misérias accessit dolor et e Dolabellæ valetudine, et e Tulliæ*: Sobre las demás desgracias que me afligen, hay que añadir la pena que me ha producido la enfermedad de Dolabela y la de Tulia.



rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam et Tulliaë valetudinem cures. Vale.

V

*M. T. Cicero, Terentiaë suæ S. P. D.*

Quid fieri placeret<sup>1</sup>, scripsi ad Pomponium serius, quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. Apertius<sup>2</sup> scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re, et de cæteris rebus, quam primum velim nobis litteras mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Idus Quint.<sup>3</sup>

VI

*M. T. Cicero, Terentiaë suæ, Tulliolaë suæ, Ciceroni suo S. D.*

Et litteris multorum, et sermone omnium perfertur ad me<sup>4</sup>, incredibilem tuam virtutem, et fortitudinem esse, teque nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Me miserum!<sup>5</sup> Te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas ærumnas propter me incidisse! Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus!<sup>6</sup> Nam quid ego de Cicerone dicam, qui, quum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriasque percepit? Quæ si ut tu scribis, fato facta putarem, ferrem paulo facilius; sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab his me amari putabam, qui invidebant; eos non sequebar, qui

<sup>1</sup> *Quid fieri placeret*: Lo que creía que debía hacerse.

<sup>2</sup> *Apertius*: Con más claridad.

<sup>3</sup> *VII. Idus Quintiles*: el nueve de julio.

<sup>4</sup> *perfertur ad me*: llega a mi noticia.

<sup>5</sup> *Me miserum!*: ¡Infeliz de mí!

<sup>6</sup> *Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus!*: ¡Y que nuestra hija Tullia sufra tan grandes penas por causa de un padre que tantas satisfacciones le proporcionaba!



petebant<sup>1</sup>. Quod si nostris consiliis usi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo<sup>2</sup> aut stultorum amicorum, aut improborum, beatissimi viveremus. Nunc quando sperare nos amici jubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit. Res quanta sit, intelligo<sup>3</sup>, quantoque fuerit facilius manere domi, quam redire. Sed tamen, si omnes tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosum<sup>4</sup> quam videtur, si vero etiam Pompejum et Cæsarem, non est desperandum. De familia, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco nunc quidem jam abiit pestilentia; sed quandiu fuit, me non attigit. Plancius homo officiosissimus<sup>5</sup> me cupit esse secum et adhuc retinet. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quo neque Hispo veniret nec milites; sed adhuc Plancius me retinet. Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam decedat. Quem ego diem si videro et in vestrum complexum venero<sup>6</sup>, ac si et vos, et me ipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse et vestræ pietatis, et meæ. Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit<sup>7</sup>. Utinam ea res ei voluptati sit; gloriæ quidem video fore<sup>8</sup>. De Quinto fratre nihil ego te accusavi<sup>9</sup>; sed vos cum præsertim tam pauci sitis, volui esse quam conjunctissimos<sup>10</sup>. Quibus me voluisti agere gratias, egi; et me a te certiore factum esse scripsi<sup>11</sup>.

Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram, quid, obsecro te<sup>12</sup>, me miserum!, quid futurum est? Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero

<sup>1</sup> *eos non sequebar, qui petebant*: no hacía caso de los que me deseaban, o estimaban.

<sup>2</sup> *neque apud nos tantum valuisset sermo...*: y no hubieran ejercido en mí tan poderosa influencia las palabras...

<sup>3</sup> *Res quanta sit, intelligo*: Conozco cuán difícil es el asunto.

<sup>4</sup> *studiosum*: tan interesado, o tan deseoso, de servir.

<sup>5</sup> *homo officiosissimus*: hombre muy cumplido.

<sup>6</sup> *et in vestrum complexum venero*:

y llegaré a abrazaros.

<sup>7</sup> *ut nihil supra possit*: que no puede ser más.

<sup>8</sup> *Utinam ea res ei voluptati sit; gloria quidem video fore*: Ojalá que eso le sirva de satisfacción, que de honra le servirá seguramente.

<sup>9</sup> *nihil ego te accusavi*: nada te he reprobado.

<sup>10</sup> *quam conjunctissimos*: lo más unidos posible.

<sup>11</sup> *me a te certiore factum esse*: que me has puesto al corriente.

<sup>12</sup> *obsecro te*: por vida tuya, dime.



fiet? Non queo reliqua scribere, tanta vis lacrymarum est <sup>1</sup>..., ne te in eundem fletum adducam. Tantum scribo, si erunt in officio amici <sup>2</sup>, pecunia non deerit; si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum perdamus <sup>3</sup>; cui si aliquid erit, ne egeat, mediocri virtute opus est <sup>4</sup>, et mediocri fortuna, ut cetera consequatur. Fac valeas, et ad me tabellarios mittas, ut sciam quid agatur, et vos quid agatis. Mihi omnino jam brevis expectatio est <sup>5</sup>. Tulliolarum et Ciceroni salutem dic. Valet.

Datum VI. Kalendas Decembris <sup>6</sup>, Dyrrhachii.

Dyrrhachium veni, quod et libera civitas est, et in me officiosa, et proxima Italiae. Sed si me offendet loci celebritas <sup>7</sup>, alio me conferam, et ad te scribam.

## VII

*M. T. Cicero, Terentiae suae S. P. D.*

Nec saepe est cui litteras demus, nec rem habemus ullam quam scribere velimus. Ex tuis litteris quas proxime accepi, cognovi praedium nullum venire potuisse <sup>8</sup>. Quare videatis velim, quomodo satisfiat ei cui scitis me satisfieri velle <sup>9</sup>. Quod nostra <sup>10</sup> tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est pro-

<sup>1</sup> *tanta vis lacrymarum est*: tan grande es el caudal de lágrimas que se agolpa a mis ojos.

<sup>2</sup> *Tantum scribo, si erunt in officio amici*: No te digo más sino que si los amigos hicieren lo que deben.

<sup>3</sup> *ne puerum perditum perdamus*: no dejemos al niño más perdido de lo que está.

<sup>4</sup> *mediocri virtute opus est*: necesitará nada más, o le bastará un mediano esfuerzo.

<sup>5</sup> *Mihi omnino jam brevis expectatio est*: Ya poco tiempo me queda

que esperar.

<sup>6</sup> *VI. Kalendas Decembris*: el veintiséis de noviembre.

<sup>7</sup> *si me offendet loci celebritas*: si me perjudicara lo concurrido del sitio.

<sup>8</sup> *praedium nullum venire potuisse*: que no se ha podido vender ninguna de las granjas.

<sup>9</sup> *quomodo satisfiat ei cui scitis me satisfieri velle*: cómo se cumple con esa persona con quien sabéis que yo quiero que se cumpla.

<sup>10</sup> *Suple filia*.



fectus, quamprimum <sup>1</sup> fac extrudas. Cura ut valeas. Id. Quintilis <sup>2</sup>.

### VIII

*M. T. Cicero S. D. L.* <sup>3</sup>, *Valerio Jurisc.* <sup>4</sup>.

Cur enim tibi hoc non gratificer, nescio <sup>5</sup>; præsertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas jam nostris litteris uti <sup>6</sup>, et nos aliquando revisas; et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis <sup>7</sup>, quam istis ubi solus sapere videare: quamquam qui istinc veniunt, partim te superbum <sup>8</sup> esse dicunt, quod nihil respondeas; partim contumeliosum <sup>9</sup>, quod male respondeas. Sed jam cupio tecum coram <sup>10</sup> joculari: quare fac ut quamprimum venias, neque in Apuliam tuam accedas, ut possimus salvum venisse gaudere. Nam illo si veneris, tamquam Ulysses cognosces tuorum neminem. Vale.

### IX

*M. T. Cicero, Curioni S. D.* <sup>11</sup>.

Gravi teste <sup>12</sup> privatus sum amoris summi erga te mei <sup>13</sup>, patre tuo, clarissimo viro: qui cum suis laudi-

<sup>1</sup> *quamprimum*: cuanto antes.  
<sup>2</sup> *Id. Quintilis*: el día quince de julio.  
<sup>3</sup> *L.*: Lucio.  
<sup>4</sup> *Jurisc.*: juriconsulto.  
<sup>5</sup> *Cur enim tibi hoc non gratificer, nescio*: Pues no sé por qué no he de darte gusto en esto.  
<sup>6</sup> *desinas jam nostris litteris uti*: que dejaras ya de entenderte conmigo por medio de cartas.  
<sup>7</sup> *ubi aliquo numero sis*: en donde estés en algún número, o donde haya

otros (letrados) con los que formes algún número.

<sup>8</sup> *superbum*: muy encopetado.

<sup>9</sup> *contumeliosum*: amigo de humillar (a los demás).

<sup>10</sup> *coram*: cara a cara, o de silla a silla.

<sup>11</sup> *S. D.*: salutem dicat.

<sup>12</sup> *Gravi teste*: De un testigo muy autorizado.

<sup>13</sup> *amoris summi erga te mei*: del grandísimo amor que te tengo.



bus, tum vero te filio <sup>1</sup>, superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante videret, quam e vita discederet: sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium Dii fortunent <sup>2</sup>. Me certé habebis, cui et carus æque sis et jucundus, ac fuisti patri. Vale.

X

*M. T. Cicero, Curioni S. P. D.*

Hæc negotia quomodo se habeant <sup>3</sup>, ne epistola quidem narrare audeo. Tibi, etsi ubicumque es, ut scripsi ad te antea, in eadem es navi <sup>4</sup>, tamen quod abes, gratulor, vel quia non vides ea quæ nos, vel quod excelso et illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum et sociorum et civium conspectu; quæ, ad nos nec obscuro nec vario sermone, sed et clarissima et una omnium voce perfertur. Unum illud nescio, gratulerne tibi an timeam <sup>5</sup>, quod mirabilis est expectatio reditus tui: non quo verear ne tua virtus opinioni hominum non respondeat; sed mehercule, ne cum veneris, non habeas jam quod cures: ita sunt omnia debilitata jam prope et extincta. Sed hæc ipsa nescio rectene sint litteris commisa: quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamen, sive habes aliquam spem de republica, sive desperas, ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo cive ac viro debent, qui sit rempublicam afflictam et oppressam, miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus. Vale.

<sup>1</sup> *cum suis laudibus, tum vero te filio*: tanto por sus merecimientos, quanto por tener un hijo como tú.

<sup>2</sup> *Tibi patrimonium Dii fortunent*: Los dioses acrecienten tu patrimonio.

<sup>3</sup> *Hæc negotia quomodo se habeant*:

En qué estado se encuentran aquí las cosas.

<sup>4</sup> *in eadem es navi*: estás en la misma nave, o corres la misma suerte.

<sup>5</sup> *Unum illud nescio, gratulerne tibi an timeam*: Sólo que no sé si te felicite o me recele.



XI

*M. T. Cicero, Ampio Balbo S. D.*

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex litteris tuorum <sup>1</sup>: quibus me cumulatissime satisfecisse certe scio; nec iis concedo, quamquam sunt singulari in te benevolentia <sup>2</sup>, ut te salvum malint quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus quam ipsi hoc tempore prodesse possim: quod quidem nec destiti facere, nec desistam: et jam in maxima re <sup>3</sup> feci, et fundamenta jeci salutis tuæ. Tu fac bono animo magnoque sis <sup>4</sup>, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Vale. Pridie Nonas Quintiles <sup>5</sup>.

XII

*M. T. Cicero, Terentiaæ suæ S. P. D.*

Si vales bene est: ego valeo. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Junii <sup>6</sup>: cujus summa virtute et singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atque <sup>7</sup> ejus pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere, et cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certio-rem.

Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII. Kalendas Quint. <sup>8</sup>.

<sup>1</sup> *De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex litteris tuorum*: Creo que por tus amigos y parientes tendrás noticia de mis afanes en procurar tu seguridad y libertad.

<sup>2</sup> *sunt singulari in te benevolentia*: te tienen singular afecto.

<sup>3</sup> *in maxima re*: en lo que era más importante.

<sup>4</sup> *Tu fac bono animo magnoque sis*:

Tú procura tener mucho y buen ánimo.

<sup>5</sup> *Pridie Nonas Quintiles*: el día seis de julio.

<sup>6</sup> *pridie Idus Junii*: el día doce de junio.

<sup>7</sup> *ut longe alia in fortuna esset, atque...*: que se vea en posición muy distinta de la que...

<sup>8</sup> *XVII. Kalendas Quint.*: el día quince de junio.



XIII

*M. T. Cicero, Terentiæ suæ S. P. D.*

Quod scripsi ad te proximis litteris <sup>1</sup> de nuntio remittendo <sup>2</sup>, quæ sit istius vis <sup>3</sup> hoc tempore et quæ concitatio multitudinis <sup>4</sup>, ignoro. Si metuendus iratus est <sup>5</sup> quies tamen ab illo fortasse nascetur. Totum judicabis quale sit: et quod in miserimis rebus minime miserum putabis <sup>6</sup>, id facies. Vale. VI. Idus Quintiles <sup>7</sup>.

XIV

*M. T. Cicero, Terentiæ suæ S. P. D.*

Si vales bene est: ego valeo. <sup>8</sup> Etsi ejusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam quod aut a te litterarum spectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quomodo et ipse vestras litteras exspecto, et scribo ad vos, cum habeo qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse quam fuit <sup>9</sup>: et id ipsum quod fecit, potuit diligentius facere et cautius. Quamquam alia sunt quæ magis curemus, magisque doleamus: quæ me ita conficiunt, ut <sup>10</sup> ii voluerunt qui me de mea sententia detruserunt <sup>11</sup>. Cura ut valeas. Pridie Non. Januarii <sup>12</sup>.

<sup>1</sup> *proximis litteris*: en la última, o anterior, carta.

<sup>2</sup> *de nuntio remittendo*: acerca del divorcio.

<sup>3</sup> *istius vis*: las consecuencias de éste (el divorcio).

<sup>4</sup> *concitatio multitudinis*: el escándalo que causará en la mayoría de las gentes.

<sup>5</sup> *Si metuendus iratus est*: Ya que tengamos que temer su ira.

<sup>6</sup> *quod in miserimis rebus minime miserum putabis*: lo que en tan desdichado asunto creyeres menos desagradable.

<sup>7</sup> *VI. Idus Quintiles*: el día diez de

julio.

<sup>8</sup> El orden es: *Etsi tempora nostra sunt ejusmodi ut nihil litterarum habeam, quod aut spectem a te, etc.*

<sup>9</sup> *Volumnia debuit in te officiosior esse quam fuit*: Volumnia debió tener contigo más consideración de la que tuvo.

<sup>10</sup> *quæ me ita conficiunt, ut...*: que me han traído al estado en que...

<sup>11</sup> *qui me de mea sententia detruserunt*: los que me sacaron de mis casillas.

<sup>12</sup> *Pridie Non. Januarii*: el día cuatro de enero.



XV

*M. T. Cicero Procos.* <sup>1</sup> *C. Marcello Cos. design.* <sup>2</sup>  
*S. P. D.*

Maxima sum lætitia affectus, cum audivi te consulem factum esse, eumque honorem tibi deos fortunare volo <sup>3</sup>, atque a te pro tua parentisque tui dignitate administrari. Nam cum te semper amavi dilexique, quod mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum <sup>4</sup>, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis; necesse est, ut et sim totus vester et esse debeam; cum præsertim matris tuæ gravissimæ atque optimæ feminæ majora erga salutem dignitatemque meam, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto majorem in modum, ut me absentem diligas atque defendas. Vale.

XVI

*M. T. Cicero Procos. C. Marcello collegæ suo S. P. D.*

Marcellum tuum consulem factum, teque ea lætitia affectum esse quam maxime optasti <sup>5</sup>, mirandum in modum gaudeo: idque, cum ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum judico, cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore <sup>6</sup> perspexi: totam denique do-

<sup>1</sup> *Procos.*: proconsul.

<sup>2</sup> *Cos. design.*: consuli designato.

<sup>3</sup> *eumque honorem tibi deos fortunare volo*: y deseo que los dioses te prosperen en ese honor o dignidad.

<sup>4</sup> *in omni varietate rerum mearum*: en todas las alternativas de mi varia fortuna.

<sup>5</sup> *teque ea lætitia affectum esse quam maxime optasti*: y que hayas llegado a experimentar aquella satisfacción que tanto deseaste.

<sup>6</sup> *vel in labore meo, vel in honore*: ya en mis pretensiones, ya después de realizadas éstas.



mum vestram vel salutis vel dignitatis meæ cupidissimamque cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuæ Junia gravissimæ atque optimæ feminæ, meis verbis eris gratulatus <sup>1</sup>. A te id, quod suesti, peto me absentem diligas atque defendas. Vale.

XVII

*M. T. Cicero C. Marcello Cos. design. <sup>2</sup> S. P. D.*

<sup>3</sup> Quantæ curæ tibi meus honos fuerit <sup>4</sup>, et quam idem exstiteris consul in me ornando et amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, et cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognovi tamen ex meorum omnium litteris. Itaque nihil est tantum <sup>5</sup>, quod ego non tua causa debeam <sup>6</sup>, facturisque sim cum studiose, tum libenter. Nam magni interest cui debeas <sup>7</sup>: debere autem nemini malui quam tibi, cui mecum studia communia, beneficia paterna tuaque jam ante conjunxerant: tum accedit (mea quidem sententia <sup>8</sup>) maximum vinculum, quod ita rempublicam geris atque gessisti (qua mihi carius nihil est), ut quantum tibi omnes boni debeant, quominus tantumdem ego unus debeam, non recusem. Quam ob rem tibi velim hi sint exitus, quos mereris et quos fore confido. Ego, si me navigatio non morabitur quæ incurrebat in ipsos Etesias <sup>9</sup>, propediem te, ut spero, videbo. Vale.

<sup>1</sup> *si uxori tuæ Junia meis verbis eris gratulatus*: si felicitares o dieres la enhorabuena de mi parte a tu esposa Junia.

<sup>2</sup> *Cos. design.*: consuli designato.

<sup>3</sup> El orden es: *Etsi res ipsa loquebatur, tamen cognovi ex litteris omnium meorum quantæ curæ honos meus fuerit tibi, etc.*

<sup>4</sup> *Quantæ curæ tibi meus honos fuerit*: El mucho cuidado que de mi honra tuviste.

<sup>5</sup> *nihil est tantum*: no hay cosa, por grave que sea.

<sup>6</sup> *Suple facere.*

<sup>7</sup> *magni interest cui debeas*: importa mucho la calidad de la persona a quien uno está obligado.

<sup>8</sup> *mea quidem sententia*: a mi entender.

<sup>9</sup> *quæ incurrebat in ipsos Etesias*: que venía a ser en el tiempo mismo en que sopla el cierzo.



XVIII

*M. T. Cicero Imperat.<sup>1</sup> L.<sup>2</sup> Paulo Cos. design. S. P. D.*

Etsi mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Romanus pro tuis summis in rempublicam meritis, et pro amplissima familiæ dignitate, summo studio<sup>3</sup>, cunctis suffragiis<sup>4</sup> consulem facturus esset, tamen incredibile lætitia sum affectus quum id mihi nuntiatum est: eumque honorem tibi deos fortunare volo, a teque ex tua majorumque tuorum dignitate administrari. Atque utinam præsens illum diem mihi optatissimum videre potuissem<sup>5</sup>, proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operam meam studiumque navare<sup>6</sup>. Quam mihi facultatem quum hic nec opinatus et improvisus provinciæ casus eripuit; tamen, ut te consulem rempublicam pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere a te peto, ut operam des efficiasque<sup>7</sup>, ne quid mihi fiat injuriæ, neve quid temporis ad meum annum munus accedat<sup>8</sup>. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

XIX

*M. T. Cicero Tironi suo S. P. D.*

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim affectus: tantum scribo, et tibi et mihi maximæ volup-

<sup>1</sup> *Imperat.*: *imperator*.

<sup>2</sup> *L.*: *Lucio*.

<sup>3</sup> *summo studio*: con la mejor voluntad.

<sup>4</sup> *cunctis suffragiis*: con voto unánime.

<sup>5</sup> *Atque utinam præsens illum diem mihi optatissimum videre potuissem*: Y pluguiese a Dios que hubiera yo podido ver por mí mismo aquel día (el de los comicios, en que L. Paulo

fué elegido cónsul) tan deseado para mí.

<sup>6</sup> *tibi operam meam studiumque navare*: apoyarte con mi ayuda y buenos deseos.

<sup>7</sup> *operam des efficiasque*: que procures y hagas.

<sup>8</sup> *neve quid temporis ad meum annum munus accedat*: que no se prolongue por tiempo alguno el año de mi cargo.



tati fore, si <sup>1</sup> te firmum quam primum videro. Tertio die abs te <sup>2</sup> ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia CXX. Leucade aut te ipsum aut tuas litteras a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me seis diligi. Nonis Novembris. Alyziæ <sup>3</sup>.

---

<sup>1</sup> *tantum scribo, et tibi et mihi maximæ voluptati fore, si...*: sólo te escribo o digo que será para ti y para mí una satisfacción muy grande, si...

<sup>2</sup> *Tertio die abs te*: Al tercer día que me separé de ti.

<sup>3</sup> *Nonis Novembris. Alyziæ*: El día cinco de noviembre. En Alicia.





# M. T. CICERONIS

Ex opere cui titulus «De officiis»

EXCERPTA

I

*Quid ab iis requiratur qui reipublicæ præsent, quique jus civibus dicunt.*

Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant <sup>1</sup>: «Unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quæcumque agunt, ad eam referant, obli- ti commodorum suorum; alterum ut totum corpus reipublicæ curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant.» Ut enim tutela, sic procuratio rei- publicæ <sup>2</sup> ad utilitatem eorum qui commissi sunt <sup>3</sup>, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam; ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum <sup>4</sup>. Hinc apud Athenienses magnæ discordiæ <sup>5</sup>; in nostra

<sup>1</sup> *duo Platonis præcepta teneant*: tengan muy presentes estos dos preceptos o consejos de Platón.

<sup>2</sup> *procuratio reipublicæ*: el gobierno de la República.

<sup>3</sup> *qui commissi sunt*: que se confian a ella.

<sup>4</sup> *ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum*: que unos se declaren partidarios del pueblo, otros de la nobleza y pocos del pro común.

<sup>5</sup> *Suple orla sunt.*



republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella civilia<sup>1</sup>, quæ, gravis et fortis civis et in republica dignus principatu, fugiet, atque oderit, tradetque se totum reipublicæ<sup>2</sup>, neque opes aut potentiam consecrabitur; totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit<sup>3</sup>: omninoque ita justitiæ honestæque adhærescet, ut dum ea conservet, quemvis graviter offendat<sup>4</sup>, mortemque oppetat potius, quam deserat illa quæ dixi.

Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio<sup>5</sup>, de qua præclare apud eundem est Platonem<sup>6</sup>: «Similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius rempublicam administraret, ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret.» Idemque præcepit, ut eos adversarios existimemus, qui arma contra ferant; non eos qui suo iudicio tueri rempublicam velint, qualis fuit inter P. Africanum, et Q. Metellum sine acerbitate dissensio<sup>7</sup>.

Nec vero audiendi, qui<sup>8</sup> graviter irascendum inimicis putabunt, idque magnanimi et fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. In liberis vero populis et in juris æquabilitate exercenda etiam est facilitas et altitudo animi, quæ dicitur; ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam inci-

---

<sup>1</sup> *sed pestifera etiam bella civilia*: sino hasta perniciosísimas guerras civiles.

<sup>2</sup> *tradetque se totum reipublicæ*: se entregará en cuerpo y alma al servicio del Estado.

<sup>3</sup> *Nec vero criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit*: Tampoco deberá exponer a nadie al odio y envidia de los demás con falsas acusaciones.

<sup>4</sup> *quemvis graviter offendat*: sea capaz de enemistarse gravemente con alguno.

<sup>5</sup> *Miserrima est omnino ambitio, ho-*

*norumque contentio*: Muy digno de lástima es por todos conceptos el ambicioso empeño de alcanzar o conseguir honores.

<sup>6</sup> *præclare apud eundem est Platonem*: de la cual dice muy bien el mismo Platón.

<sup>7</sup> *qualis fuit inter P. Africanum, et Q. Metellum sine acerbitate dissensio*: cómo fué aquella oposición que mutuamente se hicieron Publio Escipión el Africano y Quinto Metelo, y que nunca llegó a enconarse.

<sup>8</sup> *Nec vero audiendi, qui...*: Tampoco deben darse oídos a los que...



damus. Et tamen ita probanda est <sup>1</sup> mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur reipublicæ causa severitas, sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem et animadversio et castigatio contumelia vacare debet, neque ad ejus qui punit aliquem aut verbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri.

Cavendum est etiam, ne major pœna quam culpa sit; et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem <sup>2</sup>. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo; nunquam enim iratus qui accedet ad pœnam <sup>3</sup>, mediocritatem illam <sup>4</sup> tenebit, quæ est inter nimium et parum, quæ placet Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam <sup>5</sup> et dicerent utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est; optandumque, ut ii, qui præsunt reipublicæ legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur <sup>6</sup>.

## II

*Modestiam et animi æqualitatem viris principibus maxime esse necessarias.*

Atque etiam in rebus prosperis, et ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus, nam ut adversas res, sic secundas inmoderate ferre, levitatis est <sup>7</sup>; præclaraque est æquabilitas <sup>8</sup> in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons, ut de Socrate, item de C. Lælio accepimus <sup>9</sup>. Philippum quidem Macedonum regem,

<sup>1</sup> *ita probanda est*: debe practi-  
carse de modo...

<sup>2</sup> *ne appellentur quidem*: no se les  
cite siquiera a dar sus descargos.

<sup>3</sup> *iratus qui accedet ad pœnam*: el  
que llega a imponer un castigo a im-  
pulsos de la ira.

<sup>4</sup> *mediocritatem illam*: aquel justo  
medio.

<sup>5</sup> *modo ne laudarent iracundiam*:

si al mismo tiempo no alabaran la  
ira.

<sup>6</sup> *quæ ad puniendum... ducuntur*:  
que en el castigo se dejan llevar.

<sup>7</sup> *levitatis est*: es propio de espíri-  
tus apocados o pequeños.

<sup>8</sup> *æquabilitas*: igualdad de carác-  
ter, ecuanimidad.

<sup>9</sup> *ut de Socrate... accepimus*: como  
sabemos que sucedía a Sócrates.



rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate video superiorem fuisse <sup>1</sup>. Itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit <sup>2</sup>; ut recte præcipere videantur qui monent, ut quanto superiores sumus, tanto nos geramus summissius. <sup>3</sup> Panætius quidem Africanum auditorem et familiarem suum, solitum ait dicere, ut equos, propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possent uti; sic homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes <sup>4</sup>, tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ.

Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, hisque major etiam quam ante tribuenda auctoritas <sup>5</sup>, iisdemque temporibus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est: tales enim nos tunc esse putamus ut jure laudemur; ex quo nascuntur innumerabilia peccata, quum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hæc hactenus <sup>6</sup>.

Illud autem sic est judicandum <sup>7</sup>, maximas geri res, et maximi animi ab iis, qui respublicas regant, quod earum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat: esse autem magni animi et fuisse multos etiam in vita otiosa, qui aut investigarent, aut conaren-

---

<sup>1</sup> El orden es: *Video Philippum regem Macedonum superatum a filio rebus gestis et gloria fuisse quidem superiorem facilitate et humanitate.*

<sup>2</sup> Juzga de este modo a Alejandro, porque eclipsó su gloria de conquistador con las crueldades a que se entregaba en medio de los festines, y por los desórdenes que afearon y concluyeron con su vida.

<sup>3</sup> El orden es: *Panætius quidem ait Africanum auditorem et familiarem suum solitum (esse) dicere, oportere homines effrenatos rebus secundis, præfidentesque sibi duci tanquam in gyrum rationis et doctrinæ, sic, ut (ho-*

*mines) soleant tradere domitoribus equos exultantes ferocitate præliorum propter contentiones crebras, ut possint uti his facilioribus.*

<sup>4</sup> *sibique præfidentes*: que todo lo fían en sí mismos.

<sup>5</sup> *hisque major etiam quam ante tribuenda auctoritas*: y debemos entonces concederles mayor autoridad sobre nosotros que en otras ocasiones.

<sup>6</sup> *Sed hæc quidem hæc hactenus*: Pero basta de esto.

<sup>7</sup> *Illud autem sic est judicandum*: En esta cuestión debemos pensar que...



tur magna quædam, seseque suarum rerum finibus continerent<sup>1</sup>; aut interjecti inter philosophos, et eos qui rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes<sup>2</sup>, neque excludentes ab ejus usu suos; potiusque et amicis impertientes et reipublicæ si quando usus esset. Quæ primum bene parta sit<sup>3</sup>, nullo neque turpi quæstu, neque odioso; tum quam plurimis, modo dignis, se utilem præbeat<sup>4</sup>; deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia; nec libidini potius luxuriæque quam liberalitati et beneficentiæ pateat. Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere<sup>5</sup>, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice<sup>6</sup>.

### III

#### *Suam naturam et noscere et sequi.*

Admodum autem tenenda sunt sua cuique<sup>7</sup>, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum illud quod quærimus, retineatur; sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus; ea tamen conservata propriam naturam sequamur; ut, etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostræ naturæ regula metiamur, neque enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam sequi, quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum

<sup>1</sup> *seseque suarum rerum finibus continerent*: y se contentaban con los límites de su fortuna.

<sup>2</sup> *non eam quidem omni ratione exaggerantes*: sin que procuraran aumentarla (su fortuna) por todos los medios.

<sup>3</sup> *Quæ (res familiaris) primum bene parta sit*: La cual debe ante todo ser bien adquirida.

<sup>4</sup> *quam plurimis, modo dignis, utilem se præbeat*: que se emplee en pro-

vecho de los más, con tal que lo merezcan.

<sup>5</sup> *Hæc præscripta servantem licet... vivere*: El que observe estas reglas puede vivir...

<sup>6</sup> *vitæque hominum amice*: y gozando de la estimación de los hombres.

<sup>7</sup> *Admodum autem tenenda sunt sua cuique*: ante todo, cada cual debe atenerse a las condiciones propias de su carácter.



illud <sup>1</sup>, ideo, quia <sup>2</sup> nihil decet invita, ut ajunt, Minerva, id est adversante et repugnante natura.

Omnino si quidquam est decorum, nihil est profecto magis, quam æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actionum <sup>3</sup>, quam conservare non possis, si aliorum naturam imitans, omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti qui notus est nobis, ne ut quidam Græca verba inculcantes <sup>4</sup>, jure optimo irrideamur; sic in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus <sup>5</sup>.

Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem sibi ipse consciscere <sup>6</sup> alius debeat, alius in eadem causa non debeat. Num enim alia in causa M. Cato fuit <sup>7</sup>, alia cæteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt? Atque ceteris forsitan vitio datum esset <sup>8</sup>, si se interemissent, propterea quod eorum vita lenior et mores fuerant faciliores <sup>9</sup>. Catoni autem quum incredibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius quam tyranni vultus adspiciendus fuit.

Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno <sup>10</sup>, quum et mulieribus, si Circe <sup>11</sup> et Calypso <sup>12</sup> mu-

<sup>1</sup> *Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud*: De donde resulta una idea más clara del decoro de que tratamos.

<sup>2</sup> *ideo, quia...* por cuanto...

<sup>3</sup> *æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actionum*: la uniformidad de conducta, no sólo en toda la vida, sino en cada una de nuestras acciones.

<sup>4</sup> *Græca verba inculcantes*: que recalciándolas usan palabras griegas.

<sup>5</sup> *nullam discrepantiam conferre debemus*: no debemos mezclar contradicción alguna.

<sup>6</sup> Los estoicos, a quienes sigue Cicerón en el rigorismo exagerado de su doctrina, no consideraban la vida como uno de tantos bienes, y así aconsejaban el suicidio cuando la vida no pudiera conservarse sin menoscabo de lo que ellos entendían por dignidad humana.

<sup>7</sup> M. Catón de Utica se quitó la vida por no ver triunfante a su enemigo César. Este acto, que la filosofía pagana presenta como heroico, demuestra pobreza de espíritu en Catón, que no tuvo valor para esperar la desgracia con ánimo sereno.

<sup>8</sup> *ceteris forsitan vitio datum esset*: quizá en otros se hubiera considerado un defecto grave.

<sup>9</sup> *et mores fuerant faciliores*: y sus costumbres habían sido menos austeras.

<sup>10</sup> *in illo errore diuturno*: en tanto tiempo como anduvo perdido por los mares.

<sup>11</sup> Maga famosa que con brebajes que componía, transformaba los hombres en bestias.

<sup>12</sup> Ninfa hija de Atlante. Intentó impedir a Ulises la vuelta a su patria, procurando retenerle preso en sus encantos.



lieres appellandæ sunt, inserviret, et in omni sermone omnibus affabilem et jucundum se esse vellet? Domi vero etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id, aliquando, quod cupiebat, perveniret. At Ajax<sup>1</sup>, quo animo traditur, millies oppetere mortem, quam illa perpeti maluisset.

Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui; eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant<sup>2</sup>: id enim maxime quemque decet, quod est cujusque suum maxime. Suum igitur quisque noscat ingenium, acremque se et bonorum et vitiorum suorum judicem præbeat<sup>3</sup>; ne scenici plus quam nos videantur habere prudentiæ: illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. Qui voce freti sunt, Epigonos<sup>4</sup> Medumque<sup>5</sup>; qui gestu, Melanippam<sup>6</sup>, Clytemnestram<sup>7</sup>: semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam<sup>8</sup>: non sæpe Æsopus Ajacem. Ergo histrio hoc videbit in scena, quod non videbit sapiens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus: sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, at quam minimum indecore facere possimus. Nec tam est enitendum, ut bona, quæ nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus.

<sup>1</sup> Ajax, hijo de Telamón, rey de Salamina, y uno de los príncipes griegos que más se distinguieron en el sitio de Troya. Muerto Aquiles, Ajax y Ulises se disputaron sus armas, y habiéndolas los griegos adjudicado a este último, Ajax se mató de rabia con su propia espada.

<sup>2</sup> *nec velle experiri, quam se aliena deceant*: ni aventurarse a probar qué tal le sientan las cosas propias del carácter de otro.

<sup>3</sup> *acremque se et bonorum et vitiorum suorum judicem præbeat*: y sea censor severo y justo de sus aptitudes y defectos.

<sup>4</sup> Tragedia de Eurípides, imitada

después en el teatro latino por el trágico Lucio Accio. Su argumento está tomado de la segunda guerra de Tebas.

<sup>5</sup> *La Medea*, tragedia de Pacuvio.

<sup>6</sup> Tragedia de Accio. Melanipa fué hermana de Antíope, reina de las amazonas, y fué hecha prisionera por Hércules.

<sup>7</sup> Otra tragedia de Accio. Clitemnestra se enamoró de Egisto y dió muerte a su esposo Agamenón.

<sup>8</sup> Pacuvio escribió una tragedia cuyo argumento versa sobre los desgraciados amores que Júpiter tuvo con Antíopa, esposa de Lico, rey de Tebas.



IV

*Non eadem et disparibus ætatibus et diversis  
conditionibus officia tribui.*

Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur <sup>1</sup>, aliaque sunt juvenum, alia seniorum; aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur adolescentis, majores natu <sup>2</sup> vereri, exque his deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur: ineuntis enim ætatis inscientia <sup>3</sup> senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis, ut eorum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria <sup>4</sup>. Atque etiam cum relaxare animos, et dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ; quod erit facilius, si ejusmodi quidem rebus majores natu interesse velint.

Senibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur: danda vero opera ut et amicos, et juventutem, et maxime rempublicam consilio et prudentia quamplurimum adjuvent. Nihil autem magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiamque dedat. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est: sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus <sup>5</sup>, et facit adolescentium impudentiorem intemperantiam.

Ac ne illud quidem alienum est <sup>6</sup>, de magistratum,

<sup>1</sup> *Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur*: Y puesto que a edades distintas corresponden obligaciones diversas.

<sup>2</sup> *majores natu*: los ancianos.

<sup>3</sup> *ineuntis enim ætatis inscientia*: pues la inexperiencia de la edad juvenil.

<sup>4</sup> *ut eorum et in bellicis et in civili-*

*bus officiis vigeat industria*: para que resulte provechosa su intervención en los asuntos militares y civiles.

<sup>5</sup> *senectus concipit dedecus*: se deshonra la vejez.

<sup>6</sup> *Ac ne illud quidem alienum est*: Mas no está fuera de nuestro propósito.



de privatorum, de civium, de peregrinorum officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus intelligere se gerere personam civitatis <sup>1</sup>, debereque ejus dignitatem et decus sustinere, servare leges, jura describere <sup>2</sup>, ea fidei suæ commissa meminisse. Privatum autem oportet æquo et pari cum civibus jure vivere, neque submissum et abjectum, neque se efferentem; tum in republica ea velle, quæ tranquilla et honesta sint: talem enim et sentire bonum civem, et dicere solemus.

Peregrini autem et incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimeque esse in aliena republica curiosum <sup>3</sup>. Ita fere officia reperientur <sup>4</sup>, quum quæretur quid deceat et quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. Nihil est autem quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.

V

*Minima peccata esse vitanda: quid in corpore toto deceat cavendum esse; in rebus dubiis quid doctis placeat exquirendum: virtutem, ubicumque sit, coli oportere.*

Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt <sup>5</sup>, sic nos si acres ac diligentes esse volumus animadversoresque vitiorum <sup>6</sup>, magna sæpe intelligemus ex parvis. Ex oculorum obtutu, et superciliorum aut remissione aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex conten-

<sup>1</sup> *se gerere personam civitatis*: que el representa al pueblo o a la sociedad.

<sup>2</sup> *jura describere*: administrar justicia.

<sup>3</sup> *minimeque esse in aliena republica curiosum*: y mucho menos cuidarse del gobierno de un pueblo o de un Estado que no es el suyo.

<sup>4</sup> *Ita fere officia reperientur*: A este

tenor se hallarán, o descubrirán, todos los deberes (propios de cada uno).

<sup>5</sup> *aures vel minima sentiunt*: perciben los oídos la más mínima discordancia.

<sup>6</sup> *si acres ac diligentes esse volumus animadversoresque vitiorum*: si queremos ser justos y severos censores de nuestros defectos.



tione vocis <sup>1</sup>, ex submissione, ex cæteris similibus facile judicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex aliis judicare <sup>2</sup>; ut si quid dedeceat in aliis, vitemus ipsi: fit enim, nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur: itaque facillime corriguntur in discendo <sup>3</sup>, quorum vitia imitantur, emendandi causa, magistri <sup>4</sup>.

Nec vero alienum est, ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, et quid his de quoque officii genere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur <sup>5</sup>: in quibus videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam qua de causa quisque sentiat. Ut enim pictores et ii qui signa fabricantur, et vero etiam poetæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult, ut si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur, hi que et secum et cum aliis quid in eo peccatum sit, exquirunt; sic aliorum iudicio permulta nobis et facienda, et non facienda, et mutanda, et corrigenda sunt.

Quæ vero more aguntur institutisque civilibus, de iis nihil est præcipiendum: illa enim ipsa præcepta sunt, nec quemquam hoc errore duci oportet, ut <sup>6</sup>, si quid Socrates aut Aristipus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequiebantur. Cynicorum vero ratio <sup>7</sup>, tota est ejicien-

<sup>1</sup> *ex contentione vocis*: por la elevación del tono de la voz.

<sup>2</sup> *Quo in genere non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex aliis judicare*: Y en este orden de consideraciones no está fuera de propósito juzgar qué tal parecen en los demás sus propias acciones.

<sup>3</sup> *in discendo*: en la enseñanza.

<sup>4</sup> El orden es: *itaque (illi) quorum vitia magistri imitantur, emendandi causa, corriguntur facillime in discendo*

<sup>5</sup> *Major enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur*:

Pues la mayor parte suele, por lo común, dejarse llevar de aquello a que le inclina su propio natural.

<sup>6</sup> *nec quemquam hoc errore duci oportet, ut... arbitretur*: importa además que nadie se deje seducir por la falsa creencia de que, etc.

<sup>7</sup> *Cynicorum vero ratio*: Mas la doctrina de los cínicos.—Los cínicos suprimían por completo la vergüenza, haciendo público alarde de una sencillez de costumbres como la de los perros, de quienes tomaron el nombre.



da: est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.

Eos autem, quorum vita perspecta <sup>1</sup> in rebus honestis atque magnis est, bene de republica sentientes, ac bene meritos, aut merentes, sicut aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus: tribuere etiam multum senectuti <sup>2</sup>: cedere his qui magistratum habebunt: habere delectum <sup>3</sup> civis et peregrini; in ipsoque peregrino, privatimne an publice venerit: ad summam <sup>4</sup>, ne agam de singulis, communem totius generis hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare debemus <sup>5</sup>.

## VI

### *Quibus rebus gloria et fides pariantur.*

Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Nunc dicamus de gloria; quamquam ea quoque de re duo sunt nostri libri; sed attingamus <sup>6</sup>, quandoquidem ea in rebus majoribus administrandis adjuvat plurimum. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet; si cum admiratione quadam honore nos dignos putat. Hæc autem, si est simpliciter breviterque dicendum, quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine <sup>7</sup>. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam influere possimus.

Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi, benevolentia præcepta videamus; quæ quidem beneficiis ca-

<sup>1</sup> *quorum vita perspecta est*: cuya vida vemos ocupada.

<sup>2</sup> *tribuere etiam multum senectuti*: conceder a la vejez gran respeto.

<sup>3</sup> *habere delectum*: distinguir.

<sup>4</sup> *ad summam*: en resumen.

<sup>5</sup> *totius generis hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare debemus*: debemos ayudar y respetar la unión y asociación común

de todo el género humano.

<sup>6</sup> *sed attingamus*: pero digamos algo.

<sup>7</sup> *Hæc autem... quibus rebus... pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine*: Estas tres cosas se granjean ordinariamente de la muchedumbre, por los mismos medios que se granjean de los individuos.



pitur maxime; secundo autem loco benefica voluntate benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetit<sup>1</sup>; vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentiae, justitiae, fidei, omniumque earum virtutum, quae pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex iis, quas commemoravi, virtutibus; idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. Atque hæc quidem causæ diligendi gravissimæ<sup>2</sup>: possunt enim præterea nonnullæ esse leviores.

Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest, si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam: nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, quosque et futura prospicere credimus, et cum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, et consilium ex tempore capere posse: hanc enim utilem omnes existimant veramque prudentiam. Justis autem et fidis hominibus, id est, bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis injuriæque suspicio<sup>3</sup>. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissime committi arbitramur.

Harum igitur duarum ad fidem faciendam, justitia plus pollet; quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine justitia nihil valeat ad faciendam fidem<sup>4</sup>. Quo enim, quis versutior et callidior est, hoc invisior et suspectior, detracta opinione prohibitis. Quamobrem intelligentiæ justitia conjuncta<sup>5</sup>, quantum volet habebit ad faciendam fidem virium; justitia sine prudentia multum poterit; sine justitia nihil valebit prudentia.

<sup>1</sup> *etiam si res forte non suppetit*: aunque tal vez no alcancen para ello nuestros recursos.

<sup>2</sup> *Atque hæc quidem causæ diligendi gravissimæ*: Y éstas son las causas más poderosas del afecto (público).

<sup>3</sup> *ut nulla sit in his fraudis inju-*

*ricæque suspicio*: que nadie sospecha de ellos, o los cree capaces del fraude y la injusticia.

<sup>4</sup> *ad faciendam fidem*: para inspirar confianza.

<sup>5</sup> El orden es: *habebit quantum virium volet ad faciendam fidem*.



VII

*Quas res admiremur, quasque contemnamus.*

Sed, ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso sæpe disputatum sit<sup>1</sup>, qui unam haberet, omnes habere virtutes; nunc ita sejungam, quasi possit quisquam<sup>2</sup>, qui non idem prudens sit, justus esse: alia est illa<sup>3</sup>, cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas; alia, quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem, ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes dicamus: popularibus enim verbis est agendum et usitatis, quum loquamur de opinione populari, idque eodem modo fecit Panætius. Sed ad propositum revertamur.

Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium, ut cum admiratione hominum honore ab iis digni judicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna et præter opinionem suam animadverterunt; separatim autem in singulis si perspiciunt nec opinata quædam bona. Itaque eos viros suspiciunt<sup>4</sup>, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam et singulares virtutes perspicere; despiciunt autem eos et contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant: non enim omnes eos contemnunt, de quibus male existimant: nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, et ad faciendam injuriam instructos<sup>5</sup>, eos contemnunt quidem neutiquam, sed de his male existimant. Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur

<sup>1</sup> cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso sæpe disputatum sit: que siendo opinión común de todos los filósofos y habiendo afirmado yo muchas veces...

<sup>2</sup> nunc ita sejungam, quasi possit quisquam: ahora las separo de suerte que pueda uno, etc.

<sup>3</sup> alia est illa subtilitas, cum... alia...: una cosa es la sutileza con que... y otra...

<sup>4</sup> suspiciunt: veneran.

<sup>5</sup> ad faciendam injuriam instructos: dispuestos a ofender (a los demás).



ii, qui *nec sibi, nec alteri*<sup>1</sup>, ut dicitur; in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est<sup>2</sup>.

Admiratione autem afficiuntur<sup>3</sup> ii, qui anteire ceteros virtute putantur, et cum omni carere dedecore<sup>4</sup>, tum vero iis vitiis, quibus alii non facile possunt obstere. Nam et voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes animi<sup>5</sup> a virtute detorquent; et dolorum quum admoventur faces<sup>6</sup>, præter modum plerique exterrantur: vita, mors, divitiæ, paupertas omnes homines vehementissime permovent;<sup>7</sup> quæ, qui in utramque partem<sup>8</sup>, excelso animo magnoque despiciunt, quumque aliqua his ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit et rapit, tum quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis?

### VIII

*Justitiæ mercedem esse admirationem: probitatis benevolentiam.*

Ergo et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit; et maxime justitia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur, nec injuria<sup>9</sup>. Nemo enim justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati anteponit. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc igni

<sup>1</sup> Suple sunt.

<sup>2</sup> *in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est*: (hombres) holgazanes, inútiles y que de nada se preocupan.

<sup>3</sup> *Admiratione afficiuntur*: Son objeto de admiración.

<sup>4</sup> Suple putantur.

<sup>5</sup> *majores partes animi*: la más noble porción del ánimo.

<sup>6</sup> *dolorum quum admoventur faces*: cuando el dolor amenaza.

<sup>7</sup> El orden es: *quis non admiretur*

*splendorem pulchritudinemque virtutis tum, quum convertit ac rapit totos ad se aliqua res ampla et honesta (quæ) objecta est his, qui despiciunt in utramque partem animo excelso magnoque, quæ...* (Este *quæ* equivale a *et vitam, mortem divitias, paupertatem, qui...* despiciunt, etc.)

<sup>8</sup> *in utramque partem*: que, llevados o arrastrados por la prosperidad o la desgracia.

<sup>9</sup> *nec injuria*: y no sin razón.



spectatum arbitrantur<sup>1</sup>. Itaque illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omnia justitia conficit; et benovolentiam, quod prodesse vult plurimis; et ob eandem causam fidem et admirationem, quod eas res spernit et negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.

Ac mea quidem sententia omnis ratio atque institutio vitæ<sup>2</sup> adjumenta hominum desiderat; in primisque, ut habeas quibuscum possis familiares conferre sermones; quod esset difficile, nisi speciem præ te boni viri feras<sup>3</sup>. Ergo etiam solitario homini, atque in agro vitam agenti, opinio justitiæ necessaria est, eoque etiam magis, quod si eam non habebunt, injusti habebuntur: nullis præsidiiis septi, multis afficientur injuriis.

Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur<sup>4</sup> justitia ad rem gerendam necessaria est; cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere: nam qui eorum cuiquam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum<sup>5</sup>; ille autem, qui archipirata dicitur nisi æqualiter prædam dispertiat, aut occiditur a sociis, aut relinquitur: quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, et Bardylis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit; et multo majores Viriatus Lusitanus<sup>6</sup>, cui quidem

<sup>1</sup> quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur: y cuando esto se reconoce en un hombre cualquiera, piensan que ha sido acrisolado al fuego.

<sup>2</sup> omnis ratio atque institutio vitæ: todos los estados y condiciones de la vida.

<sup>3</sup> nisi speciem præ te boni viri feras: si no te precede la reputación de hombre de bien.

<sup>4</sup> contrahendisque negotiis implicantur: y que se dedican a negociar.

<sup>5</sup> is sibi ne in latrocinio quidem re-

linquit locum: éste ni aun para el latrocinio se deja lugar. Es decir, ni aun para robar (a sus compañeros) se considera autorizado.

<sup>6</sup> Aquí habla Cicerón con excesivo apasionamiento, calificando de ladrón al ilustre patricio lusitano, que, combatiendo por la libertad de su patria, derrotó los ejércitos de Roma, que, injusta y ambiciosa, tuvo que acudir a medios infames, comprando con el oro los traidores que dieron muerte al famoso caudillo.



etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius, is, qui sapiens usurpatur, prætor fregit et comminuit, ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. Quum igitur tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet atque augeat, quantam ejus vim inter leges et judicia, et in constituta republica fore putamus?

## IX

*Numquam pro republica peccandum: quanto sit honori rebus publicis honesta utilibus præferre.*

Quum igitur id, quod utile videtur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, jaceat utilitatis species<sup>1</sup>, valeat honestas: quum autem in amicitia quæ honesta non sunt, postulabuntur, religio et fides anteponatur amicitia; sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officii<sup>2</sup>. Sed utilitatis specie in republica sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbance nostri<sup>3</sup>: durius etiam Athenienses, qui sciverunt<sup>4</sup> ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur: hoc visum est utile; nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo: sed nihil, quod crudele, utile<sup>5</sup>: est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas.

Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent<sup>6</sup>, eosque exterminant, ut Pœnus apud patres nostros<sup>7</sup>, Papius nuper. Nam esse pro cive<sup>8</sup>, qui civis non sit, rectum non est licere; quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus et Scævola: usu vero urbis pro-

<sup>1</sup> *jaceat utilitatis species*: renúnciese a la utilidad aparente.

<sup>2</sup> *sic habebitur is... delectus officii*: así se obtendrá aquel discernimiento de deberes, o el conocimiento de cómo debemos obrar.

<sup>3</sup> *Suple peccarunt*.

<sup>4</sup> *qui sciverunt*: que mandaron.

<sup>5</sup> *Suple putabitur*.

<sup>6</sup> *qui peregrinos urbibus uti prohibent*: que impiden a los extranjeros la estancia en las ciudades.

<sup>7</sup> *apud patres nostros*: en tiempo de nuestros padres.

<sup>8</sup> *esse pro cive*: pasar por ciudadano.



hibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur<sup>1</sup>. Plena exemplorum est nostra respublica, quum sæpe, tum maxime<sup>2</sup> bello Punico secundo, quæ, Cannensi calamitate accepta, majores animos habuit quam unquam rebus secundis: nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret.

Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut urbe relicta, conjugibus et liberis Træzene depositis, naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent, Cyrsilum quemdam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Atque ille utilitatem sequi videbatur; sed ea nulla erat, repugnante honestate.

Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium rei publicæ salutare; sed id sciri opus non esse: postulavit ut aliquem populus daret, quicum communicaret<sup>3</sup>: datus est Aristides. Huic ille classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum<sup>4</sup>, clam incendi posse; quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna expectatione venit; dixitque, perutile esse consilium quod Themistocles afferret; sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt; totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide<sup>5</sup>, repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus.

<sup>1</sup> *Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur*: Lo digno de admiración o de respeto es posponer la aparente utilidad pública a la honestidad.

<sup>2</sup> *quum sæpe, tum maxime*: en todos los tiempos, pero más especialmente...

<sup>3</sup> *quicum communicaret*: a quien

participárselo.

<sup>4</sup> Ciudad de la costa oriental del *Sinus laconicus*, hoy golfo de Kolokithia. La ciudad aquí llamada *Gytheum* fué quizá la que hoy se llama ruinas de Paleópolis.

<sup>5</sup> *auctore Aristide*: por consejo de Aristides.



## CICERONIS ORATIO PRO Q. LIGARIO

Novum crimen <sup>1</sup>, C. Cæsar, et ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa præstanti vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam nescio <sup>2</sup>. Paratus enim veneram <sup>3</sup>, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est ut opinor: præsertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id jam integrum non esset <sup>4</sup>: omissaque controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimi sunt conservati, cum a te non solum liberationem culpæ, sed errati veniam <sup>5</sup> impetravissent.

Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te <sup>6</sup>, Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

<sup>1</sup> *Novum crimen*: Un crimen extraordinario.

<sup>2</sup> *quo me vertam nescio*: no sé qué hacerme, o por dónde salir.

<sup>3</sup> *Paratus enim veneram... ut ignoracione tua... abulerer*: Venía, pues, con ánimo de aprovechar tu falta de información, o de conocimiento, del hecho.

<sup>4</sup> *ut id jam integrum non esset*: que

este proceder no fuese correcto.

<sup>5</sup> *non solum liberationem culpæ, sed errati veniam*: no sólo la justificación del delito, sino el perdón del yerro.

<sup>6</sup> *sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te*: pero que confiesa esto, o que confiesa que ha militado en el mismo partido que tú.



Q. igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus <sup>1</sup> in Africam, cum proconsule C. Considio profectus est: qua in legatione et civibus et sociis ita se probavit <sup>2</sup>, ut decedens Considius provincia, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil profecisset, provinciam <sup>3</sup> accepit invitatus: cui sic præfuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset ejus integritas et fides <sup>4</sup>.

Bellum subito exarsit <sup>5</sup>, quod qui erant in Africa, ante audierunt geri quam parari. Quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim cæco quodam timore, primo salutis causa, post etiam studii sui, quærebant aliquem ducem: cum Ligarius domum spectans, et ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est <sup>6</sup>. Interim P. Actius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursus est <sup>7</sup>. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium <sup>8</sup>, si illud imperium esse potuit, quod ad privatum <sup>9</sup> clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio <sup>10</sup> deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit. Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat. Domo <sup>11</sup> est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli <sup>12</sup>: legatus in pace profectus, in provincia peccatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur re-

<sup>1</sup> *legatus*: lugarteniente.

<sup>2</sup> *qua in legatione et civibus et sociis ita se probavit*: y en el desempeño de este cargo de lugarteniente manifestó tal acierto, o conquistó tales simpatías, no sólo entre los ciudadanos, sino entre los aliados también.

<sup>3</sup> *provinciam*: el gobierno de la provincia.

<sup>4</sup> *ejus integritas et fides*: su honradez y lealtad.

<sup>5</sup> *exarsit*: estalló.

<sup>6</sup> *nullo se implicari negotio passus est*: no quiso mezclarse en nada.

<sup>7</sup> *Ad eum statim concursus est*: En seguida todo el mundo acudió a él.

<sup>8</sup> *arripuit imperium*: se apoderó del gobierno.

<sup>9</sup> *ad privatum*: a un particular.

<sup>10</sup> *nullo consilio publico*: sin ningún acuerdo público o solemne.

<sup>11</sup> *Domo*: De Roma.

<sup>12</sup> *non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli*: no sólo cuando no había comenzado la guerra, sino cuando nadie abrigaba la más mínima sospecha de que pudiera estallar.



mansio? Multo minus. Nam profectio voluntatem habuit non turpem; remansio etiam necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine<sup>1</sup>: unum, cum est legatus profectus; alterum cum efflagitatus a provincia, præpositus Africæ est. Tertium est tempus, quo post adventum Vari in Africa restitit. Quod si est criminis<sup>2</sup>, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc ullo modo evadere, Uticæ potius quam Romæ, cum P. Actio, quam cum concordissimis fratribus, cum alienis esse quam cum suis maluisset? Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset<sup>3</sup> propter incredibilem quemdam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit<sup>4</sup> belli dissidio distractus a fratribus?

Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ a te voluntatis<sup>5</sup>. Cujus ego causam animadvertite, quæso, qua fide<sup>6</sup> defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem atque omni laude, prædicatione, litteris monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse<sup>7</sup>, in qua se ipsum confitetur fuisse: nec tuas tacitas cogitationes extimescit, nec quid tibi de alio audienti, de se ipso occurrat, reformidat. Vide quam non reformidem; vide quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur<sup>8</sup>. Quantum potero, voce contendam ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui,

<sup>1</sup> *Ergo hæc duo tempora carent crimine*: No hay, pues, delito que imputarle en ninguna de estas dos épocas.

<sup>2</sup> *Quod si est criminis*: En el cual, si hay alguna falta que imputarle.

<sup>3</sup> *Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset*: Habiendo vivido durante su gobierno lleno de nostalgia y sobresaltos.

<sup>4</sup> *hic æquo animo esse potuit*: pudo aquí vivir tranquilo.

<sup>5</sup> *signum alienæ a te voluntatis*: señal, o prueba, de ánimo hostil, o de hostilidad contra ti.

<sup>6</sup> *qua fide*: con qué confianza.

<sup>7</sup> *alium in ea voluntate non fuisse*: que otro (Ligario) no abrigó contra ti los propósitos que...

<sup>8</sup> *vide quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur*: mira cómo se refleja en mí el esplendor de tu liberalidad y sabiduría, cuando hablo en tu presencia.



cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit: qui ad me ex Ægypto litteras missit, ut essem idem, qui fuissem <sup>1</sup>: qui cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus <sup>2</sup> esset, esse me alterum <sup>3</sup> passus est: a quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi: qui, mihi tunc denique se salutem <sup>4</sup> putavit reddere, si eam nullis spoliata ornamentis <sup>5</sup> dedisset. Vide quæso, Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut <sup>6</sup> mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. Cujus ego industriæ gloriæque faveo <sup>7</sup>, vel propter propinquam cognationem, vel quod ejus ingenio studiisque delector, vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet fuisse crimen, esse in Africa Ligarium? Nempe is qui et ipse in eadem Africa esse voluit, et prohibitum se a Ligario queritur, et certe contra ipsum Cæsarem est congressus armatus <sup>8</sup>. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cujus latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? <sup>9</sup>. Quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? Quid cupiebas? Quid obtabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens: ad me revertar: iisdem in armis fui <sup>10</sup>. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut quod hic potest nos possemus? <sup>11</sup>.

<sup>1</sup> *ut essem idem, qui fuissem*: que conservase la misma posición y dignidad.

<sup>2</sup> *unus*: el único.

<sup>3</sup> *esse me alterum*: que yo fuese el segundo.

<sup>4</sup> *salutem*: la vida.

<sup>5</sup> *nullis spoliata ornamentis*: acompañada de todos mis honores.

<sup>6</sup> *hæc propterea de me dixi, ut...*: he dicho todas estas cosas de mí a fin de que...

<sup>7</sup> *Cujus ego industria gloriaque faveo*: Cuyo talento y fama me son muy estimados.

<sup>8</sup> *et certe contra ipsum Cæsarem est congressus armatus*: y que indudablemente ha combatido al mismo César con las armas en la mano.

<sup>9</sup> *Qui sensus erat armorum tuorum?*: ¿Cuál era el partido que defendían tus armas?

<sup>10</sup> *iisdem in armis fui*: milité yo en en el mismo partido.

<sup>11</sup> *Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut quod hic potest nos possemus?*: ¿Qué otra cosa hemos procurado nosotros, Tuberón, sino llegar a poder lo que éste puede?



Quorum <sup>1</sup> igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero <sup>2</sup>; quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. Nam si vidisset, quovis profecto quam isto modo a te agi maluisset.

Arguis fatentem: non est satis. Acusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem quam tu; aut, ut tu vis, parem. Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim <sup>3</sup> ista accusatio ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. Externi <sup>4</sup> isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum. Nam quid aliud agis? <sup>5</sup> Ut Romæ ne sit? Ut domo careat? Ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo, ne nobiscum vivat? Ne sit in patria? Num est? Num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exulat. Non tu ergo hunc patria privare, qua caret, sed vita vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem <sup>6</sup>, qui omnes, quos oderat, morte multabat <sup>7</sup>, quisquam egit isto modo. Ipse jubebat occidi, nullo postulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. Ego vero istud non postulo, inquires. Ita mehercule existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem tuum, novi domum nomenque vestrum <sup>8</sup>: studia <sup>9</sup> denique

<sup>1</sup> El orden es: *Oratio eorum ipsorum quorum impunitas est laus clementiæ tuæ, Cæsar, acuet te ad crudelitatem?*

<sup>2</sup> *desidero*: echo de menos.

<sup>3</sup> *Non habet eam vim*: No entraña gravedad bastante.

<sup>4</sup> *Externi*: extrañas, extranjerías.

<sup>5</sup> *Nam quid aliud agis?*: ¿Qué es lo que tú pretendes?

<sup>6</sup> *ne apud eum quidem dictatorem*: ni aun en tiempo de aquel dictador (Sila).

<sup>7</sup> *morte multabat*: condenaba a muerte.

<sup>8</sup> *novi domum nomenque vestrum*: conozco tu familia y la reputación de que gozáis.

<sup>9</sup> *studia*: las aspiraciones.



generis ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium atque optimarum nota sunt mihi omnia. Itaque certo scio vos non petere sanguinem; sed parum attenditis <sup>1</sup>. Res enim eo spectat <sup>2</sup>, ut ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc vero multo acerbius multoque est gravius. Quod nos domi petimus precibus et lacrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quam hujus humanitati, id ne impetremus pugnabis, et in nostrum fletum irrumpes et nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis? <sup>3</sup>.

Si, cum hoc domi faceremus quod et fecimus, et ut spero, non frustra fecimus, tu de repente irrupisses et clamare cœpisses: C. Cæsar, cave credas: cave ignoscas: cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereatur: nonne omnem humanitatem exuisses? Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id a te in foro oppugnari <sup>4</sup>, et in tali miseria multorum perfugium misericordiæ tollere? Dicam plane, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines (intelligo quid loquar), acerbissimo luctu redundaret ista victoria <sup>5</sup>. Quam multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cum etiam de victis reperiantur? Quam multi, qui cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem? Quod si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium

<sup>1</sup> *sed parum attenditis*: pero miráis, o reflexionáis, muy poco lo que hacéis.

<sup>2</sup> *Res enim eo spectat*: Es el caso que...

<sup>3</sup> *nos jacentes ad pedes voce supplicum prohibebis?*: ¿impedirás que, arrojados a sus pies (los de César), le roguemos?

<sup>4</sup> *Quanto hoc durius, quod nos do-*

*mi petimus, id a te in foro oppugnari?*...: ¿Cuánto más fuerte o cruel es el que tú, en el foro o en público, impugnes o combatas lo que nosotros hemos pedido en su casa o privadamente?...

<sup>5</sup> *acerbissimo luctu redundaret ista victoria*: hubiera producido abundantes y muy amargas lágrimas esta victoria.



omnino non fuisse <sup>1</sup>; si honesto et misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse vellemus <sup>2</sup>; tamen hominis non esset, in tanto discrimine et periculo <sup>3</sup> civis refellere et coarguere nostrum mendacium, et si esset alicujus, ejus certe non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri. Tu diceres: Cave, Cæsar, credas; fuit in Africa Ligarius, tulit arma contra te. Nunc, quid dicis? Cave ignoscas. Hæcne hominis ad hominem vox est? <sup>4</sup> qua qui apud te, C. Cæsar, utetur <sup>5</sup>, suam citius abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. At primus aditus <sup>6</sup> et postulatio Tuberonis, hæc, ut opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi facinoris aferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? Cur? Isto enim nomine illa adhuc causa caruit; alii errorem appellant; alii timorem; qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui gravissime, temeritatem; scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quærat, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divina necessitate esse superata <sup>7</sup>. Liceat esse miseros, quamquam hoc victore esse non possumus. Sed non loquor de nobis: de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; sceleris vero crimine, furoris, parricidi, liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quis-

<sup>1</sup> *in Africa Ligarium omnino non fuisse*: que en absoluto no estuvo Ligario en Africa.

<sup>2</sup> *si honesto et misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse vellemus*: si, valiéndonos de una mentira licita e inspirada por la misericordia, intentáramos salvar la vida de un ciudadano desventurado.

<sup>3</sup> *in tanto discrimine et periculo*: en situación tan crítica y peligrosa.

<sup>4</sup> *Hæcne hominis ad hominem vox*

*est?*: ¿Es así como debe hablar un hombre a otro hombre?

<sup>5</sup> *qua (voce) qui apud te, C. Cæsar, utetur*: y quien así hablare en tu presencia, Cayo César.

<sup>6</sup> *primus aditus*: el primer propósito.

<sup>7</sup> *humana consilia divina necessitate esse superata*: que los cálculos humanos hayan sido desbaratados por la Divina Providencia.



quam ex te, Cæsar, audivit? Aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi a te contumeliam propulsare? Quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum jus tueretur et dignitatem tuam? Quid? Tu cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret? <sup>1</sup>. Mihi vero, Cæsar, tua in me maxima merita tanta certe non viderentur, si me, ut sceleratum, a te conservatum putarem. Quomodo autem tu de republica bene meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem <sup>2</sup> tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium; utrisque cupientibus rempublicam salvam; sed partim consiliis, partim studiis <sup>3</sup>, a communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pæne par; non par fortasse eorum, qui sequebantur, causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt. Cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus?

Sed ut omittam communem causam, veniamus ad nostram. Utrum <sup>4</sup> tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligario <sup>5</sup> ex Africa exire, an vobis in Africam non venire? Poteramusne, inquires, cum Senatus censuisset? <sup>6</sup>. Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium Senatus idem legaverat <sup>7</sup>. Atque ille eo tempore paruit, cum paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? Minime vero. Neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo; ut quibus rebus gloriemini in vobis, easdem

<sup>1</sup> *Quid? Tu cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret?*: ¿Y qué? Cuando tú deseabas que hubiera paz, ¿procurabas ajustarla con los malvados, o con los buenos ciudadanos?

<sup>2</sup> *Secessionem*: Una simple desavenencia.

<sup>3</sup> *partim consiliis, partim studiis*: pero unos con sus proyectos y otros con sus aspiraciones.

<sup>4</sup> *Utrum*:Cuál de estas dos cosas.

<sup>5</sup> *Ligario*, lo mismo que *vobis*, depende de *facilius*, y por eso están en dativo, a pesar de aparecer respectivamente como sujetos de los infinitivos *exire* y *venire*.

<sup>6</sup> *cum Senatus censuisset?*: habiéndolo decretado el Senado.

<sup>7</sup> *Senatus idem legaverat*: el mismo Senado había nombrado a Ligario lugarteniente.



in aliis reprehendatis. Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto; cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur, statuerat se excusare. Hæc ego novi propter communes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone <sup>1</sup>. Domi una eruditi, militiæ contubernales <sup>2</sup>, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem semper studiis usi sumus. Scio igitur, Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam agebant <sup>3</sup>, ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebant <sup>4</sup>, ut etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri; vel potius paruit. Una est profectus cum iis, quorum erat una causa <sup>5</sup>. Tardius iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius <sup>6</sup>. Nam si crimen est prohibere illum voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se imperatorem esse maluisse. Atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat; fasces certe habebat <sup>7</sup>. Sed quoquo modo sese illud habet <sup>8</sup>, hæc querela vestra, Tubero, quid valet? Recepti in provincia non sumus. Quid, si essetis? Cæsarine eam tradituri fuissetis, an contra eum retenturi? Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quo Senatus eum sorsque miserat, tibi patrem suum traditurum

<sup>1</sup> *propter communes necessitudines quæ mihi sunt cum L. Tuberone*: por la mutua intimidación que tenemos Lucio Tuberon y yo.

<sup>2</sup> *militiæ contubernales*: compañeros de armas.

<sup>3</sup> *Sed ita quidam agebant*: Pero algunos le empujaban de modo.

<sup>4</sup> *opponerebant*: le ponían delante, o invocaban.

<sup>5</sup> *Una est profectus cum iis, quorum erat una causa*: Partió al mismo tiempo que ellos, que seguían el mismo bando.

<sup>6</sup> *Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius*: De aquí nace o arranca el hecho de que se acusa a Ligario, o, mejor dicho, el encono que le persigue.

<sup>7</sup> *Varus imperium se habere dicebat; fasces certe habebat*: Varo decía que él tenía la autoridad; en realidad tenía los haces de los lictores; es decir: Varo decía que era de derecho gobernador; lo que no hay que dudar es que de hecho lo era.

<sup>8</sup> *Sed quoquo modo illud sese habet*: pero sea de ello lo que quiera.



fuisse, non dubitabo apud ipsum te, cujus id eum facere interfuit, gravissimis verbis ejus consilium reprehendere<sup>1</sup>. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed jam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne Tubero, quod nunquam cogitavit, facturum fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam, provinciam unam ex omnibus huic victoriæ maxime infestam, in qua erat rex potentissimus inimicus huic causæ<sup>2</sup>, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quæro, quid facturi fuissetis? Quamquam quid facturi fueritis, non dubitem, cum videam quid feceritis. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere: et prohibiti, ut perhibetis, summa cum injuria. Quomodo id tulistis? Acceptæ injuriæ querelam ad quem detulistis? Nempe ad eum, cujus auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis<sup>3</sup>. Quod si Cæsaris causa in provinciam veniebatis, ad eum profecto exclusi provincia venissetis. Venistis ad Pompejum. Quæ est ergo apud Cæsarem querela<sup>4</sup>, cum eum accusetis, a quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet vos provinciam fuisse Cæsari tradituros<sup>5</sup>, etiam si a Varo et quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis occasione privaverit. Sed vide quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri L. Tuberonis, quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi a te cognovissem imprimis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur unquam in ullo homine tanta constantia? Constantiam dico? Nescio an melius pa-

<sup>1</sup> El orden es: *non dubitabo reprehendere consilium ejus verbis gravissimis apud te ipsum, cujus interfuit eum facere id.*

<sup>2</sup> Yuba, rey de la Mauritania, siguió el partido de Pompeyo.

<sup>3</sup> *cujus in societatem belli veneratis*: a quien os habíais unido para hacer la guerra.

<sup>4</sup> *Quæ est ergo apud Cæsarem que-*

*rela?...: ¿Qué motivo tenéis para quejaros a César?...*

<sup>5</sup> *Atque in hoc quidem, vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet vos provinciam Cæsari fuisse tradituros*: Ciertamente que en este particular podéis, por mi parte, gloriaros, aunque sea faltando a la verdad, de que hubierais entregado a César la provincia.



tientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset <sup>1</sup>, ut a quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate rejectus, ad eas ipsas reddiret? Magni cujusdam animi, atque ejus viri est, quem <sup>2</sup> de suscepta causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Ut enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt, hoc certe præcipuum Tuberonis fuit <sup>3</sup>, quod justo cum imperio <sup>4</sup> ex senatusconsulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus <sup>5</sup>, non domum, ne iners <sup>6</sup>; non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Gn. Pompeji castra <sup>7</sup> venit, in eam ipsam causam, a qua erat rejectus cum injuria. Quid? Cum ista res nihil commovisset ejus animum, ad quem veneratis, languidiore, credo, studio, in causa fuistis <sup>8</sup>. Tantummodo in præsidiis eratis <sup>9</sup>: animi vero a causa abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui <sup>10</sup>: sed tum sero. Erat enim amentis, cum aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus, tu certe præcipue, qui in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses. Quamquam, ut nunc se res habet <sup>11</sup>, non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii sui pœnite-

<sup>1</sup> *Quotus enim istud quisque fecisset?...*: ¿Qué otro hubiera hecho esto?...

<sup>2</sup> *Magni cujusdam animi, atque ejus viri est, quem...* Eso es propio de un espíritu elevado y de un hombre a quien...

<sup>3</sup> *hoc certe præcipuum Tuberonis fuit*: esta era la circunstancia que más distinguía a Tuberón.

<sup>4</sup> *justo cum imperio*: con autoridad legítima.

<sup>5</sup> *iratus*: despechado.

<sup>6</sup> *iners*: cobarde.

<sup>7</sup> *in Gn. Pompeji castra*: al campo de Gneo Pompeyo.

<sup>8</sup> *languidiore, credo, studio, in causa fuistis*: creo que pusisteis menos entusiasmo en defender el partido.

<sup>9</sup> *Tantummodo in præsidiis eratis*: Estabais nada más que con el cuerpo en el ejército.

<sup>10</sup> *pacis equidem semper auctor fui*: siempre aconsejé la paz.

<sup>11</sup> *ut nunc se res habet*: en el estado actual de las cosas.



ret. Nunc quæro, utrum vestras injurias, an reipublicæ persequamini? Si reipublicæ, quid de vestra in ea causa perseverantia respondebitis? Si vestras, videte ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis. Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse? <sup>1</sup>. Num de ejus facto dicere? Quidquid dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis <sup>2</sup>, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ.

Causas, Cæsar, egi multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum <sup>3</sup>: certe nunquam hoc modo: *Ignoscite, Judices; erravit; lapsus est; non pulavit; si unquam posthac* <sup>4</sup>. Ad parentes sic agi solet. Ad judices: *Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen*. Dic, te, Cæsar, de facto Ligarii judicem esse: quibus in præsiidiis fuerit, quære: taceo. Ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud judicem. Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus <sup>5</sup>, in eo non acerbus, tum etiam fuit totus animo et studio tuus. Ad judicem sic agi solet. Sed ego ad parentem loquor. Erravi, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoscas oro. Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit cum mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? <sup>6</sup>. Quamquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui a te pro Ligario petunt tui necessarii. Vidi enim et cognovi, quid maxime spectares <sup>7</sup>, cum pro alicujus salute multi laborarent <sup>8</sup>: cau-

<sup>1</sup> *Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse?*: Por tanto, Cæsar, ¿piensas que me he preocupado de la defensa de Ligario?

<sup>2</sup> *ad unam summam referri volo, vel humanitatis, etc.*: quiero referirlo a tus humanitarios sentimientos, etc.

<sup>3</sup> *dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum*: mientras tus honoríficos cargos te retuvieron en el foro.

<sup>4</sup> *si unquam posthac*: si llega a faltar alguna vez en adelante.

<sup>5</sup> *bello oppressus*: sorprendido por la guerra.

<sup>6</sup> *An sperandi Ligario causa non sit cum mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi?*: ¿Acaso no tendrá razón Ligario de esperar, cuando yo puedo en tu presencia hasta rogarte en favor de otro?

<sup>7</sup> *quid maxime spectares*: que es lo que más atiendes.

<sup>8</sup> *cum multi laborarent*: cuando muchos se a'anaban, o angustiaban.



sas apud te rogantium gratiores esse, quam preces: neque spectare, quam tuus esset necessarius is, qui te oraret; sed quam illius pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa<sup>1</sup>, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa<sup>2</sup> concedis. Sed video tamen apud te causas, ut dixi, rogantium valere plus, quam preces: ab iisque te moveri maxime, quorum justissimum dolorem videas in petendo. In Q. Ligario conservando<sup>3</sup>, tu quidem gratum facies necessariis tuis<sup>4</sup>: sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ, robur reipublicæ proponere. Nosti optime homines: animadvertite horum omnium mœstitiam et dolorem. Hujus T. Broecchi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas squaloremque ipsius et filii vides. Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere<sup>5</sup>. Aut tres tibi Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi. Quodvis exilium his est optatius<sup>6</sup>, quam patria, quam domus, quam dii penates, uno illo exulante. Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas<sup>7</sup>; valeat tua vox illa, quæ vicit<sup>8</sup>. Te enim dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent<sup>9</sup>: te omnes qui contra te non essent, tuos<sup>10</sup>. Videsne igitur hunc splendorem<sup>11</sup>, omnem hanc Broecchorum domum, hunc L. Marcium, C. Cæsetium, L. Considium, hosce omnes equites Romanos, qui adsunt veste mutata<sup>12</sup>, non solum notos

<sup>1</sup> *tribuis tuis ita multa*: eres tan generoso con los tuyos.

<sup>2</sup> *tam multa*: tantos beneficios o favores.

<sup>3</sup> *In Q. Ligario conservando*: Salvando a Quinto Ligario.

<sup>4</sup> *gratum facies necessariis tuis*: darás una satisfacción a tus amigos.

<sup>5</sup> *de unius capite nos agere*: que tratamos de salvar la vida de uno solo.

<sup>6</sup> *his est optatius*: es para éstos preferible.

<sup>7</sup> *germanitas*: el cariño fraternal.

<sup>8</sup> *valeat tua vox illa, quæ vicit*: prevalezcan aquellas palabras que te dieron la victoria.

<sup>9</sup> *nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent*: que nosotros consideráramos como enemigos a todos, menos a los que estaban con nosotros.

<sup>10</sup> *tuos*: amigos tuyos.

<sup>11</sup> *hunc splendorem*: toda esta nobleza.

<sup>12</sup> *veste mutata*: de luto.



tibi, verum etiam probatos viros, qui tecum fuerunt? Atque his maxime irascebamur, et hos requirebamus, et his nonnulli etiam minabantur. Conserva igitur tuis suos, ut quemadmodum cetera, quæ dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur. Quod si penitus perspicere <sup>1</sup> posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum judicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit <sup>2</sup>, in qua fratres fuerunt? Quis est, qui horum consensum conspirantem et pæne conflatum, in hac prope æqualitate fraterna non noverit? <sup>3</sup>. Qui hoc non sentiat <sup>4</sup>, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate abreptus est unus: qui, si consilio <sup>5</sup> id fecisset; esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. Sed ierit ad bellum: discesserit <sup>6</sup> non a te solum, verum etiam a fratribus. Hi te orant tui. Equidem cum tuis omnibus negotiis interesssem <sup>7</sup>, memoria teneo, qualis tum T. Ligarius quæstor urbanus fuerit erga te <sup>8</sup> et dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles nisi injurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui <sup>9</sup>, te aliquid de hujus illo quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud <sup>10</sup>, neque enim hæc divinabat, nisi ut tu eum tui studiosum <sup>11</sup>, et bonum virum

<sup>1</sup> *penitus perspicere*: penetrar a fondo.

<sup>2</sup> *in eadem sententia futurus fuerit*: que hubiera pensado lo mismo, o seguido el mismo partido.

<sup>3</sup> *Quis est, qui horum consensum conspirantem et pæne conflatum in hac prope æqualitate fraterna non noverit?*: ¿Quién hay que en estos hermanos que tienen casi la misma edad, no vea sus voluntades, que tienen las mismas aspiraciones, como fundidas en un mismo molde?

<sup>4</sup> *Qui hoc non sentiat, etc.*: es decir: *Quis est, qui hoc non sentiat?*...

<sup>5</sup> *consilio*: de intento.

<sup>6</sup> *Sed ierit ad bellum: discesserit*: Pero concedamos que marchó a la guerra; que se separó...

<sup>7</sup> *cum tuis omnibus negotiis interesssem*: cuando yo manejaba todos tus negocios.

<sup>8</sup> *qualis... fuerit erga te*: como se condujo contigo.

<sup>9</sup> *hoc est animi... ingenii tui*: esto es propio de tu corazón..., de tu carácter.

<sup>10</sup> *nihil egit aliud*: no procuro más, sino que...

<sup>11</sup> *tui studiosum*: afecto a tu persona, o apasionado.



judicares, nunc a te supplex fratris salutem petit. Quam hujus admonitus officio cum utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos, non solum sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaveris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo M. Marcello fecisti nuper in curia, nunc quidem in foro de optimis et huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concessisti illum Senatui, sic da hunc populo, cujus voluntatem carissimam semper habuisti. Et si ille dies tibi gloriosissimus, populo Romano gratissimus fuit, noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quam sæpissime quærere. Nihil est enim tam populare, quam bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordia est. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt<sup>1</sup>, quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut possis, nec natura tua melius, quam ut velis conservare quamplurimos. Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certe natura brevior. Quare, cum utilius esse arbitrer te ipsum, quam me aut quemquam loqui tecum, finem jam faciam. Tantum te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus, te daturum.

---

<sup>1</sup> *Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam...*: En ninguna

cosa se parecen tanto los hombres a los dioses como...



C. JULII CÆSARIS  
COMMENTARIORUM  
DE BELLO CALLICO

LIBER PRIMUS

CAPUT I

*Galliæ divisio: Gallorum mores et termini.*

Gallia est omnis <sup>1</sup> divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua, Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes, linguâ, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen <sup>2</sup> a Belgis Matrona et Sequana <sup>3</sup> dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgæ: propterea quod a cultu atque humanitate provinciæ longissime absunt <sup>4</sup>: minimeque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent <sup>5</sup> important. Proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum <sup>6</sup> incolunt, quibuscum continenter

<sup>1</sup> *Gallia omnis.* Se entiende toda la Galia no sometida a la dominación romana, y distinta, por consiguiente, de la provincia romana, que también se llamó Galia Narbonense.

<sup>2</sup> *Garumna flumen:* el río Garona.

<sup>3</sup> *Matrona et Sequana:* los ríos Marne y Sena.

<sup>4</sup> *a cultu atque humanitate provin-*

*cia longissime absunt:* están muy lejos de tener la civilización y cultura de una provincia.

<sup>5</sup> *quæ ad effeminandos animos pertinent:* que contribuyen a debilitar los caracteres.

<sup>6</sup> *trans Rhenum:* al otro lado del Rhin.



12  
bellum gerunt; qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt: quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam a Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur. pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in Septentriones et orientem solem <sup>1</sup>. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes et eam partem Oceani quæ ad Hispaniam pertinet <sup>2</sup>, spectat inter occasum solis, et Septentriones <sup>3</sup>.

## CAPUT II

*Helvetiorum motus, duce Orgetorige: apparatus bellicus.*

Apud Helvetios longe nobilissimus et ditissimus fuit Orgetorix. Is, M. Messalla et M. Pisone Coss., regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit, et civitati persuasit <sup>4</sup>, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent; perfacile esse, cum virtute omnibus præstarent totius Galliæ imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur <sup>5</sup> una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium <sup>6</sup> a Germanis dividit; altera ex parte, monte Jura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia, lacu Lemanno <sup>7</sup> et flu-

<sup>1</sup> *spectant in Septentriones et orientem solem*: están situados entre el Norte y el Este, o sea al Nordeste.

<sup>2</sup> *pertinet*: se extiende.

<sup>3</sup> *spectat inter occasum solis, et Septentriones*: está situada entre el Oeste y el Norte, o sea al Noroeste.

<sup>4</sup> *civitati persuasit*: aconsejo a sus conciudadanos, o al pueblo.

<sup>5</sup> *quod undique loci natura Helvetii continentur*: cuanto que los helvecios están contenidos, aprisionados o estrechados por la naturaleza misma del terreno.

<sup>6</sup> *agrum Helvetium*: el territorio de los helvecios.

<sup>7</sup> *lacu Lemanno*: por el lago Lemano o de Ginebra.



mine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut et minus late vagarentur, et minus facile finitimis bellum inferre possent: qua de causa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur. *Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis*<sup>1</sup> augustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia pasuum CCXL, in latitudinem CXXX patebant.

His rebus adducti, et auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea, quæ ad proficiscendum pertinerent, comparare, jumentorum et carrorum quam maximum numerum cõemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam cõfirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant<sup>2</sup>. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur: is sibi legationem ad civitates suscepit<sup>3</sup>. In eo itinere persuadet Castico, Catamantalendis filio, Sequano, cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, et a S. P. Q. R. amicus<sup>4</sup> appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat: itemque Dumnorigi Æduo, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum in civitate sua obtinebat<sup>5</sup>, ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur, persuadet; eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu esse illis probat, conata perficere; propterea quod ipse suæ civitatis imperium obtenturus esset, non esse dubium, quin totius Galliæ plurimum Helvetii possent: se suis copiis, suoque exercitu, illis regna conciliaturum, confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem

<sup>1</sup> *Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis*: Mas en comparación del número de hombres y de su fama de guerreros y esforzados.

<sup>2</sup> *in tertium annum profectionem lege confirmant*: por medio de una ley, es decir, por medio de pacto solemne, fijan la expedición para dentro de tres años.

<sup>3</sup> *legationem sibi suscepit*: tomó a

su cargo desempeñar personalmente la embajada.

<sup>4</sup> *amicus* era un título muy estimado, y que sólo concedía el Senado romano a príncipes extranjeros de quienes había recibido o esperaba grandes servicios.

<sup>5</sup> *principatum in civitate sua obtinebat*: era el personaje más influyente de su pueblo.



ac jusjurandum dant, et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos, totius Galliæ sese potiri posse sperant.

### CAPUT III

*Dies dicta Orgetorigi: ejusdem mors: Helvetiorum profectio.*

Ea res ut est Helvetiis per indicium<sup>1</sup> enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere<sup>2</sup> coegerunt. Damnatum pœnam sequi oportebat, ut igni cremaretur<sup>3</sup>. Die constituta causæ dictionis<sup>4</sup>, Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit et omnes clientes obæratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos ne causam diceret se eripuit. Cum civitas, ob eam rem incitata, armis jus suum exequi conaretur<sup>5</sup> multitudinemque hominum ex agris magistratus cogere, Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit. Post ejus mortem nihilominus Helvetii, id quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant<sup>6</sup>. Ubi jam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia<sup>7</sup> numero ad duodecim, vicos<sup>8</sup> ad quadringentos, reliqua privata ædificia incendunt; frumentum omne, præter quod secum portaturi erant, comburunt, ut, domum reditionis<sup>9</sup> spe

<sup>1</sup> *per indicium*: por una delación.

<sup>2</sup> *ex vinculis causam dicere*: defenderse estando preso, o después de haberle aprisionado.

<sup>3</sup> *Damnatum sequi pœnam oportebat ut igni cremaretur*: Era inevitable que si se le condenaba cumpliría la condena de ser quemado. (Era la pena que a los reos de traición imponían los galos.)

<sup>4</sup> *Die constituta causæ dictionis*: En el día señalado para la defensa.

<sup>5</sup> *jus suum exequi conaretur*: se

empeñase en hacer prevalecer su derecho.

<sup>6</sup> *Helvetii, id quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant*: los helvecios persisten en llevar a cabo lo que ya tenían resuelto; a saber: salir más allá de, o atravesar sus fronteras.

<sup>7</sup> *oppida sua omnia*: todas sus plazas fuertes.

<sup>8</sup> *vicos*: aldeas.

<sup>9</sup> *domum reditionis*: de la vuelta al país.



sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent: trium mensium molita frumenta <sup>1</sup> sibi quemque domo efferre jubent. Persuadent Rauracis et Tulingis, et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio, oppidis suis vicisque exustis, una cum iis proficiscantur: Bojosque, qui trans Rhenum incoluerant, et in agrum Noricorum transierant, Norejamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum, per Sequanos angustum et difficile inter montem Juram et flumen Rhodanum, quo vix singuli carri ducerentur: mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent: alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper populo Romano pacati erant <sup>2</sup>, Rhodanus fluit, isque nonnullis locis vado transitur <sup>3</sup>. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Geneva <sup>4</sup>: ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant, vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt <sup>5</sup>, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant: is dies erat ad V. Kal. April., L. Pisone, A. Gabinio Coss.

#### CAPUT IV

*Profectio Cæsaris in ulteriorem Galliam: Helvetiorum legati ad Cæsarem missi, qui peterent ut Cæsar sineret eos per provinciam transire: Cæsar denegat.*

Cæsari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci,

<sup>1</sup> *trium mensium molita frumenta*: harina para tres meses.

<sup>2</sup> *qui nuper populo Romano pacati erant*: a quienes hacía poco había sosegado, o pacificado, el pueblo romano. (Habiéndose sublevado los aló-

brogos, los pacificó el pretor Cayo Pontinio en el consulado de Cicerón.)

<sup>3</sup> *vado transitur*: es vadeable.

<sup>4</sup> *Geneva*: Ginebra.

<sup>5</sup> *diem dicunt*: señalan o fijan el día.



et quam maximis itineribus potest <sup>1</sup>, in Galliam ulteriorem contendit et ad Genevam pervenit: provinciæ toti, quam maximum potest, militum numerum imperat <sup>2</sup>. Erat omnino <sup>3</sup> in Gallia ulteriore legio una. Pontem qui erat ad Genevam jubet rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cujus legationis Numejus et Veroductius principem locum obtinebant, qui dicerent: «Sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum; rogare, ut ejus voluntate id sibi facere liceat.» Cæsar, quod memoria tenebat, L. Cassium consulem occisum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulsum et sub jugum missum, concedendum non putabat; neque homines inimico animo, data facultate, per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria et maleficio existimabat: tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites quos imperaverat, convenirent, legatis respondit «diem <sup>4</sup> se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent ad idus April., reverterentur». Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno qui in flumen Rhodanum influit <sup>5</sup>, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, millia pasuum decem novem, murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit <sup>6</sup>; eo opere perfecto, præsidia disponit, castella communit; quo facilius, si se invito transire conarentur, prohiberi possent. Ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit, et legati ad

<sup>1</sup> *quam maximis itineribus potest*: a marchas lo más forzadas posible.

<sup>2</sup> *provinciæ toti, quam maximum potest, militum numerum imperat*: exige a toda la provincia que aliste y le entregue el mayor número posible de soldados, o impone a toda la provincia una contribución de sangre lo más grande posible.

<sup>3</sup> *omnino*: en todo, o entre todas las tropas.

<sup>4</sup> *diem*: un plazo.

<sup>5</sup> *in flumen Rhodanum influit*: desagua en el Ródano.

<sup>6</sup> *millia passuum decem novem, murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit*: en una extensión de diez y nueve mil pasos construye un foso y levanta un muro de diez y seis pies de altura (el muro), y de profundidad (el foso). Nótese bien la expresión *murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit*, que indudablemente indica que César construyó un muro y un foso de diez y seis pies de alto el muro, y diez y seis pies de profundidad el foso.



eum reverterunt, negat, «se more et exemplo pop. Rom. posse iter ulli per provinciam dare; et, si vim facere conentur, prohibiturum ostendit»<sup>1</sup>.

## CAPUT V

*Legati ad Dumnorigem, ut facilius impetretur iter per Sequanos: ex utraque parte obsides dati.*

Helvetii ea spe dejecti<sup>2</sup>, navibus junctis, ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdium, sæpius noctu, si perrumpere possent, conati<sup>3</sup>, operis munitione, et militum concursu et telis repulsi, hoc conatu destiterunt. Relinquebatur una per Sequanus via, qua, Sequanis invitis, propter angustias ire non poterant. Iis cum sua sponte<sup>4</sup> persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Æduum mittunt, ut, eo deprecatore<sup>5</sup>, a Sequanis hoc impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat, et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat<sup>6</sup>, et quam plurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Itaque rem suscipit, et a Sequanis impetrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur; obsidesque uti inter sese dent, perficit; Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant, Helvetii, ut sine maleficio et injuria transeant<sup>7</sup>.

<sup>1</sup> *et, si vim facere conentur, prohibiturum ostendit*: y les hace ver que si se empeñaban en pasar por fuerza, él se lo impediría.

<sup>2</sup> *ea spe dejecti*: habiendo perdido aquella esperanza.

<sup>3</sup> *si perrumpere possent, conati*: intentando, o probando, si era posible el paso. (Aquí si tiene sentido dubitativo, y equivale a *an.*)

<sup>4</sup> *sua sponte*: por su sola influencia.

<sup>5</sup> *eo deprecatore*: por su mediación, o a ruego suyo.

<sup>6</sup> *novis rebus studebat*: era amigo de novedades o disturbios.

<sup>7</sup> *ut sine maleficio et injuria transeant*: que pasen sin hacer daño ni desafuero.



CAPUT VI

*Cæsar præficit T. Labienum legatum munitioni; inde in Italiam contendit, porro in Galliam ulteriorem, cujus exercitus itinere prohibetur.*

Cæsari renuntiatur Helvetiis esse in animo <sup>1</sup>, per agrum Sequanorum et Æduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt; quæ civitas est in provincia <sup>2</sup>: id si fieret, intelligebat magno cum provinciæ periculo futurum, ut homines bellicosos, populi Rom. inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum præfecit. Ipse in Italiam <sup>3</sup> magnis itineribus contendit; duasque ibi legiones conscribit <sup>4</sup>; et tres quæ circum Aquilejam hiemabant ex hibernis educit, et qua proximum erat iter per Alpes in ulteriorem Galliam cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones, et Garoceli, et Caturiges, locis superioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his præliis pulsus <sup>5</sup>, ab Ocelo, quod est ceterioris provinciæ extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciæ die septimo pervenit: inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus, in Segusianos exercitum ducit: hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

<sup>1</sup> *Helvetiis esse in animo*: que los helvecios tenían resuelto.

<sup>2</sup> *quæ civitas (Tolosates) est in provincia*: pueblo que (los tolosates) está comprendido en la provincia.

<sup>3</sup> *in Italiam*: a la Italia septentrional o Galia Cisalpina.

<sup>4</sup> *conscribit*: alista o recluta.

<sup>5</sup> *Compluribus his præliis pulsus*: Rechazados éstos en continuos combates. (Aquí *his* equivale a *Centronibus, Garocelis et Caturigibus*, que eran los pueblos de los Alpes que disputaban el paso a César.)



## CAPUT VII

*Æduorum ager ab Helvetiis depopulatur: Æduorum legati auxilium petunt a Cæsare, ad quem Allobroges confugiunt.*

Helvetii jam per angustias et fines Sequanorum suas copias transduxerant, et in Æduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur. Ædui, cum se suaque ab his defendere non possent, legatos ad Cæsarem mittunt, rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut <sup>1</sup> pæne in conspectu exercitus nostri, agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore, quo Ædui, Ambarri <sup>2</sup> quoque necessarii et consanguinei Æduorum, Cæsarem certio-rem faciunt, sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere: item Allobroges, qui trans Rhodanum vicis possessionesque habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt, et demonstrant, sibi præter agri solum, nihil esse reliqui.

## CAPUT VIII

*Describitur fluvius Arar: Cæsar eos aggreditur, qui nondum flumem transierant; ex quibus alios occidit, alii fugiunt. Helvetice divisio in quatuor pagos.*

Quibus rebus adductus Cæsar, non exspectandum sibi statuit, dum, omnibus fortunis sociorum consump-

<sup>1</sup> ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ul...: que en todas las épocas habían merecido del pueblo romano tal estimación o afecto, que...

<sup>2</sup> Ambarri. Pueblo de la Galia que habitó el territorio situado entre los eduos y alóbroges. Otros leen en este pasaje *Eodem tempore Ædui Am-*

*barri, necessarii, etc.*, y suponen que estos *Ædui Ambarri* son el mismo pueblo que en otros pasajes se llama simplemente *Ambarri*. La circunstancia de ser éstos *Ambarri*, según afirma César, *necessarii et consanguinei Æduorum*, hace preferir la lección e interpretación consignadas en el texto.



tis, in Santones Helvetii pervenirent. Flumen est Arar<sup>1</sup>, quod per fines Æduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut<sup>2</sup> oculis, in utram partem fluat, judicari non possit: id Helvetii ratibus ac lintribus junctis transibant. Ubi per exploratores Cæsar certior factus est, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse<sup>3</sup>, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse<sup>4</sup>, de tertia vigilia<sup>5</sup> cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit<sup>6</sup>, quæ nondum flumen transierat. Eos impeditos<sup>7</sup> et inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit: reliqui sese fugæ mandarunt, atque in proximas silvas abdiderunt. Is pagus appellatur Tigurinus: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est. Hic pagus unus cum domo exisset, patrum nostrorum memoria<sup>8</sup>, L. Cassium Consulem interfece- rat, et ejus exercitum sub jugum miserat. Ita sive casu, sive consilio Deorum immortalium, quæ pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem pop. Rom. intulerat, ea princeps pœnas persolvit: qua in re Cæsar non solum publicas, sed etiam privatas injurias ultus est, quod ejus soceri L. Pisonis avum L. Pisonem legatum Tigurini eodem prælio, quo Cassium, interfe- cerant.

<sup>1</sup> *Arar*: el río Saona.

<sup>2</sup> El orden es: *influit in Rhodanum lenitate ita incredibili, ut, etc.*

<sup>3</sup> *tres jam copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse*. Nótese aquí que de los dos acusativos *partes* y *flumen*, el primero depende del sentido transitivo del verbo *transduxisse*, y el segundo del sentido de tendencia expresado por la partícula *trans*; de suerte que es lo mismo que si dijera: *Helvetios duxisse jam tres partes copiarum trans flumen id*.

<sup>4</sup> *reliquam esse*: había quedado.

<sup>5</sup> *de tertia vigilia*: entrada ya la tercera vigilia, o sea entre doce y tres de la noche. La noche era para

los romanos la parte del día comprendida entre las seis de la tarde y las seis de la mañana; y dividían esta mitad del día en partes de a tres horas, que llamaban vigilias; las vigilias eran cuatro, por consiguiente: la primera, de seis a nueve de la noche; la segunda, de nueve a doce; la tercera, de doce a tres, y de tres a seis de la mañana la cuarta.

<sup>6</sup> *ad eam partem pervenit*: llegó adonde estaba esa cuarta parte (del pueblo helvecio).

<sup>7</sup> *impeditos*: imposibilitados de defenderse.

<sup>8</sup> *patrum nostrorum memoria*: en tiempo de nuestros antepasados.



CAPUT IX

*Pons in Arare jussu Cæsaris fit, ad quem legati Helvetiorum missi: Cæsaris responsio ad legatos: Helvetiorum mos circa obsides.*

Hoc prælio facto <sup>1</sup>, reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat, atque ita exercitum transducit. Helvetii, repentino ejus adventu commoti, cum id quod ipsi diebus viginti ægerrime confecerant, ut flumen transirent, illum uno die fecisse intelligerent, legatos ad eum mittunt, cujus legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano <sup>2</sup> dux Helvetiorum fuerat. Is ita cum Cæsare egit <sup>3</sup>: «Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Cæsar constituisset, atque esse voluisset. Sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani, et pristinæ virtutis Helvetiorum; quod improvise unum pagum adortus esset, cum ii qui flumen transiissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suæ magnopere virtuti tribueret, aut ipsos despiceret <sup>4</sup>: se ita a patribus majoribusque suis didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent, aut insidiis niterentur; quare nec committeret, ut <sup>5</sup> is locus ubi constitissent, ex calamitate pop. Rom. et internectione exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet <sup>6</sup>. His Cæsar ita respondit: «Eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemorassent, memoria teneret,

<sup>1</sup> *Hoc prælio facto*: Después de refida esta batalla.

<sup>2</sup> *bello Cassiano*: durante la guerra en que pereció el cónsul Casio.

<sup>3</sup> *Is ita cum Cæsare egit*: Este se expresó así con César.

<sup>4</sup> *quod improvise unum pagum adortus esset... ne ob eam rem aut suæ magnopere virtuti tribueret, aut ipsos despiceret*: que no por haber acome-

tido por sorpresa a uno solo de los cantones... debía considerar aquel triunfo como resultado de su valor, ni despreciarlos a ellos.

<sup>5</sup> *quare nec committeret, ut...*: y que por tanto no diese motivo para que...

<sup>6</sup> *aut memoriam proderet*: o perpetuase el recuerdo (de la derrota del pueblo romano).



atque eo gravius ferre, quo minus merito populi Romani accidissent: qui si alicujus injuriæ sibi conscius fuisset, non fuisset difficile cavere: sed eo deceptum, quod neque commissum a se intelligeret, quare timeret, neque sine causa timendum putaret. Quod si <sup>1</sup> veteris contumeliæ oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum, quod eo invito <sup>2</sup>, iter per provinciam per vim tentassent, quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posset? Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur, quodque se tam impune tulisse injurias admirarentur, eodem pertinere <sup>3</sup>. Consuesse enim Deos immortales, quo <sup>4</sup> gravius homines ex commutatione rerum <sup>5</sup> doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, et diuturniorem impunitatem concedere. Cum ea ita sint, tamen si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quæ polliceantur facturos intelligat, et si Æduis de injuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum his pacem esse facturum. Divico respondit: «Ita Helvetios a majoribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consueverint: ejus rei pop. Rom. esse testem.» Hoc responso dato discessit.

## CAPUT X

*Utrinque castra moventur: praelium cum Helvetiis committitur.*

Postero die castra ex eo loco movent: idem Cæsar facit, equitatumque omnem ad numerum quatuor millium <sup>6</sup> quem ex omni provincia, et Æduis atque eorum

<sup>1</sup> *Quod si*: Y dado caso que.

<sup>2</sup> *eo invito*: contra la voluntad de Cæsar.

<sup>3</sup> *eodem pertinere*: contribuía a lo mismo; es decir, a que Cæsar no olvidara con tanta facilidad las injurias

pasadas y las presentes.

<sup>4</sup> *quo*: para que.

<sup>5</sup> *ex commutatione rerum*: por las mudanzas de la fortuna.

<sup>6</sup> *ad numerum quatuor millium*: como unos cuatro mil hombres.



sociis coactum habebat, præmittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant: qui cupidius novissimum agmen insecuti, alieno loco <sup>1</sup> cum equitatu Helvetiorum prælium committunt, et pauci de nostris cadunt; quo prælio sublatis <sup>2</sup> Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex novissimo agmine, prælio nostros lacescere cœperunt. Cæsar suos a prælio continebat <sup>3</sup>, ac satis habebat in præsentia <sup>4</sup> hostem rapinis populationibusque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque, aut senis millibus passuum interesset.

## CAPUT XI

*Cæsar frumentam sibi promissum ab Æduis poscit: hi dari differunt. Cæsar Æduorum principes incusat: Liscus Cæsari aperit quod diu tacuerat; Cæsar dimisso concilio, Liscum retinet: accusatur Dumnorix.*

Interim quotidie Cæsar Æduos frumentum, quod essent publice <sup>5</sup> polliciti, flagitare <sup>6</sup>; nam propter frigora, quod Gallia sub Septentrionibus <sup>7</sup>, ut ante dictum est, posita est, non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat: eo autem frumento, quod flumine Arare navibus subvexerat, propterea minus uti poterat, quod iter ab Arari Helvetii averterant, a quibus discedere volebat. Diem ex die ducere Ædum <sup>8</sup>, conferri, comportari,

<sup>1</sup> *alieno loco*: en sitio desventajoso.

<sup>2</sup> *sublati*: envalentonados.

<sup>3</sup> *suos a prælio continebat*: reprimía a los suyos para que no se lanzasen al combate.

<sup>4</sup> *in præsentia*: por el momento.

<sup>5</sup> *publice*: solemnemente.

<sup>6</sup> *flagitare*: pedía. Es infinitivo histórico, que equivale al imperfecto de

indicativo.

<sup>7</sup> *sub Septentrionibus posita est*: está situada al Norte.

<sup>8</sup> *Diem ex die ducere Ædum*: Los eduos diferían o alargaban de día en día, o entretenían a César dando largas. (Aquí también *ducere*, lo mismo que *dicere*, son infinitivos históricos.)



adesse dicere. Ubi se diutius duci<sup>1</sup> intellexit Cæsar, et diem instare, quo die frumentum militibus metiri<sup>2</sup> oporteret; convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Divitiaco et Lisco, qui summo magistratui præerant (quem Vergobretum appellant Ædúi, qui creatur annuus, et vitæ necisque in suos habet potestatem), graviter eos accusat, quod, cum neque emi, neque ex agris sumi posset, tam necessario tempore<sup>3</sup>, tam propinquis hostibus, ab iis non sublevetur, præsertim cum magna ex parte, eorum precibus adductus bellum susceperit, multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur. Tum demum Liscus oratione Cæsaris adductus, quod antea tacuerat, proponit<sup>4</sup>: «Esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus possint, quam ipsi magistratus: hos seditiosa atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant: quod præstare dicant, si jam principatum Galliæ obtinere non possent, Gallorum quam Romanorum imperia perferre: neque dubitare debeant, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Æduis libertatem sint erepturi; ab iisdem nostra consilia, quæque in castris gerantur, hostibus enuntiari: hos a se coerceri non posse: quin etiam<sup>5</sup>, quod necessariam rem<sup>6</sup> coactus Cæsari enuntiarit, intelligere sese quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quamdiu potuerit, tacuisse.»

Cæsar, hac oratione Lisci, Dumnorigem, Divitiaci fratrem, designari sentiebat<sup>7</sup>: sed quod pluribus præsentibus eas res jactari<sup>8</sup> nolebat, celeriter concilium dimittit; Liscum retinet; quærit ex solo<sup>9</sup> ea quæ in con-

<sup>1</sup> *se diutius duci*: que le llevaban engañado con palabras.

<sup>2</sup> *frumentum militibus metiri oporteret*: había necesidad de racionar los soldados.

<sup>3</sup> *tam necessario tempore*: en situación tan difícil, o cuando tanto lo necesitaba.

<sup>4</sup> *quod antea tacuerat, proponit*: descubrió lo que antes, o hasta entonces, había ocultado.

<sup>5</sup> *quin etiam*: más todavía.

<sup>6</sup> *rem necessariam*: un hecho inevitable, o que él (Lisco) no podía remediar o impedir.

<sup>7</sup> *Dumnorigem... designari sentiebat*: comprendía que era aludido, o se aludía a Dumnorige.

<sup>8</sup> *eas res jactari*: que tales asuntos se tratasen.

<sup>9</sup> *quærit ex solo*: le pregunta a solas.



ventu dixerat: dicit liberius atque audacius; eadem secreto ab aliis quærit: reperit esse vera; ipsum esse Dumnorigem summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum novarum rerum, complures annos portoria, reliquaque omnia Æduorum vectigalia, parvo pretio redempta habere<sup>1</sup>, propterea quod, illo licente, contra licere audeat nemo. His rebus et suam rem familiarem auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse; magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere; neque solum domi<sup>2</sup>, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse; atque hujus potentiae causa<sup>3</sup> matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse; ipsum ex Helvetiis uxorem habere; sororem ex matre, et propinquas suas, nuptum in alias civitates collocasse; favere et cupere Helvetiis propter eam affinitatem; odisse etiam suo nomine<sup>4</sup> Cæsarem, et Romanos, quod eorum adventu potentia ejus imminuta, et Divitiacus frater in antiquum locum gratiæ et honoris sit restitutus; si quid accidat Romanis<sup>5</sup>, summam in spem regni per Helvetios obtinendi venire<sup>6</sup>; imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratiam desperare. Reperiebat etiam Cæsar, inquirendo, quod initium fugæ prælii equestris adversi paucis ante diebus a Dumnorige atque ejus equitibus factum esset: (nam equitatui, quem auxilio Cæsari Ædúi miserant, Dumnorix præerat): eorumque fuga reliquum esse equitatum perterritum.

<sup>1</sup> *portoria, reliquaque omnia Æduorum vectigalia, parvo pretio redempta habere*: que tenía arrendados por una cantidad insignificante los derechos de puertas y demás tributos de los eduos.

<sup>2</sup> *domi*: en su país.

<sup>3</sup> *atque hujus potentiae causa*: y que para conservar este poder.

<sup>4</sup> *suo nomine*: por ser quien era,

por ser César.

<sup>5</sup> *si quid (adversi) accidat Romanis*: y que si los romanos sufrieran algún fracaso.

<sup>6</sup> *summam in spem regni per Helvetios obtinendi venire*: comenzaba a concebir fundadas esperanzas de llegar a reinar con la ayuda de los helvecios.



## CAPUT XII

*Cæsar animadversionem in Dumnorigem curat: ad se ejus fratrem Divitiacum vocat, cujus precibus injurias ab ipsius fratre Reipubl. illatas condonat: custoditur Dumnorix.*

Quibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissimæ res accederent<sup>1</sup>, quod per fines Sequanorum Helvetios transduxisset; quod obsides inter eos dandos curasset; quod ea omnia non modo injussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis, fecisset; quod a Magistratu Æduorum accusaretur; satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret<sup>2</sup>, aut civitatem animadvertere juberet. His omnibus rebus unum repugnabat, quod Divitiaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam fidem, justitiam, temperantiam cognoverat; nam ne ejus supplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur<sup>3</sup>. Itaque prius quam quidquam conaretur, Divitiacum ad se vocari jubet; et quotidianis interpretibus<sup>4</sup> remotis, per C. Valerium Procillum, principem Galliæ provinciæ, familiarem suum, cui summam rerum omnium fidem habebat<sup>5</sup>, cum eo colloquitur: simul commonefacit, quæ ipso præsentem in concilio Gallorum de Dumnorige sunt dicta, et ostendit quæ separatim quisque apud se dixerit; petit atque hortatur, ut sine ejus offensione animi vel ipse de eo, causa cognita, statuatur<sup>6</sup>, vel civitatem statuere jubeat.

Divitiacus multis cum lacrymis<sup>7</sup> Cæsarem comple-

<sup>1</sup> *cum ad has suspiciones certissimæ res accederent*: puesto que hechos innegables confirmaban estas sospechas.

<sup>2</sup> *quare in eum aut ipse animadverteret*: para que él le castigase.

<sup>3</sup> *ne... Divitiaci animum offenderet, verebatur*: temía ofender a Divitiaco.

<sup>4</sup> *quotidianis interpretibus*: los in-

terpretes de que usaba constantemente.

<sup>5</sup> *cui summam fidem rerum omnium habebat*: en quien tenía absoluta confianza para todo.

<sup>6</sup> *vel ipse de eo... statuatur*: que o él (César)... decida lo que deba hacerse con Dumnorige.

<sup>7</sup> *multis cum lacrymis*: anegado en lágrimas.



xus obsecrare cœpit «ne quid gravius in fratrem statueret; scire se illa esse vera; nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere; propterea quod cum ipse gratia plurimum <sup>1</sup> domi atque in reliqua Gallia, ille minimum <sup>2</sup> propter adolescentiam posset, per se crevisset; quibus opibus ac nervis <sup>3</sup> non solum ad minuendam gratiam, sed pœne ad perniciem suam uteretur; sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi commoveri; quod si quid ei a Cæsare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret <sup>4</sup>, neminem existimarum non sua voluntate factum, qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se averterentur». Hæc cum pluribus verbis flens a Cæsare peteret, Cæsar ejus dextramprehendit; consolatus rogat finem orandi faciat; tanti ejus apud se gratiam esse ostendit, ut et reip. injuriam et suum dolorem ejus voluntate ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet: quæ in eo reprehendat ostendit; quæ ipse intelligat, quæ civitas queratur, proponit; monet ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; præterita se Divitiaco fratri condonare dicit <sup>5</sup>. Dumnorigi custodes ponit, ut, quæ agat, quibuscum loquatur scire possit.

### CAPUT XIII

*T. Labienus legatus montem, sub quem hostes consederant, jussus ascendere; quo inde Cæsar contendit.*

Eodem die ab exploratoribus certior factus, hostes sub montem consedissee, millia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura montis, et qualis in circuitu adscensus <sup>6</sup>, qui cognoscerent missit. Renuntia-

<sup>1</sup> plurimum: mucho.

<sup>2</sup> minimum: muy poco.

<sup>3</sup> quibus opibus ac nervis... uteretur: y que de esta influencia y poder se había valido.

<sup>4</sup> cum ipse eum locum apud eum teneret: siendo él tan amigo de César.

<sup>5</sup> præterita se Divitiaco fratri condonare dicit: dice que perdona lo pasado por consideración a su hermano Diviciaco.

<sup>6</sup> qualis in circuitu adscensus: que tal era la subida en todo su alrededor.



tum est facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum legatum proprætore <sup>1</sup> cum duabus legionibus, et iisdem ducibus, qui iter cognoverant, summum jugum montis ascendere jubet: quid sui consilii sit <sup>2</sup>, ostendit, ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatumque omnem ante mittit. P. Considius qui rei militaris peritissimus habebatur, et in exercitu L. Syllæ et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus præmittitur.

#### CAPUT XIV

*Considius perterritus Cæsari nuntiat montem ab hostibus teneri; Cæsar aciem instruit: Labienus Cæsarem exspectat: interim hostes castra movent.*

Prima luce <sup>3</sup>, cum summus mons <sup>4</sup>, a T. Labieno teneretur, ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset, neque ut postea ex captivis comperit, aut ipsius adventus aut Labieni cognitus esset, Considius equo admisso <sup>5</sup> ad eum accurrit; dicit montem quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri; id se a Gallicis armis atque insignibus <sup>6</sup> cognovisse. Cæsar suas copias in proximum collem subducit; aciem instruit. Labienus, ut erat ei præceptum a Cæsare, ne prælium committeret, nisi ipsius copiæ prope hostium castra visæ essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros, exspectabat, prælioque abstinebat. Multo denique die <sup>7</sup> per exploratores cognovit, et montem a suis teneri, et Helvetios castra movisse, et Considium timore perterritum, quod non vidisset pro viso sibi renuntiasse.

<sup>1</sup> *legatum proprætore*: primer lugarteniente, o su segundo.

<sup>2</sup> *quid sui consilii sit*: cuál es su propósito o plan.

<sup>3</sup> *Prima luce*: Al amanecer.

<sup>4</sup> *summus mons*: la cima del monte.

<sup>5</sup> *equo admisso*: a galope tendido.

<sup>6</sup> *insignibus*: las insignias o adornos.

<sup>7</sup> *Multo denique die*: Por fin, ya muy entrado el día.



CAPUT XV

*Cæsar hostes sequitur: postridie causa rei frumentariæ Bibracte contendit: quo cognito hostes Cæsarem insequuntur, qui acie instructa prælium committit. Hostes perfracta phalange se in vicinum montem recipiunt, qui inde Bojorum et Tulingorum auxilio prælium redintegrant: iterum pedem referunt: tandem Cæsar castris potitur.*

Eo die, quo consuerat intervallo, hostes sequitur, et millia passuum tria ab eorum castris castra ponit. Postridie ejus diei, quod omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret, et quod a Bibracte, oppido Æduorum longe maximo ac copiosissimo, non amplius millibus passuum decem et octo aberat, rei frumentariæ prospiciendum existimavit <sup>1</sup>, et iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitivos <sup>2</sup> L. Æmilii decurionis equitum Gallorum <sup>3</sup>, hostibus nuntiatur.

Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis quod pridie, superioribus locis occupatis, prælium non commisissent, sive eo quod re frumentaria intercludi posse confiderent, commutato consilio atque itinere converso <sup>4</sup>, nostros a novissimo agmine <sup>5</sup> insequi ac lacessere cœperunt. Postquam id animadvertit <sup>6</sup>, copias suas Cæsar in proximum collem subducit, equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit <sup>7</sup> legionum quatuor vetera-

<sup>1</sup> *rei frumentariæ prospiciendum existimavit*: creyó que debía procurar resolver la cuestión de viveres.

<sup>2</sup> *per fugitivos*: por los desertores.

<sup>3</sup> *decurionis equitum Gallorum*: decurión de la caballería de los galos. (Llamábase decurión en un principio al jefe de diez soldados de caballería; más adelante se llamó así también al jefe de una turma o escuadrón.)

<sup>4</sup> *commutato consilio atque itinere converso*: cambiando de plan y volviendo sobre sus pasos.

<sup>5</sup> *a novissimo agmine*: por la retaguardia.

<sup>6</sup> Otros leen: *id animum advertit*.

<sup>7</sup> *triplicem aciem instruxit*: formó el ejército en tres cuerpos, o en tres filas, de batalla.



norum, ita uti supra se in summo jugo, duas legiones quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia <sup>1</sup> collocaret, ac totum montem hominibus compleret. Interea sarcinas in unum locum conferri, et eum, ab iis qui in superiore acie constiterant, muniri jussit.

Helvetii cum omnibus suis carris secuti, impedimenta <sup>2</sup> in unum locum contulerunt; ipsi confertissima acie, rejecto nostro equitatu, phalange facta <sup>3</sup> sub primam nostram aciem <sup>4</sup> successerunt. Cæsar primum suo, deinde omnium e conspectu remotis equis, ut, æquato omnium periculo spem fugæ tolleret, cohortatus suos prælium commisit. Milites, e loco superiore pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt: ea disjecta, gladiis districtis in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et colligatis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere, neque sinistra impedita, satis commode pugnare poterant; multi ut diu jactato brachio, præoptarent scutum manu emittere <sup>5</sup>, et nudo corpore pugnare <sup>6</sup>. Tandem vulneribus defessi, et pedem referre, et, quod mons suberat circiter mille passuum, eo se recipere cœperunt. Capto monte et succedentibus nostris, Boji et Tulingi qui hominum millibus circiter quindecim agmen hostium claudebant, et novissimis præsidio erant <sup>7</sup>, ex itinere nostros latere aperto <sup>8</sup> aggressi, circumveniri, et id

<sup>1</sup> *auxilia*: tropas auxiliares (que unas veces eran aprontadas y mandadas por jefes de pueblos aliados de Roma, y otras se reclutaban en el mismo país en que se hacía la guerra).

<sup>2</sup> *impedimenta*: la impedimenta o bagaje.

<sup>3</sup> Al formar la falange se apretaban de tal suerte las filas de los soldados que, poniendo sobre sus cabezas los escudos, quedaban éstos apiñados de modo que parte de un escudo descansaba en otro, formando el conjunto una especie de tejado.

<sup>4</sup> *primam nostram aciem*: a la pri-

mera línea de combate (que en la *acies triplex* era la más fuerte, puesto que en ella formaban cuatro cohortes de las diez que componían la legión. En la *secunda* y *tertia acies* formaban tres cohortes en cada una).

<sup>5</sup> *scutum manu emittere*: soltar el escudo.

<sup>6</sup> *nudo corpore pugnare*: luchar a cuerpo descubierto.

<sup>7</sup> *agmen hostium claudebant, et novissimis præsidio erant*: cerraban la marcha y cubrían la retaguardia del ejército enemigo.

<sup>8</sup> *latere aperto*: por el flanco descubierto.



conspicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et prælium redintegrare cœperunt. Romani conversa signa bipartito intulerunt <sup>1</sup>: prima ac secunda acies, ut victis ac submotis resisteret: tertia, ut venientes sustineret: ita, ancipiti prælio <sup>2</sup>, diu atque acriter pugnatum est. Diutius cum nostrorum impetum sustinere non possent, alteri se, ut cœperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt: nam hoc toto prælio, cum ab hora septima <sup>3</sup> ad vesperam pugnatum sit, aversum hostem videre nemo potuit <sup>4</sup>: ad multam noctem <sup>5</sup> etiam ad impedimenta pugnatum est: propterea quod pro vallo carros objecerant, et e loco superiore in nostros venientes tela conjiciebant, et nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant, nostrosque vulnerabant. Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est. Ex eo prælio circiter millia hominum centum triginta superfuerunt, eaque tota nocte continenter ierunt, nullam partem noctis itinere intermisso, in fines Lingonum die quarto pervenerunt, cum et propter vulnera militum, et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati, eos sequi non potuissent.

<sup>1</sup> *conversa signa bipartito intulerunt*: haciendo una evolución, atacaron, dividiéndose en dos cuerpos de batalla, formado el primero, como luego indica César, por la *prima* y *secunda acies*, y por la *tertia* el segundo.  
<sup>2</sup> *ancipiti prælio*: sosteniendo dos batallas al mismo tiempo. (Así se desprende del texto, que no permite

interpretar aquí, como en otros pasajes, con *dudosa fortuna*.)

<sup>3</sup> *ab hora septima*: desde la una de la tarde.

<sup>4</sup> *aversum hostem videre nemo potuit*: nadie pudo ver al enemigo volver la espalda.

<sup>5</sup> *ad multam noctem*: muy entrada la noche.



CAPUT XVI

*Cæsaris litteræ ad Lingones, ne Helvetios juvent: Helvetiorum legati ad Cæsarem acturi de deditio: multorum fuga ex castris eorumque reductio: Helvetii et alii revertuntur unde erant profecti: Boji in partem juris Æduorum adsciscuntur: tabulæ in castris reperiæ indicantes numerum hostium, qui domo exierant.*

Cæsar ad Lingones litteras nuntiosque misit, ne eos frumento, neve alia re juvarent; qui si juvissent<sup>1</sup>, se eodem loco illos quo Helvetios habiturum<sup>2</sup>. Ipse tri-duo intermisso, cum omnibus copiis eos sequi cœpit. Helvetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditio<sup>3</sup> ad eum miserunt: qui cum eum in itinere convenissent, seque ad pedes projecissent, suppliciterque locuti, flentes pacem petiissent, atque eos in loco, quo tum essent, suum adventum spectare jussisset, paruerunt. Eo postquam Cæsar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent<sup>4</sup>, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa, circiter hominum millia ex ejus pagi, qui Urbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne, armis traditis, supplicio afficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tanta multitudine deditiorum suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent, vigilia prima noctis<sup>5</sup> ex castris Helvetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt. Quod ubi Cæsar rescivit, quorum per fines ierant, his uti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent<sup>6</sup>, imperavit; reduc-

<sup>1</sup> *qui si juvissent*: y que si ellos los auxiliaban.

<sup>2</sup> *se eodem loco quo Helvetios habiturum*: los consideraría tan enemigos suyos como los helvecios.

<sup>3</sup> *legatos de deditio*: comisionados para tratar de la rendición.

<sup>4</sup> *qui ad eos perfugissent*: que se habían pasado a ellos.

<sup>5</sup> *vigilia prima noctis*: entre seis y nueve de la noche.

<sup>6</sup> *si sibi purgati esse vellent*: si querían reconciliarse, o congraciarse, con él.



tos in hostium numero habuit<sup>1</sup>; reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugiis traditis, in deditionem accepit: Helvetios, Tullingos, Latobrigos in fines suos unde erant profecti, reverti jussit, et quod omnibus frugibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent<sup>2</sup>, ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere<sup>3</sup> jussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare<sup>4</sup>: ne propter bonitatem agrorum, Germani qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Helvetiorum fines transirent, et finitimi Galliæ provinciæ Allobrogibusque essent. Bojos, petentibus Æduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit: quibus illi agros dederunt, eosque postea in parem juris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, acceperunt. In castris Helvetiorum tabulæ repertæ sunt litteris græcis confectæ<sup>5</sup> et ad Cæsarem perlatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exiissent eorum, qui arma ferre possent; et item separatim pueri, senes mulieresque. Quarum omnium rerum summa erat, capitum Helvetiorum millia CCLXIII. Tulingorum millia XXXVI. Latobrigorum XIV. Rauracorum XXIII. Bojorum XXXII: ex his qui arma ferre possent ad milia XCII: summa omnium fuerat ad<sup>6</sup> millia CCCLXVIII. Eorum qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar imperaverat, repertus est numerus millium centum et decem.

<sup>1</sup> *in numero hostium habuit*: consideró como enemigos.

<sup>2</sup> *ut his frumenti copiam facerent*: que les suministraran víveres.

<sup>3</sup> *restituere*: volver a levantar.

<sup>4</sup> *vacare*: que quedara desierto.

<sup>5</sup> *tabulæ litteris græcis confectæ*: listas escritas en caracteres griegos.

<sup>6</sup> *summa omnium fuerat ad...*: el total llegaba a...



CAPUT XVII

*Galliæ legati Cæsari gratulantur, eorumque petitiones: oratio Divitiaci Ædui: promissio Cæsaris ad Gallos, et ejusdem legati ad Ariovistum: hujus responsio.*

Bello Helvetiorum confecto, totius fere Galliæ legati, principes civitatum, ad Cæsarem gratulatum convenerunt: intelligere sesse, tametsi pro veteribus Helvetiorum injuriis <sup>1</sup>, populus Romanus ab his pœnas bello repetiisset, tamen eam rem, non minus ex usu terræ Galliæ <sup>2</sup>, quam populi Romani accidisse: propterea quod eo consilio <sup>3</sup>, florentissimis rebus, domos suas Helvetii reliquiissent, ut toti Galliæ bellum inferrent, imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum, ac fructuosissimum judicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. Petierunt, ut sibi concilium totius Galliæ in diem certam indicere, idque Cæsaris voluntate facere, liceret <sup>4</sup>; sese habere quasdam res, quas e communi consensu ab eo petere vel-  
lent. Ea re permissa, diem concilio constituerunt, et jurejurando, ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt <sup>5</sup>. Eo concilio dimisso, iidem principes civitatum, qui ante fuerant, ad Cæsarem reverterunt, petieruntque uti sibi secreto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes flentes Cæsaris ad pedes projecerunt: «Non minus se id contendere, et laborare, ne ea, quæ dixissent, enuntiarentur, quam uti ea quæ vellent impetrarent; propterea quod, si enunciatum esset, summum se in cruciatum venturos vide-

<sup>1</sup> *pro veteribus Helvetiorum injuriis*: por las ofensas que en pasados tiempos habían inferido los helvecios al pueblo romano.

<sup>2</sup> *ex usu terræ Galliæ*: en beneficio de la Galia.

<sup>3</sup> *eo consilio... ut...*: con el propó-

sito de...

<sup>4</sup> *idque Cæsaris voluntate facere, liceret*: y que se celebrara esta junta con consentimiento de César.

<sup>5</sup> *et jurejurando... inter se sanxerunt*: se comprometieron por juramento.



rent<sup>1</sup>. Loquutus est pro his Divitiacus Æduus: «Galliæ totius factiones esse duas, harum alterius principatum tenere Æduos<sup>2</sup>, alterius Arvernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur: horum primo circiter millia XV Rhenum transiisse: postea quam agros, et cultum, et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent<sup>3</sup>, transductos plures: nunc esse in Gallia ad C et XX millium numerum: cum his Æduos eorumque clientes<sup>4</sup> semel atque iterum<sup>5</sup> armis contendisse, magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse: quibus præliis calamitatibusque fractos<sup>6</sup>, qui et sua virtute et populi Romani hospitio, atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis, et jurejurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium a pop. Rom. imploratuos, neque recusatuos, quominus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent: unum se esse ex omni civitate Æduorum, qui adduci non potuerit, ut juraret, aut suos liberos obsides daret, ob eam rem se ex civitate profugisse, et Romam ad Senatum venisse auxilium postulatum, quod solus neque jurejurando, neque obsidibus teneatur; sed pejus victoribus Sequanis, quam Æduis victis accidisse, propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupavisset, et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere juberet, propterea quod, paucis mensibus ante, Harudum millia hominum XXIV ad eum venis-

<sup>1</sup> *summum se in cruciatum venturos viderent*: veían que caminaban a una gran catástrofe.

<sup>2</sup> *harum alterius principatum tenere Æduos*: que los ednos eran los principales mantenedores de uno de estos dos partidos.

<sup>3</sup> *adamassent*: se habían aficionado a...

<sup>4</sup> *eorumque clientes*: y los pueblos subordinados, o sometidos, a ellos o sus tributarios.

<sup>5</sup> *semel atque iterum*: repetidas veces.

<sup>6</sup> *quibus præliis calamitatibusque fractos*: y que quebrantados con estas luchas y desastres.



sent, quibus locus ac sedes pararentur <sup>1</sup>: futurum esse paucis annis, uti omnes e Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse <sup>2</sup> Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam. Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias prælio vicerit, quod prælium factum sit Amagetobriæ <sup>3</sup>, superbe et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, et in eos omnia exempla cruciatus edere <sup>4</sup>, si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem ejus facta sit; hominem esse barbarum, iracundum, temerarium; non posse ejus imperia diutius sustineri <sup>5</sup>; nisi quid in Cæsare populoque Rom. sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent; aliud domicilium, alias sedes remotas a Germanis petant, fortunamque, quæcumque accidat, experiantur: hæc si enuntiata Ariovisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat <sup>6</sup>: Cæsarem vel auctoritate sua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine pop. Rom. deterre- re posse, ne major multitudo Germanorum Rhenum transducatur, Galliamque omnem ab Ariovisti injuria posse defendere.»

Hæc oratione a Divitiaco habita, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium a Cæsare petere cœperunt. Animadvertit Cæsar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes, capite demisso, terram intueri: ejus rei quæ causa esset, miratus ex ipsis quæsivit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permansere. Cum ab his sæpius quæreret neque ullam omnino

<sup>1</sup> *quibus locus ac sedes pararentur*: a quienes había que destinar tierras en que se estableciesen.

<sup>2</sup> *neque conferendum esse*: y que no se podía comparar.

<sup>3</sup> Sólo Cesar hace mención de esta ciudad, que otros llaman *Admagetobriga*, y cuya posición se ignora: debía, no obstante, estar próxima a

los eduos o secuanos.

<sup>4</sup> *in eos omnia exempla cruciatus edere*: que los atormentaba con todo género de castigos.

<sup>5</sup> *non posse ejus imperia diutius sustineri*: que no podía sobrellevarse por más tiempo su yugo.

<sup>6</sup> *gravissimum supplicium sumat*: que tomara terribles represalias.



vocem exprimere posset<sup>1</sup>, idem Divitiacus Æduus respondit: «Hoc esse misseriorem et graviorem fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri, nec auxilium implorare audent; absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent; propterea quod reliquis tantum fugæ facultas daretur; Sequanis vero, qui intra fines suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate ejus essent, omnes cruciatus essent perferendi.»

His rebus cognitis, Cæsar Gallorum animos verbis confirmavit: pollicitusque est, «sibi eam rem curæ futuram<sup>2</sup>: magnam se habere spem, et beneficio suo, et auctoritate adductum Ariovistum, finem injuriis facturum».

Hac oratione habita, concilium dimisit, et secundum ea multæ res eum hortabantur<sup>3</sup>, quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret: in primis, quod Æduos, fratres<sup>4</sup> consanguineosque sæpenumero ab Senatu appellatos, in servitute atque in ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obsides esse apud Ariovistum, ac Sequanos intelligebat, quod in tanto imperio pop. Rom. turpissimum sibi et reip. esse arbitrabatur. Paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, et in Galliam magnam eorum multitudinem venire, pop. Rom. periculosum videbat: neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupassent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam exirent atque inde in Italiam contenderent; præsertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret<sup>5</sup>, qui-

<sup>1</sup> *neque ullam omnino vocem exprimere posset*: y no pudiendo sacarles una palabra.

<sup>2</sup> *sibi eam rem curæ futuram (esse)*: que él se encargaría de ese asunto.

<sup>3</sup> *secundum ea multæ res eum hortabantur*: aparte de esto, o sin tener esto en cuenta, o además de esto (que había expuesto Diviciaco), había muchas razones que le aconsejaban.

<sup>4</sup> El Senado romano llamó a los eduos sus hermanos, según dice Tácito, por haber sido sus más antiguos aliados.

<sup>5</sup> *præsertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret*: teniendo sobre todo en cuenta que únicamente el Ródano separaba nuestra provincia del país de los secuanos.



bus rebus quam maturrime occurrendum putabat. Ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat <sup>1</sup>, ut ferendus non videretur. Quamobrem placuit ei <sup>2</sup>, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent ut aliquem locum medium utriusque colloquio deligeret; velle sese de reip. et summis utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus respondit: «Si quid ipsi a Cæsare opus esset <sup>3</sup>, sese ad eum venturum fuisse: si quid ille a se velit <sup>4</sup>, illum ad se venire oportere: præterea se neque sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæsar possideret, neque exercitum sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere posse; sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino pop. Rom. negotii esset» <sup>5</sup>.

## CAPUT XVIII

*Iterum ad Ariovistum Cæsaris legati cum mandatis: ejus responsio: Cæsar ad Ariovistum contendit. Nuntiatur Ariovisti profectio ad occupandum Vesontionem, quo celerrime Cæsar pervenit, ibique præsidium collocat.*

His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit: Quoniam tanto suo populique Rom. beneficio affectus <sup>6</sup>, cum in consulatu suo Rex, atque amicus a Senatu appellatus

<sup>1</sup> *tantos sibi spiritus sumpserat*: había cobrado tales alientos.

<sup>2</sup> *placuit ei*: resolvió, o le pareció bien.

<sup>3</sup> *Si quid ipsi a Cæsare opus esset*: Que si él (Ariovisto) necesitara, o esperara, algo de César.

<sup>4</sup> *si quid ille a se velit*: si César quería algo de él (Ariovisto).

<sup>5</sup> *quid in sua Gallia... aut Cæsari,*

*aut omnino pop. Rom. negotii esset*: que ni César, ni menos el pueblo romano, tuviesen que meterse para nada en los asuntos de su parte de la Gallia.

<sup>6</sup> *Quoniam tanto suo populique Rom. beneficio affectus*: Que ya que por haber sido favorecido con tan grandes beneficios por él y por el pueblo romano.



esset, hanc sibi populoque Rom. gratiam referret<sup>1</sup>, ut in colloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret; hæc esse quæ ab eo postularet: primum, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret: deinde, obsides quos haberet ab Æduis redderet, Sequanisque permetteret, ut quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret; neve Æduos injuria lacesseret, neve his sociisque eorum bellum inferret: si id ita fecisset, sibi populoque Rom. perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram; si non impetratret (quoniam M. Mesalla, M. Pisone Coss, senatus censuisset, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo reip. facere posset<sup>2</sup>, Æduos cæterosque amicos populi Romani defenderet) se Æduorum injurias non neglecturum. Ad hæc Ariovistus respondit: Jus esse belli, ut, qui vicissent, his quos vicissent, quemadmodum vel- lent, imperarent: item populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium impe- rare consuesse: si ipse pop. Rom. non præscribiret, quemadmodum suo jure uteretur, non oportere se a populo Rom. in suo jure impediri: Æduos sibi, quo- niam belli fortunam tentassent, et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos; magnam Cæ- sarem injuriam facere<sup>3</sup>, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. Æduis se obsides redditurum non esse: neque his, neque eorum sociis injuria bel- lum illaturum, si in eo manerent quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecis- sent, longe iis fraternum nomen populi Rom. abfutu- rum<sup>4</sup>. Quod sibi Cæsar denuntiaret<sup>5</sup>, se Æduorum injurias non neglecturum, neminem secum sine sua

<sup>1</sup> *hanc sibi populoque Rom. gra-  
tiam referret*: correspondía de ese  
modo a César y al pueblo romano.

<sup>2</sup> *quod commodo reip. facere posset*:  
hasta donde lo permitiese hacer el  
bien o el interés de la República.

<sup>3</sup> *vectigalia sibi deteriora faceret*:  
que le había hecho bajar el rendi-

miento de los tributos.

<sup>4</sup> *longe iis fraternum nomen populi  
Rom. abfuturum*: de poco les servi-  
ría el título de hermanos del pueblo  
romano.

<sup>5</sup> *Quod sibi Cæsar denuntiaret*: Y  
en cuanto a la amenaza que le hacía  
César de que...



pernicie contendisse: cum vellet, congregaretur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos XIV tectum non subissent, virtute possent.»

Hæc eodem tempore Cæsari mandata referebantur, et legati ab Æduis et Treviris veniebant: Ædúi questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur; sese ne obsidibus quidem datis, pacem Ariovisti redimere potuissent<sup>1</sup>: Treviri autem<sup>2</sup>, pagos centum Suevorum ad ripam Rheni consedissee, qui Rhenum transire conarentur; iis præsse Nasuam et Cimberium fratres. Quibus rebus Cæsar vehementer commotus maturandum sibi existimavit, ne, si nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese conjunxisset, minus facile resisti posset. Itaque, re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata<sup>3</sup>, magnis itineribus ad Ariovistum contendit.

Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei, Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem<sup>4</sup>, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam a suis finibus processisse. Id ne accideret magnoperè præcavendum sibi Cæsar existimabat: namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas<sup>5</sup>; idque natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Adduasdubis<sup>6</sup>, ut circino circumductum, pæne totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod non est amplius pedum sexcentorum qua flumen intermit-

<sup>1</sup> *pacem Ariovisti redimere*: comprar la paz a Ariovisto.

<sup>2</sup> *Treviri autem, sup. veniebant questum...*

<sup>3</sup> *re frumentaria comparata*: después de haber aprestado víveres.

<sup>4</sup> Ciudad de los secuanos, llamada hoy Besanzón.

<sup>5</sup> *namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas*: porque había en aquella plaza gran acopio de todo

género de pertrechos de guerra.

<sup>6</sup> Esta palabra ha sido indudablemente alterada por los distintos autores que han interpretado o anotado a César. Tolomeo y Estrabón llaman a este río *Δοῦβις* (Dubis). Isaac Vosio y algún otro leen en este pasaje de César *flumen Dubis* (río *le Dou*), que es la interpretación a que damos preferencia. Para Vosio *Adduas* es palabra de dudoso sentido, que necesita explicación.



tit <sup>1</sup>, mons continet <sup>2</sup> magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant, hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido conjungit. Huc Cæsar magnis diurnis nocturnisque itineribus contendit; occupatoque oppido, ibi præsidium collocat.

## CAPUT XIX

*Timor animos militum occupat: quare alii discessum petunt, alii conqueruntur.*

Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariæ commeatusque causa moratur, ex percunctatione nostrorum, vocibusque Gallorum <sup>3</sup> ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos incredibili virtute, atque exercitatione in armis <sup>4</sup> esse prædicabant, et sæpenumero sese cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum <sup>5</sup> ferre potuisse, tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret <sup>6</sup>. Hic primum ortus est a tribunis militum ac præfectis, reliquisque, qui ex urbe amicitiae causa Cæsarem secuti, non magnum periculum miserabantur, quod non magnum in re militari usum habebant; quorum alius, alia causa illata <sup>7</sup>, quam sibi ad proficiendum necessariam esse diceret, petebat, ut ejus voluntate discedere liceret; nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant: hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant: abditi in tabernaculis, aut suum fatum quere-

<sup>1</sup> *qua flumen intermittit*: por donde el río no corre.

<sup>2</sup> *continet*: lo ocupa.

<sup>3</sup> *ex percunctatione nostrorum, vocibusque Gallorum*: por efecto de las indagaciones de los nuestros y los relatos de los galos.

<sup>4</sup> *exercitatione in armis*: prácticos

en el manejo de las armas.

<sup>5</sup> *aciem oculorum*: la ferocidad de las miradas.

<sup>6</sup> *omnium mentes animosque perturbaret*: que trastornó el juicio y el valor de todos.

<sup>7</sup> *alius, alia causa illata*: pretextando cada cual motivos diferentes.



bantur <sup>1</sup>, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur; vulgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus, ac timore paulatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant <sup>2</sup>, milites centurionesque, quique equitatu præerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris, et magnitudinem silvarum, quæ inter eos atque Ariovistum intercederent, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset <sup>3</sup>, timere dicebant: nonnulli etiam Cæsari renuntiabant, cum castra moveri ac signa ferri <sup>4</sup> jussisset, non fore dicto audientes <sup>5</sup> milites, neque propter timorem signa laturos.

## CAPUT XX

*Cæsar concilium convocat; ejusdem oratio, qua animi militum alacres efficiuntur: Cæsari gratiæ actæ a decima legione.*

Hæc cum animadvertisset Cæsar, convocato concilio, omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus <sup>6</sup>, vehementer eos incusavit: «Primum, quod, aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi quærendum, aut cogitandum putarent. Ariovistum, se consule, cupidissime populi Rom. amicitiam appetisse: cur hunc tan temere quisquam ab

<sup>1</sup> *suum fatum querebantur*: se lamentaban de su suerte.

<sup>2</sup> *qui magnum in castris usum habebant*: que estaban avezados a la vida de campaña.

<sup>3</sup> *aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset*: o que no pudiesen transportarse fácilmente víveres.

<sup>4</sup> *signa ferri*: ponerse en marcha.

<sup>5</sup> *non fore dicto audientes*: no obedecerían la orden.

<sup>6</sup> *omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus*: y habien-

do admitido a este consejo los centuriones de todas las centurias. (La legión se dividía en diez cohortes, la cohorte en tres manipulos, el manipulo en dos órdenes o centurias, mandadas por un centurión. Estos centuriones ascendían de soldados, mientras que los tribunos debían al favor generalmente su cargo militar, y por eso César admitió a los centuriones al consejo, porque esperaba que estos veteranos responderían a sus propósitos.)



officio discessurum judicaret? Sibi quidem persuaderi, cognitis suis postulatis, atque æquitate conditionum perspecta, eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum. Quod si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? Aut cur de sua virtute, aut de ipsius diligentia desperarent? Factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria <sup>1</sup>, cum, Cimbris et Teutonis a C. Mario pulsus, non minorem laudem exercitus, quam ipse Imperator meritis esse videbatur: factum etiam nuper in Italia servili tumultu <sup>2</sup>, quos tamen aliquis usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sublevaret: ex quo judicari posset, quantum haberet in se boni constantia: propterea quod, quos aliquandiu inermes sine causa timuissent, hos postea armatos, ac victores superassent; denique hos esse eosdem Germanos, quibuscum sæpenumero Helvetii congressi, non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. Si quos adversum prælium, et fuga Gallorum commoveret, hos, si quærent, reperire posse, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Ariovistum, cum multos menses castris ac paludibus se continuisset, neque sui potestatem fecisset <sup>3</sup>, desperantes jam de pugna et dispersos subito adortum, magis ratione ac consilio <sup>4</sup>, quam virtute vicisse. Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset <sup>5</sup>, hac <sup>6</sup> ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui suum timorem in rei fru-

<sup>1</sup> *Factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria*: Que el peligro que aquel enemigo (los germanos) podía ocasionar, se había corrido o experimentado ya en tiempo de nuestros antepasados.

<sup>2</sup> Alude a la guerra que promovieron los esclavos cimbricos que Mario hizo prisioneros en la batalla de Vercelli, e intenta demostrar por este medio que también los germanos, de quienes los cimbricos eran una tribu, podían ser vencidos.

<sup>3</sup> *neque sui potestatem fecisset*: no habiendo presentado ocasión de combatir, o habiendo rehuído el combate.

<sup>4</sup> *ratione ac consilio*: con estratagemas y ardidés calculados.

<sup>5</sup> *Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset*: Y que si esta consideración podía admitirse tratándose de hombres incultos e indisciplinados.

<sup>6</sup> *hac*: atendida esa misma consideración.



mentariæ simulationem, angustiasque itinerum conferrent <sup>1</sup>, facere arroganter, cum aut de officio Imperatoris desperare <sup>2</sup>, aut ei præscribere viderentur. Hæc sibi esse curæ: frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare; jamque esse in agris frumenta matura; de itinere ipsos brevi tempore iudicatos. Quod non fore dicto audientes, neque signaturi dicantur, nihil se ea re commoveri; scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit, aut, male re gesta <sup>3</sup>, fortunam defuisse, aut, aliquo facinore comperto, avaritiam esse convictam; suam innocentiam <sup>4</sup> perpetua vita <sup>5</sup>, felicitate Helvetiorum bello esse perspectam. Itaque se quod in longiorem diem collaturus esset, repræsentaturum <sup>6</sup>, et proxima nocte de quarta vigilia castra moturum <sup>7</sup>, ut quamprimum intelligere posset utrum apud eos pudor atque officium, an timor plus valeret. Quod si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique eam prætoriam cohortem <sup>8</sup> futuram.>

Huic legioni Cæsar et indulserat præcipue, et propter virtutem confidebat maxime. Hæc oratione habita, mirum in modum conversæ sunt omnium mentes; summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est, princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset; seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. Deinde reliquæ legiones per tribunos militum et primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæsari

<sup>1</sup> *Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem, angustiasque itinerum conferrent:* Que disfrazaban su cobardía con el temor de que no se pudiesen transportar víveres y con las dificultades del camino.

<sup>2</sup> *de officio Imperatoris desperare:* que desconfiaban de que el general cumpliera con su deber.

<sup>3</sup> *aut, male re gesta:* o por mala dirección.

<sup>4</sup> *suam innocentiam... esse perspectam:* que su desinterés estaba de-

mostrado.

<sup>5</sup> *perpetua vita:* en todos los tiempos de su vida.

<sup>6</sup> *quod in longiorem diem collaturus esset, repræsentaturum:* que realizaría lo que había de diferir para más adelante.

<sup>7</sup> *castra moturum:* que levantaría el campo.

<sup>8</sup> *prætoriam cohortem:* la cohorte pretoria tenía a su cargo la guarda y defensa del general.



satisfacerent<sup>1</sup>; se neque de summa belli<sup>2</sup> suum iudicium, sed imperatoris esse existimavisse.

## CAPUT XXI

*Cæsaris profectio : Ariovisti legati ad Cæsarem : inter utrosque colloquium.*

Eorum satisfactione accepta et itinere exquisito per Divitiacum, quod ex aliis Gallis ei maximam fidem habebat, ut millium amplius XL circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, uti dixerat, profectus est. Septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Ariovisti copias a nostris millibus pasuum quatuor et viginti abesse. Cognito Cæsaris adventu, Ariovistus legatos ad eum mittit; quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere quoniam propius accessisset, seque id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit conditionem<sup>3</sup> Cæsaris; jamque eum ad sanitatem<sup>4</sup> reverti arbitrabatur, cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur: magnamque in spem veniebat, pro suis tantis populique Rom. in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore ut pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die, quintus. Interim, cum sæpe ultro citroque<sup>5</sup> legati inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad colloquium Cæsaris adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumveniretur; alia ratione<sup>6</sup> se non esse venturum. Cæsaris, quod nec colloquium, interposita causa, tolli volebat, neque salutem suam Gallorum equitatu com-

<sup>1</sup> *reliquis legionibus per tribunos militum et primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæsari satisfacerent*: las demás legiones, por medio de los tribunos de los soldados y los centuriones de la primera cohorte, dieron a César una satisfacción.

<sup>2</sup> *summa belli*: la dirección o plan de la guerra.

<sup>3</sup> *conditionem*: la proposición.

<sup>4</sup> *ad sanitatem*: a buen camino.

<sup>5</sup> *ultro citroque*: de una y otra parte.

<sup>6</sup> *alia ratione*: de otra suerte.



mittere audebat, commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, in eos legionarios milites <sup>1</sup> legionis decimæ, cui quam maxime confidebat, imponere, ut præsidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: quod cum fieret, non irridicule <sup>2</sup> quidam ex militibus decimæ legionis dixit: «Plusquam pollicitus eset, Cæsarem facere; pollicitum esse in cohortis prætoris loco decimam legionem habiturum, et nunc ad equum rescribere» <sup>3</sup>.

Planities erat magna, et in ea tumulus terreus satis grandis: hic locus æquo fere spatio ab castris utriusque aberat. Eo, ut erat dictum, ad colloquium venerunt. Legionem Cæsar, quam equis devexerat, passibus ducentis ab eo tumulo constituit; item equites Ariovisti pari intervallo constiterunt: Ariovistus, ut ex equis colloquerentur <sup>4</sup>, et, præter se, denos ut ad colloquium adducerent, postulavit. Ubi eo ventum est, Cæsar initio orationis, sua senatusque in eum beneficia commemoravit; quod rex appellatus esset a Senatu, quod amicus, quod munera amplissima missa, quam rem et paucis contigisse, et a Romanis pro maximis hominum officiis <sup>5</sup> consuevisse tribui docebat; illum, cum neque aditum <sup>6</sup>, neque causam postulandi justam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac Senatus, ea præmia consequutum. Docebat etiam quam veteres, quamque justæ causæ necessitudinis ipsis cum Æduis intercederent; quæ senatus consulta, quoties, quamque honorifica in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliæ principatum Ædúi tenuissent, prius etiam quam nostram amicitiam appetissent. Pop. Rom. hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse <sup>7</sup>. Quod vero ad amici-

<sup>1</sup> *in eos (equos) legionarios milites... imponere*: que montasen en ellos los legionarios (que eran soldados de infantería).

<sup>2</sup> *non irridicule*: no sin gracia.

<sup>3</sup> *ad equum rescribere*: los hacía caballeros.

<sup>4</sup> *ut ex equis colloquerentur*: que hablasen a caballo.

<sup>5</sup> *pro maximis officiis*: a cuenta de grandes servicios.

<sup>6</sup> *aditum*: motivo, o razón.

<sup>7</sup> *auctiores velit esse*: que quiere que crezcan o aumenten en...



tiam populi Rom. attulissent <sup>1</sup>, id iis eripi, quis pati posset? Postulavit deinde eadem, quæ legatis in mandatis dederat, ne aut Æduis, aut eorum sociis bellum inferret, obsides redderet: si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at <sup>2</sup> ne quos amplius Rhenum transire pateretur.

Ariovistus ad postulata Cæsaris pauca respondit: de suis virtutibus multa prædicavit: transiisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcesitum a Gallis; non sine magna spe, magnisque præmiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas; obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere jure belli, quod victores victis imponere consueverint; non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliæ civitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse <sup>3</sup>; eas omnes copias uno ab se prælio fusas, ac superatas esse; si iterum experiri velint, paratum se decertare; sin pacem malint, iniquum esse de stipendio recusare <sup>4</sup>, quod sua voluntate ad id tempus <sup>5</sup> pependerit. Amicitiam pop. Rom. sibi ornamento et præsidio, non detrimento esse oportere, idque se ea spe petiisse; si per pop. Rom. stipendium remittatur, et dedititii subtrahantur, non minus libenter sese recusaturum pop. Rom. amicitiam, quam appetierit; quam multitudinem Germanorum in Galliam transducat, id se sui muniendi, non Galliæ oppugnandæ causa facere, ejus rei testimonium esse, quod nisi rogatus non venerit, et quod bellum non intulerit, sed defenderit; se prius in Galliam venisse quam pop. Rom.; numquam ante hoc tempus exercitum pop. Rom. Galliæ provinciæ fines ingressum. Quid sibi vellet? <sup>6</sup> Cur in suas possessiones veniret? Provinciam suam esse hanc Galliam, si-

<sup>1</sup> *Quod ad amicitiam populi Rom. attulissent*: Lo que poseían antes de obtener la amistad del pueblo romano.

<sup>2</sup> *at*: al menos.

<sup>3</sup> *ac contra se castra habuisse*: y que se habían levantado en armas

contra él.

<sup>4</sup> *de stipendio recusare*: negarse a pagar el tributo de guerra.

<sup>5</sup> *ad id tempus*: hasta el presente.

<sup>6</sup> *Quid sibi vellet?*: ¿Qué pretendía, o qué se proponía?



cuti illam nostram; ut sibi concedi non oporteret, si <sup>1</sup> in nostros fines impetum faceret; sic item nos esse iniquos <sup>2</sup>, quod in suo jure interpellaremus. Quod fratres ex S. C. et amicos appellatos Æduos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum <sup>3</sup>, ut non sciret, neque bello Allobrogum proximo, Æduos Romanis auxilium tulisse, neque ipsos in his contentionibus, quas Ædúi secum et cum Sequanis habuissent, auxilio pop. Rom. usos esse. Debere se suspicari simulata Cæsarem amicitia, quem exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. Quod nisi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum; quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus principibusque pop. Rom. gratum esse facturum; id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere, quorum omnium gratiam, atque amicitiam ejus morte redimere posset; quod si discessisset, ac liberam sibi possessionem Galliæ tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum, et quæcumque bella geri vellet, sine ullu ejus labore et periculo confecturum.

Multa a Cæsare in eam sententiam <sup>4</sup> dicta sunt, quare negotio desistere non posset, et neque suam, neque pop. Rom. consuetudinem pati, ut optime meritos socios desereret, neque se judicare Galliam potius esse Ariovisti quam pop. Rom. Bello superatos esse Auvernos et Rutenos a Q. Fabio Maximo, quibus pop. Rom. ignovisset, neque in provinciam rede-gisset <sup>5</sup>, neque stipendium imposuisset. Quod si antiquissimum quodque tempus <sup>6</sup> spectari oporteret, pop. Rom. justissimum esse in Gallia imperium; si judicium Senatus servari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam, suis legibus uti voluisset.

<sup>1</sup> *ut sibi concedi non oporteret, si:* que así como a él no se le debía permitir el que...

<sup>2</sup> *nos esse iniquos:* que nosotros éramos injustos.

<sup>3</sup> *neque tam imperitum esse rerum:* ni tan ignorante, o desconocedor, de

los hechos.

<sup>4</sup> *in eam sententiam:* en el mismo sentido.

<sup>5</sup> *in provinciam rede-gisset:* los había convertido en una provincia.

<sup>6</sup> *antiquissimum quodque tempus:* la antigüedad más remota.



CAPUT XXII

*Equitatus Ariovisti prope tumulum accedit, Cæsaris exercitum infestans: Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, et Cæsar ad Ariovistum, qui ejus legatos in vincula conjicit.*

Dum hæc in colloquio geruntur, Cæsari nuntiatum est, equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros conjicere. Cæsar loquendi finem fecit, seque ad suos recepit; suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes rejicerent: nam etsi sine ullo periculo legionis delectæ<sup>1</sup> commissum cum equitatu prælium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut pulsus hostibus, dici posset, eos a se per fidem in colloquio circumventos<sup>2</sup>. Posteaquam in vulgus militum relatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus, omni Galia Romanis interdixisset, impetumque in nostros ejus equites fecissent, eaque res colloquium ut diremisset<sup>3</sup>, multo major alacritas studiumque pugnandi majus exercitui injectum est. Biduo post Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, velle se de iis rebus, quæ inter eos agi cœptæ, neque perfectæ essent, agere cum eo, uti iterum colloquio diem constitueret, aut si id minus vellet<sup>4</sup>, ex suis legatis aliquem ad se mitteret. Colloquendi Cæsari causa visa non est, at eo magis quod pridie ejus diei Germani retineri<sup>5</sup> non poterant, quin in nostros tela conjicerent. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum, et hominibus feris subjecturum existimabat. Commodissimum visum est, M. Valerium Procillum C. Valerii Caburi F.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> *sine ullo periculo legionis delectæ*: sin desventaja alguna para la legión escogida.

<sup>2</sup> *eos a se per fidem in colloquio circumventos (esse)*: que César los había batido abusando de la confianza que tenían en la palabra que empeñó para celebrar la entrevista.

<sup>3</sup> *eaque res colloquium ut diremisset*: para que en aquel incidente pusiera fin a la entrevista.

<sup>4</sup> *aut si id minus vellet*: y que si esto no le parecía bien.

<sup>5</sup> *retineri*: contenerse.

<sup>6</sup> *F.: Filium.*



summa virtute, et humanitate <sup>1</sup> adolescentem, cujus pater a C. Valerio Flacco civitate donatus <sup>2</sup> erat, et propter fidem <sup>3</sup>, et propter linguæ Gallicæ scientiam, qua multa jam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur <sup>4</sup>, et quod in eo peccandi Germanis causa <sup>5</sup>, non esset, ad eum mittere, et M. Titium, qui hospitio Ariovisti usus erat <sup>6</sup>: his mandavit, ut, quæ diceret Ariovistus, cognoscerent, et ad se referrent. Quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo præsentem, conclamavit: quid ad se venirent? An speculandi causa? Conantes dicere prohibuit, et in catenas coniecit. Eodem die castra promovit, et millibus passuum sex a Cæsaris castris sub monte consedit.

### CAPUT XXIII

*Ariovistus copiis transductis equestri prælio cum Cæsare contendit. Cæsar non procul a Germanis castra ponit, et aciem instruit: castra minora Cæsaris oppugnantur. Vaticinatio matrumfamilias apud Germanos.*

Postridie ejus diei, præter castra Cæsaris suas copias transduxit <sup>7</sup>, et millibus passuum duobus, ultra eum castra fecit; eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Æduis supportaretur, Cæsarem intercluderet. Ex eo die, dies continuos quinque Cæsar pro castris suas copias produxit, et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus prælio conten-

<sup>1</sup> *summa humanitate*: de educación exquisita.

<sup>2</sup> *civitate donatus*: había sido hecho ciudadano romano.

<sup>3</sup> *propter fidem*: por su fidelidad, o lealtad.

<sup>4</sup> *qua multa jam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur*: de la cual ya, por antigua o inveterada costumbre, se valía muchas veces

Ariovisto.

<sup>5</sup> *in eo peccandi causa*: motivo para ofenderle.

<sup>6</sup> *qui hospitio Ariovisti usus erat*: que era huésped de Ariovisto, o tenía con él pacto de hospitalidad.

<sup>7</sup> *præter castra Cæsaris suas copias transduxit*: hizo pasar sus tropas por delante del campamento de César.



dere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum <sup>1</sup> castris continuit; equestri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exerceuerant. Equitum millia erant sex totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suæ salutis causa delegerant <sup>2</sup>; cum his in præliis versabantur; ad hos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius <sup>3</sup>, concurrerant; si qui, graviore vulnere accepto, equo deciderent, circumstitebant; si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione <sup>4</sup> celeritas, ut, iubis equorum sublevati cursum adæquarent <sup>5</sup>.

Ubi eum castris sese tenere Cæsar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, circiter passus sexcentos ab his castris idoneum locum delegit, acieque triplici instructa, ad eum locum venit. Primam et secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit. Hic locus ab hoste circiter passus sexcentos, uti dictum est, aberat; eo circiter hominum numero sexdecim millia expedita <sup>6</sup> cum omni equitatu Ariovistus misit, quæ copiæ nostros perterrerent et munitione prohiberent. Nihilo secius Cæsar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit. Munitis castris duas ibi legiones reliquit, et partem auxiliorum, quarum reliquas in castra majora reduxit.

Proxima die, instituto suo <sup>7</sup>, Cæsar ex castris utrisque copias suas eduxit: paululumque a majoribus castris progressus, aciem instruxit hostibusque pugnandi potestatem fecit <sup>8</sup>. Ubi ne tum quidem eos prodire in-

<sup>1</sup> *exercitum*: la infantería. (El ablativo *equestri prælio*, a quien *exercitus* parece contrapuesto, indica la significación de esta palabra.)

<sup>2</sup> *ex omni copia... delegerant*: los habían escogido entre todo el ejército.

<sup>3</sup> *si quid erat durius*: si se corría algún grave peligro.

<sup>4</sup> *exercitatione*: a causa de su des-

treza o mucho ejercicio.

<sup>5</sup> *iubis equorum sublevati cursum adæquarent*: agarrados a la crin igualaban en la carrera a los caballos.

<sup>6</sup> *expedita*: desembarazados, o en disposición de entrar en combate.

<sup>7</sup> *instituto suo*: según su costumbre.

<sup>8</sup> *hostibusque pugnandi potestatem fecit*: presentó al enemigo la batalla.



tellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, quæ castra minora oppugnaret, misit. Acriter utrinque, usque ad vesperum <sup>1</sup>, pugnatum est. Solis occasu <sup>2</sup> suas copias Ariovistus, multis et illatis et acceptis vulneribus <sup>3</sup> in castra reduxit. Cum ex captivis quæreret Cæsar quamobrem Ariovistus non decertaret <sup>4</sup>, hanc reperiēbat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matresfamilias eorum sortibus et vaticinationibus declararent, utrum prælium commissum ex usu esset, necne <sup>5</sup>; eas ita dicere: non esse fas Germanos superare si ante novam Lunam prælio contendissent.

## CAPUT XXIV

*Præsidio castris relicto. Cæsar ad castra hostium accedit; Germani copias educunt; prælium committitur. Ex hostibus alli fugam arripiunt, alii interficiuntur. C. Valerius Procillus et M. Titius Cæsari restituti sunt: Cæsar in ulteriorem Galliam proficiscitur.*

Postridie ejus die, Cæsar, præsidio utrisque castris, quod satis esse visum est, relicto, omnes alarios <sup>6</sup> in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat <sup>7</sup>, ut ad speciem <sup>8</sup> alariis uteretur. Ipse triplicem instructa acie, usque ad castra hostium accessit. Tum demum necessario Germani suas copias e castris eduxerunt, generatimque constitue-

<sup>1</sup> *usque ad vesperum*: hasta la caída de la tarde.

<sup>2</sup> *Solis occasu*: A la puesta del sol.

<sup>3</sup> *multis et illatis et acceptis vulneribus*: después de haber causado y sufrido muchas bajas.

<sup>4</sup> *quamobrem Ariovistus non decertaret*: por qué razón Ariovisto no empeñaba una batalla formal.

<sup>5</sup> *utrum prælium commissum ex*

*usu esset, necne*: si se empeñaba o no la batalla en condiciones ventajosas.

<sup>6</sup> *omnes alarios*: todas las tropas auxiliares.

<sup>7</sup> *quod minus multitudine legionariorum pro hostium numero valebat*: porque tenía pocas fuerzas de soldados legionarios, en comparación con el número de fuerzas enemigas.

<sup>8</sup> *ad speciem*: para hacer el alarde.



runt, paribus intervallis, Harudes <sup>1</sup>, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suevos, omnemque aciem suam rhedis, et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres imposuerunt; quæ in prælio proficiscentes milites, passis manibus <sup>2</sup>, flentes implorabant, ne se in servitatem Romanis traderent.

Cæsar singulis legionibus singulos legatos et quæstorem præfecit <sup>3</sup>, uti eos testes suæ quisque virtutis haberet. Ipse a dextro cornu <sup>4</sup>, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, prælium commisit. Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt. Itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes conjiciendi non daretur. Rejectis pilis, cominus <sup>5</sup> gladiis pugnatum est. At Germani, celeriter ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt. Reperiti sunt complures nostri milites, qui in phalanges insilirent, et scuta manibus revellerent, et desuper vulnerarent.

Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque in fugam conversa esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebat. Id cum animadvertisset P. Crassus adolescens, qui equitatu præerat, quod expeditior erat quam hi qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit. Ita prælium restitutum est <sup>6</sup>, atque omnes hostes terga verterunt; neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinquaginta pervenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confisi transnare contenderunt, aut lintribus

<sup>1</sup> *generatimque constituerunt, paribus intervallis, Harudes, etc.*: y formaron por pueblos, a distancias iguales, los harudes, etc.

<sup>2</sup> *passis manibus*: con los brazos extendidos (en actitud suplicante).

<sup>3</sup> *singulis legionibus singulos legatos et quæstorem præfecit*: dió, o encargó, a cada uno de sus lugartenientes y al quæstor el mando de una le-

gión. (El *quæstor* era lo que entre nosotros un intendente de ejército, y administraba y dirigía la parte económica.)

<sup>4</sup> *a dextro cornu*: por el flanco derecho.

<sup>5</sup> *cominus*: cuerpo a cuerpo.

<sup>6</sup> *prælium restitutum est*: volvió a renovarse el combate.



inventis salutem sibi petierunt. In his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad Ripam nactus, ea profugit: reliquos omnes equites consequuti nostri interfecerunt. Duæ fuerunt Ariovisti uxores, una Sueva natione quam domo secum adduxerat; altera Norica regis Voconis soror, quam in Gallia duxerat a fratre missam: utraque in ea fuga periit. Duæ filiae harum, altera occisa, altera capta est. C. Valerius Procillus, cum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in ipsum Cæsarem hostium equitatum persequentem incidit. Quæ quidem <sup>1</sup> res Cæsari non minorem, quam ipsa victoria, voluptatem attulit, quod hominem honestissimum provinciæ Galliæ, suam familiarem et hospitem, ereptum a manibus hostium sibi restitutum videbat, neque ejus calamitate <sup>2</sup> de tanta voluptate et gratulatione, quidquam fortuna diminuerat. Is, se præsentem, de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur an in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio se esse incolumem. Item M. Titius repertus et ad eum reductus est. Hoc prælio trans Rhenum nuntiato, Suevi, qui ad Ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt; quos, ubi qui proxime Rhenum incolunt, perterritos senserunt, insecuti magnum ex his numerum occiderunt. Cæsar una æstate, duobus maximis bellis confectis, maturius paulo quam tempus anni postulabat <sup>3</sup>, in hiberna in Sequanos <sup>4</sup> exercitum deduxit; hibernis Labienum præposuit; ipse in citeriorem Galliam, ad conventus agendos <sup>5</sup> profectus est.

<sup>1</sup> *Quæ quidem res*: Y este suceso.

<sup>2</sup> *ejus calamitate*: con su muerte.

<sup>3</sup> *maturius paulo quam tempus anni postulabat*: antes de lo que la estación exigía.

<sup>4</sup> *in hiberna in Sequanos*: a los cuarteles de invierno, en el país de los secuanos.

<sup>5</sup> *ad conventus agendos*: a reunir las asambleas en que se administraba justicia en las provincias, o se tomaban acuerdos que debían ser autorizados con la presencia de un magistrado de la más elevada categoría.



# EX T. LIVII PATAVINI HISTORIIS EXCERPTA

## I

*Cn. et P. Scipionibus primo res prospere cedunt  
in Hispania.*

Dum hæc in Italia geruntur apparanturque <sup>1</sup>, nihilo segnius in Hispania bellum erat; sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnæus terra, Publius navibus <sup>2</sup> rem gereret; Hasdrubal Pœnorum imperator, neutri parti virium satis fidens <sup>3</sup>, procul ab hoste, intervallo ac locis tutus tenebat se; quoad multum ac diu obtestanti quatuor millia peditum et quingenti equites, in supplementum missi ex Africa sunt <sup>4</sup>. Tum, resecta tandem spe, castra propius hostem movit <sup>5</sup>, classemque et ipse instrui pararique jubet ad insulas maritimamque oram tutandam. In ipso impetu movendarum de integro rerum perculit eum præfectorum navium transitio <sup>6</sup>: qui, post classem ad Iberum per pavorem desertam graviter increpiti, nunquam deinde satis fidi aut duci

<sup>1</sup> Se refiere a los sucesos de la segunda guerra púnica en Italia, año 538 de la fundación de Roma y 216 antes de la Era cristiana.

<sup>2</sup> *navibus*: por mar.

<sup>3</sup> *neutri parti virium satis fidens*: no considerándose bastante fuerte ni por mar ni por tierra.

<sup>4</sup> *quoad multum ac diu obtestanti quatuor millia peditum et quingenti equites, in supplementum missi ex Africa sunt*: hasta que a fuerza de

pedir se le mandaron de Africa, como refuerzo, cuatro mil infantes y quinientos caballos.

<sup>5</sup> *castra propius hostem movit*: acercó más sus reales al enemigo.

<sup>6</sup> *In ipso impetu movendarum rerum de integro, perculit eum præfectorum navium transitio*: En el momento mismo en que realizaba todos estos planes, le sorprendió la desertión de los capitanes de las naves.



aut Carthaginensium rebus fuerant. Fecerant hi transfugæ motum <sup>1</sup> in Carpesiorum gente, desciverantque iis auctoribus urbes aliquot <sup>2</sup>; una etiam ab ipsis vi capta fuerat. In eam gentem versum ab Romanis bellum est; infestoque exercitu Hasdrubal ingressus agrum hostium, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus, Galbum nobilem Carpesiorum ducem cum valido exercitu castris sese tenentem aggredi statuit <sup>3</sup>. Præmisa igitur levi armatura <sup>4</sup>, quæ eliceret hostes ad certamen, peditum partem ad depopulandum per agros passim dimissit, ut palantes exciperent <sup>5</sup>. Simul et ad castra tumultus erat <sup>6</sup>, et per agros fugaque et cædes; deinde undique diversis itineribus cum in castra se recepissent, adeo repente decessit animis pavor <sup>7</sup>, ut non ad munimenta modo defendenda satis animorum esset, sed etiam ad lacesendum hostem prælio. Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes <sup>8</sup> more suo, repentinaque eorum audacia terrorem hosti, paulo ante ultro lacesenti, incussit. Itaque et ipse Hasdrubal in collem satis arduum, tutum flumine etiam objecto, tum copias subducit, et præmissam levem armaturam equitesque palatos <sup>9</sup> eodem recipit: nec aut colli aut flumini satis fidens, vallo castra permunit. In hoc alterno pavore certamina aliquot sunt contracta: nec Numida Hispano eques par fuit, nec jaculator Maurus cetrato, velocitate pari, robore animi viriumque aliquantum præstanti.

Postquam neque elicere Pœnum ad certamen obversati castris <sup>10</sup> poterant, neque castrorum oppugnatio

<sup>1</sup> *motum*: una sublevación.

<sup>2</sup> *desciverantque iis auctoribus urbes aliquot*: y se habían rebelado, por consejo de éstos, algunas ciudades.

<sup>3</sup> *Galbum... cum valido exercitu castris sese tenentem aggredi statuit*: resolvió atacar a Galbo..., que con un poderoso ejército esperaba en sus reales.

<sup>4</sup> *levi armatura*: las tropas ligeras.

<sup>5</sup> *ut palantes exciperent*: para que hiciesen prisioneros a los que en-

contrasen vagando.

<sup>6</sup> *Simul et ad castra tumultus erat*: Al mismo tiempo que la alarma cundía en el campo (de los desertores).

<sup>7</sup> *decessit animis pavor*: desapareció el temor de los espíritus, o se reanimaron.

<sup>8</sup> *tripudiantes*: danzando.

<sup>9</sup> *equitesque palatos*: la caballería dispersa.

<sup>10</sup> *obversati castris*: presentándose delante del campamento.



facilis erat; urbem Ascum, quo, fines hostium ingre-  
diens Hasdrubal frumentum commeatusque alios con-  
vexerat, vi capiunt, omnique circa agro potiuntur<sup>1</sup>.  
Nec jam aut in agmine aut in castris ullo imperio  
contineri. Quam ubi negligentiam ex re, ut fit, bene  
gesta oriri senserat Hasdrubal, cohortatus milites, ut  
palatos sine signis<sup>2</sup> hostes aggredierentur, degressus  
colle, pergit ire acie instructa ad castra. Quem, ut  
adesse tumultuose nuncii refugientes ex speculis sta-  
tionibusque attulere, ad arma conelamatum est. Ut  
quisque arma ceperat, sine imperio<sup>3</sup>, sine signo, in-  
compositi, inordinati in prælium ruunt<sup>4</sup>. Jam primi  
conseruerant manus<sup>5</sup>, cum alii catervatim currebant,  
alii nondum e castris exiissent. Tamen primo ipsa au-  
dacia terruere hostem. Deinde rari in confertos illati,  
quam paucitas parum tuta esset<sup>6</sup>, respicere alii alios,  
et undique pulsi coire in orbem<sup>7</sup>; et dum corporibus  
applicantur, armaque armis jungunt, in arctum com-  
pulsis<sup>8</sup>, cum vix movendis armis satis spatii esset,  
corona hostium cincti<sup>9</sup> ad multum diei cæduntur.  
Exigua pars, eruptione facta, silvas ac montes petit  
parique terrore et castra sunt deserta, et universa gens  
postero die in deditionem venit<sup>10</sup>; nec diu in pacato  
mansit<sup>11</sup>. Nam subinde ab Carthagine allatum est, ut<sup>12</sup>  
Hasdrubal primo quoque tempore<sup>13</sup> in Italiam exerci-  
tum duceret. Quæ vulgata res per Hispaniam omnium  
ferme animos ad Romanos avertit<sup>14</sup>. Itaque Hasdrubal

<sup>1</sup> *omnique circa agro potiuntur*: y se apoderan de todo el territorio de alrededor, o inmediato.

<sup>2</sup> *palatos sine signis*: desparramados, sin orden.

<sup>3</sup> *sine imperio*: sin jefes.

<sup>4</sup> *in prælium ruunt*: lánzanse a la batalla.

<sup>5</sup> *conseruerant manus*: habían llegado a las manos.

<sup>6</sup> *quam paucitas parum tuta esset*: viéndose comprometidos por su pequeño número.

<sup>7</sup> *undique pulsi coire in orbem*: rechazados de todas partes, se reunían en pelotones.

<sup>8</sup> *in arctum compulsi*: obligados,

o forzados, a reunirse en un sitio angosto.

<sup>9</sup> *corona hostium cincti*: cercados de enemigos.

<sup>10</sup> *in deditionem venit*: se entregó, o rindió.

<sup>11</sup> *nec diu in pacato mansit*: mas no permanecieron tranquilos mucho tiempo.

<sup>12</sup> *allatum est, ut*: vino la orden de que...

<sup>13</sup> *primo quoque tempore*: cuanto antes, o lo más pronto posible.

<sup>14</sup> *omnium ferme animos ad Romanos avertit*: hizo que se inclinara de parte de los romanos las voluntades de casi todos (los pueblos).



extemplo litteras Carthaginem mittit, indicans, quanto fama profectionis suæ damno fuisset. *Si vero inde pergeret, priusquam Iberum transiret, Romanorum Hispaniam fore. Nam, præterquam quod nec præsidium nec ducem haberet, quem relinquerent pro se, eos imperatores esse Romanos, quibus vix æquis viribus resisti possit*<sup>1</sup>. Itaque si ulla Hispaniæ cura esset<sup>2</sup>, successorem sibi cum valido exercitu mitterent: cui, ut omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore<sup>3</sup>.

Hæ litteræ quamquam primo admodum moverunt senatum, tamen, quia Italiæ cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis ejus mutatum est. Himilco cum exercitu justo<sup>4</sup> et aucta classe, ad retinendam terra marique ac tuendam Hispaniam, est missus: qui ut pedestres navalesque copias trajecit, castris communitis, navibusque subductis<sup>5</sup> et vallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse, quantum maxime accelerare poterat, per dubios infestosque populos juxta intentus ad Hasdrubalem pervenit<sup>6</sup>. Quum decreta senatus mandataque exposuisset, atque edidicisset ipse in vicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit, nulla re, quam celeritate, tutior<sup>7</sup>, quod undique abierat<sup>8</sup>, ante quam consentirent<sup>9</sup>. Hasdrubal, priusquam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus suæ ditionis, satis gnarus Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum: nec auxilia gallica aliter, quam

<sup>1</sup> *eos imperatores esse Romanos, quibus vix æquis viribus resisti possit*: que los generales romanos eran tan hábiles, que con dificultad podría hacérseles frente, aun con fuerzas iguales.

<sup>2</sup> *si ulla Hispaniæ cura esset*: si les importaba algo España.

<sup>3</sup> *cui, ut omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore*: al cual, aunque le salieran bien todos sus planes, no le faltaría que hacer en el gobierno de la provincia.

<sup>4</sup> *cum exercitu justo*: con un ejército completo.

<sup>5</sup> *navibusque subductis*: habiendo hecho varar las naves en la costa.

<sup>6</sup> *per dubios infestosque populos juxta intentus ad Hasdrubalem pervenit*: atravesando el territorio que ocupaban pueblos de fidelidad dudosa y abiertamente hostiles, llegó, según su propósito, adonde estaba Asdrúbal.

<sup>7</sup> *nulla re, quam celeritate, tutior*: no fiando su seguridad más que en la rapidez de la marcha.

<sup>8</sup> *quod undique abierat*: porque se hallaba a gran distancia (de aquellos pueblos rebeldes, o de fidelidad dudosa).

<sup>9</sup> *ante quam consentirent*: antes que se coligasen (contra Asdrúbal).



conducta habuisse <sup>1</sup>: inopem tantum iter ingressum <sup>2</sup>, vix penetraturum ad Alpes fuisse. Pecuniis igitur raptim exactis, ad Iberum descendit. Decreta Carthaginensium et Hasdrubalis iter ubi ad Romanos <sup>3</sup> sunt perlata, omnibus omissis rebus, ambo duces, junctis copiis, ire obviam cœptis atque obsistere parant <sup>4</sup>; rati si Hannibali, vix per se ipse tolerando Italiæ hosti, Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum Romani finem imperii fore. His anxii curis ad Iberum contrahunt copias; et, transito amne, quum diu consultassent, utrum castra castris conferrent <sup>5</sup>, an satis haberent, sociis Carthaginensium oppugnandis, morari ab itinere proposito hostem, urbem a propinquo flumine Iberam <sup>6</sup> appellatam, opulentissimam ea tempestate <sup>7</sup> regionis ejus, oppugnare parant. Quod ubi sensit Hasdrubal, pro ope ferenda sociis, pergat ipse ire ad urbem <sup>8</sup> deditam nuper in fidem Romanorum, oppugnandam. Ita jam cœpta obsidio omissa ab Romanis est <sup>9</sup>, et in ipsum Hasdrubalem versum bellum.

Quinque millium intervallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine levibus præliis <sup>10</sup>, nec ut in aciem exirent. Tandem uno eodemque die, velut ex composito <sup>11</sup>, utrimque signum pugnae propositum est, atque omnibus copiis in campum descensum. Triplex stetit Romana acies. Velitum pars <sup>12</sup> inter antesignanos <sup>13</sup> lo-

<sup>1</sup> *nec auxilia gallica aliter, quam conducta habuisse*: y que no había conseguido tener a sus órdenes los auxiliares galos sino pagándolos.

<sup>2</sup> *inopem tantum iter ingressum*: y que si emprendía marcha tan larga sin dinero.

<sup>3</sup> *Suple duces*.

<sup>4</sup> *ire obviam cœptis atque obsistere parant*: se disponen a resistir y desbaratar los planes (de Asdrúbal).

<sup>5</sup> *utrum castra castris conferrent*: si pondrían su campamento frente a frente del de Asdrúbal.

<sup>6</sup> Parece que esta ciudad fué la que poco más adelante se llamó *Derfusa*, en la región o territorio de los Ilercaciones, situada en la desembocadura del Ebro, y llamada hoy Tor-

tosa.

<sup>7</sup> *ea tempestate*: en aquel tiempo.

<sup>8</sup> Esta es otra ciudad distinta de la que aquí llama *Ibera* Tito Livio.

<sup>9</sup> *jam cœpta obsidio omissa ab Romanis est*: levantaron los romanos el ya comenzado cerco.

<sup>10</sup> *nec sine levibus præliis*: no sin algunas escaramuzas.

<sup>11</sup> *ex composito*: de común acuerdo.

<sup>12</sup> *Velitum pars*: Una parte de los *velites* o infantería ligera.

<sup>13</sup> *antesignani* eran los soldados que formaban delante de las águilas, y por consiguiente al frente de todo el ejército, que dirigían ellos con sus movimientos, indicando el avance o la retirada.



cata, pars post signa accepta<sup>1</sup>, equites cornua cinxere. Hasdrubal mediam aciem<sup>2</sup> Hispanis firmat; in cornibus, dextro Pœnos locat, lævo Afros mercenariorumque auxilia equitum; Numidas Pœnorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus<sup>3</sup> apponit. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu; sed quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat<sup>4</sup>: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Cum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud ferme dispares spes erant. Nam ne multum quidem, aut numero, aut genere<sup>5</sup> militum, hi aut illi præstabant. Militibus longe dispar animus erat. Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent, facile persuaserant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. Itaque velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis vincere aut mori<sup>6</sup>. Minus pertinaces viros habebat altera acies. Nam maxima pars Hispani erant, qui vinci in Hispania, quam victores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concursu, cum vix pila coniecta essent, retulit pedem media acies, inferentibusque sese magno impetu Romanis terga vertit. Nihilo segnius in cornibus prælium fuit. Hinc<sup>7</sup> Pœnus, hinc Afer urget; et velut in circumventos prælio anticipiti pugnant. Sed cum in medium tota jam coisset Romana acies, satis virium ad dimovenda hostium cornua<sup>8</sup> habuit. Itaque duo diversa prælia

<sup>1</sup> *pars post signa accepta*: otra parte (de los vélites) fué colocada detrás de las águilas.

<sup>2</sup> *mediam aciem*: el centro del ejército, donde formaba la infantería que hoy llamamos de línea.

<sup>3</sup> *pro cornibus*: para que les sirvieran de flanco.

<sup>4</sup> *sed quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat*: sino solamente aquellos que, llevando dos caballos, saltaban armados, a manera de acróbatas, y en lo más recio de la pelea, del caba-

llo fatigado en el combate, al que llevaban de refresco.

<sup>5</sup> *aut numero, aut genere*: en el número o calidad.

<sup>6</sup> *Itaque velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis vincere aut mori*: Por tanto, como si del éxito de aquella batalla dependiese para ellos la vuelta a la patria, habían decididamente resuelto vencer o morir.

<sup>7</sup> *Hinc... hinc...*: Por un lado o extremo... por el otro...

<sup>8</sup> *ad dimovenda hostium cornua*: para quebrantar, u obligar a la retirada, los flancos del enemigo.



erant: utroque <sup>1</sup> Romani, ut qui, pulsus tandem mediis <sup>2</sup>, et numero et robore virorum præstarent, haud dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa: et, nisi Hispani, vixdum conserto prælio, tan effuse fugissent, perpauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit; quia, simul inclinatum <sup>3</sup> mediam aciem Mauri Numidæque viderunt, exemplo fuga effusa, nuda cornua, elephantis quoque præ se actis <sup>4</sup>, deseruere. Et Hasdrubal, usque ad ultimum eventum pugnae moratus, e media cæde cum paucis effugit. Castra Romani cepere atque diripere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania erant, Romanis adiunxit <sup>5</sup>; Hasdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquit. Quæ postquam literis Scipionum Romæ vulgata sunt, non tam victoria, quam prohibito Hasdrubalis in Italiam transitu, lætabatur.

## II

*Cn. et P. Scipio misere pereunt cum totis fere exercitibus: rem vero, magna ex parte, restituit L. Marcius eques Romanus.*

Eadem æstate <sup>6</sup> in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset, consiliisque <sup>7</sup> magis quam armis, bellum gereretur, Romani imperatores egressi hibernis copias conjunxerunt. Ibi concilium advocatum <sup>8</sup>, omniumque in unum congruerunt sententiæ; «quando ad id locorum, id modo actum

<sup>1</sup> *utroque*: en ambas batallas.

<sup>2</sup> *pulsus tandem mediis*: rechazado, o deshecho, el centro del ejército.

<sup>3</sup> *inclinatam mediam aciem*: que retrocedía el centro.

<sup>4</sup> *elephantis quoque præ se actis*: llevándose por delante los elefantes.

<sup>5</sup> *Ea pugna, si qua dubia in Hispania erant, Romanis adiunxit*:

Aquella batalla decidió a favor de los romanos a cuantos hasta entonces habían permanecido irresolutos en España.

<sup>6</sup> Año 540 de la fundación de Roma, 212 antes de Jesucristo.

<sup>7</sup> *consiliis*: con estratagemas.

<sup>8</sup> *Suple est.*



esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent; tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur: et satis ad id virium credebant accessisse<sup>1</sup>; triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata<sup>2</sup>. Tres exercitus erant. Hasdrubal Gisgonis filius et Mago, conjunctis castris, quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant<sup>3</sup>. Propior erat Hamilcaris filius Hasdrubal, vetus in Hispania imperator; ad urbem nomine Anitorgim exercitum habebat. Eum volebant prius opprimi duces Romani, et spes erat satis superque ad id virium esse. Illa restabat cura<sup>4</sup>, ne, fuso eo, percussi alter Hasdrubal et Mago, in avios saltus montesque recipientes sese, bellum extraherent<sup>5</sup>. Optimum igitur rati, divisis bifariam copiis, totius simul Hispaniæ amplecti bellum, ita inter se diviserunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum socio-rumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem; Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis, cum Hasdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti ambo duces exercitusque, Celtiberis prægredientibus, ad urbem Anitorgim in conspectu hostium, dirimente amne, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum est, substitit, et P. Scipio profectus ad destinatam belli partem<sup>6</sup>.

Hasdrubal postquam animadvertit, exiguum Romanum exercitum in castris, et spem omnem in Celtiberorum auxiliis esse,<sup>7</sup> peritus omnis barbaricæ, et præcipue omnium earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiæ, facili linguæ commercio<sup>8</sup>, quum utraque castra plena Hispanorum essent, per

<sup>1</sup> *et satis ad id virium credebant accessisse*: y creían que se había reunido un contingente bastante poderoso para este objeto...

<sup>2</sup> *ad arma excitata*: levantados en armas.

<sup>3</sup> *quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant*: distaban cinco jornadas, o estaban a cinco jornadas, del ejército romano.

<sup>4</sup> *Illam restabat cura*: quedaba sólo el temor de que...

<sup>5</sup> *bellum extraherent*: prolongasen la guerra.

<sup>6</sup> *ad destinatam belli partem*: al punto donde debía hacer la guerra.

<sup>7</sup> El orden es: *peritus omnis perfidiæ barbaricæ et præcipue omnium earum gentium, etc.*

<sup>8</sup> *facili linguæ commercio*: valiéndose de la fácil comunicación que proporcionaba el idioma (que hablaban los españoles que militaban en los campos romano y cartaginés).



occulta colloquia <sup>1</sup> paciscitur magna mercede <sup>2</sup> cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox visum facinus. Non enim, ut in Romanos verterent arma, agebatur <sup>3</sup>; et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur <sup>4</sup>, ne bellum gererent: et quum quies ipsa, tum reditus domum fructusque videndi suos suaque, grata vulgo erant. Itaque non duobus facilius, quam multitudini persuasum est: simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent <sup>5</sup>. Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exempla hęc vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Signis repente sublatis <sup>6</sup>, Celtiberi abeunt, nihil aliud, quærentibus causam obtestantibusque ut manerent Romanis respondentes, quam domestico se avocari bello <sup>7</sup>. Scipio, postquam socii nec precibus, nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hosti esse, aut fratri rursus conjungi vidit posse, nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse <sup>8</sup>, retro, quantum posset, cedere statuit; in id omni cura intentus, necubi hosti æquo se committeret loco <sup>9</sup>, qui, transgressus flumen, prope vestigiis abeuntium insistebat.

Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum majus ab novo hoste <sup>10</sup> urgebat. Masinissa erat juvenis, eo tempore socius Carthaginensium quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. Is

<sup>1</sup> *per occulta colloquia*: por medio de entrevistas secretas.

<sup>2</sup> *paciscitur magna mercede*: ajustada, o pacta, pagándolo bien.

<sup>3</sup> *Non enim... agebatur ut*: pues no se trataba de que...

<sup>4</sup> *et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur*: y se les pagaba lo mismo que si hicieran la guerra.

<sup>5</sup> *simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent*: además, que de parte de los romanos, puesto que eran tan pocos, temían obligarles a seguirlos por fuerza.

<sup>6</sup> *Signis repente sublatis*: Poniéndose en marcha de repente.

<sup>7</sup> *domestico se avocari bello*: que se retiraban de una guerra civil.

<sup>8</sup> *nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse*: y que por el pronto no se le ocurría resolución alguna salvadora que tomar.

<sup>9</sup> *in id omni cura intentus, necubi hosti æquo se committeret loco*: procurando con todo cuidado no presentarse en lugar ventajoso para el enemigo.

<sup>10</sup> *ab novo hoste*: de parte de un nuevo enemigo.



tum cum equitatu Numidarum et advenienti P. Scipioni occurrit, et deinde assidue dies noctesque infestus aderat <sup>1</sup>, ut non vagos tantum procul a castris lignatum pabulatumque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris, invectusque in medias sæpe stationes, omnia ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoque sæpe incursu repentino in portis valloque trepidatum est: nec aut locus, aut tempus ullum vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis: compulsisque intra vallum, adempto rerum omnium usu <sup>2</sup>, quum prope justa obsidio esset, futuramque arctiorem eam appareret, si se Indibilis, quem cum septem millibus et quingentis Suessetanorum adventare fama erat, Pœnis conjunxisset; dux cautus et providens Scipio, victus necessitatibus temerarium capit consilium <sup>3</sup>, ut nocte Indibili obviam iret, et quocumque occurrisset loco <sup>4</sup>, prælium consereret. Relicto igitur modico præsidio in castris, præposito T. Fontejo legato, media nocte profectus, cum obviis hostibus manus conseruit <sup>5</sup>. Agmina magis quam acies pugnabant <sup>6</sup>: superior tamen ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. Cæterum et equites Numidæ repente, quos fefelisse se dux ratus erat, ab lateribus circumfusi <sup>7</sup> magnum terrorem intulere. Contracto adversus Numidas certamine novo, tertius insuper advenit hostis, duces Pœni, assequuti ab ergo jam pugnantes; ancepsque prælium Romanos circumsteterat <sup>8</sup>, incertos in quem potissimum hostem, quamve in partem conferti eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori et offerenti se ubi plurimus labor erat <sup>9</sup>, latus dextrum lancea trajicitur: cuneusque is hostium, qui in confer-

<sup>1</sup> *infestus aderat*: se acercaba en son de guerra.

<sup>2</sup> *adempto rerum omnium usu*: privados de todo.

<sup>3</sup> *temerarium capit consilium*: tomó una resolución desesperada.

<sup>4</sup> *et quocumque occurrisset loco*: y dondequiera que le encontrase.

<sup>5</sup> *cum obviis hostibus manus conseruit*: habiendo encontrado al enemigo, vino con él a las manos.

<sup>6</sup> *Agmina magis quam acies pugnabant*: Peleaban más bien en pelotones que en orden de batalla.

<sup>7</sup> *ab lateribus circumfusi*: rodeando por los costados.

<sup>8</sup> *ancepsque prælium Romanos circumsteterat*: refían por todas partes los romanos dos batallas.

<sup>9</sup> *offerenti se ubi plurimus labor erat*: presentándose allí donde el peligro era mayor.



tos circa ducem impetum fecerat <sup>1</sup>, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse. Hæc pervagata passim vox, ut et hostes haud dubie pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit. Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri cœpta est. Ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum alia auxilia haud difficilis res erat, ita effugere tantum equitum, æquantiumque equos velocitate peditum, vix poterant <sup>2</sup>: cæsique prope plures in fuga, quam in pugna, sunt. Nec superfuisset quisquam, ni præcipiti jam ad vesperum die, nox intervenisset.

Haud segniter inde duces Pœni fortuna usi, confestim e prælio, vix necessaria quiete data militibus, ad Hasdrubalem Hamilcaris citatum agmen rapiunt <sup>3</sup>; non dubia spe <sup>4</sup>, quum juncti essent, debellari posse. Quo ubi est ventum, inter exercitus ducesque, victoria recenti lætos, gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, et alteram pro haud dubio <sup>5</sup> parem victoriam expectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat; sed mæstum quoddam silentium erat, et tacita divinatio; qualis jam præsagientibus animis imminentis mali esse solet. Imperator ipse, præterquam quod <sup>6</sup> ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, conjectura etiam et ratione ad suspicionem acceptæ cladis,

<sup>1</sup> *cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat: y aquella porción de enemigos que, formados en triángulo, acometieron a los que se apiñaban en torno del general.*

<sup>2</sup> *Ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum alia auxilia haud difficilis res erat, ita effugere tantum equitum, æquantiumque equos velocitate peditum, vix poterant: Por lo demás, como no era muy difícil hacer una salida por entre los númidas y demás tropas auxiliares ligeras, por eso mismo apenas podían huir de tan numerosa caballería y de la infantería, que en ligereza*

igualaba a los caballos. El orden es, por consiguiente: *Ceterum ut res erat haud difficilis ad erumpendum inter numidas aliaque auxilia armorum levium: ita vix poterant effugere tantum equitum peditumque equantium equos velocitate.*

<sup>3</sup> *ad Hasdrubalem citatum agmen rapiunt: dirigen o llevan apresuradamente el ejército adonde se hallaba Asdrúbal.*

<sup>4</sup> *non dubia spe: en la seguridad de que...*

<sup>5</sup> *pro haud dubio: con toda seguridad.*

<sup>6</sup> *præterquam quod: además de que...*



quam ad ullam bonam spem, pronior erat. Quonam modo enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello <sup>1</sup>, sine certamine adducere exercitum potuisse? Quomodo autem non obstitisse, aut ab tergo secutum fratrem? Ut si prohibere, quominus in unum coirent et duces, et exercitus hostium, non posset, ipse certe cum fratre conjungeret copias. His anxius curis id modo esse salutare in præsens credebat, cedere inde quantum posset: et inde una nocte, ignaris hostibus, et ob id quietis, aliquantum emensus est iter <sup>2</sup>. Luce, ut senserunt profectos hostes, præmissis Numidis, quam poterant maxime citato agmine <sup>3</sup> sequi cœperunt: ante noctem assecuti Numidæ, nunc ab tergo, nunc in latera incursantes. Consistere cœperunt, ac tutari agmen quantum possent; tamen, tuto ut simul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, priusquam pedestres copiæ assequerentur.

Ceterum nunc agendo, nunc sustinendo agmen <sup>4</sup>, quum aliquandiu haud multum procederetur, et nox jam instaret, revocat e prælio suos Scipio; et collectos in tumulum quemdam, non quidem satis tutum (præsertim agmini perculso <sup>5</sup>) editiorem tamen quam cetera circa erant <sup>6</sup>, subducit. Ibi primo, impedimentis et equitatu in medium receptis, circumdati pedites haud difficulter impetus incursantium Numidarum arcebant: dein, postquam toto agmine tres imperatores cum tribus justis exercitibus aderant, apparebatque parum armis ad tuendum locum sine munimento valituros esse; circumspectare atque agitare dux cœpit, si quo modo posset vallum circum injicere <sup>7</sup>. Sed erat adeo nudus tumulus et asperi soli, ut

<sup>1</sup> *nisi defunctos suo bello*: sino después de haber terminado la guerra que llevaban entre manos.

<sup>2</sup> *aliquantum emensus est iter*: recorrió alguna distancia.

<sup>3</sup> *quam poterant maxime citato agmine*: marchando lo más apresuradamente posible.

<sup>4</sup> *nunc agendo, nunc sustinendo agmen*: ya haciendo avanzar el ejército, ya haciéndole batirse en retirada.

<sup>5</sup> *præsertim agmini perculso*: sobre todo para un ejército quebrantado.

<sup>6</sup> *editiorem tamen quam cetera circa erant*: más alto, sin embargo, que los demás alrededores.

<sup>7</sup> *circumspectare atque agitare dux cœpit, si quo modo posset vallum circum injicere*: comenzó el general a mirar en torno suyo, y a intentar si de algún modo se podía levantar un vallado alrededor.



nec virgulta vallo cædendo, nec terra cespiti faciendo aut ducendæ fossæ, aliive ulli operi apta inveniri posset: nec natura quidquam satis arduum aut abscisum erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem præberet: omnia fastigio leni subvexa<sup>1</sup>. Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent; clitellas illigatas oneribus, velut struentes ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad molliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus postquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere: munitionis vero facies nova primo eos velut miraculo quodam tenuit<sup>2</sup>, quum duces undique vociferarentur: *Quid starent, et non ludibrium illud, vix feminis puerisque morandis satis validum<sup>3</sup>, distraherent diriperentque? Captum hostem teneri latentem post sarcinas.* Hæc contemptim duces increpabant. Ceterum neque transilire, neque moliri onera objecta, nec cædere stipatas clitellas, ipsisque obrutas sarcinis facile erat. Tardatis diu cum amolita objecta onera armatis dedissent viam, pluribusque idem partibus fieret, capta jam undique castra erant: pauci ab multis, percussisque a victoribus, passim cædebantur. Magna pars tamen militum, cum in propinquas refugisset silvas, in castra P. Scipionis, quibus T. Fontejus legatus præerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hostium cæsum tradunt: alii cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse. Hanc igni circumdatam, atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam; omnesque intus cum ipso imperatore occisos. Anno octavo, postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem, est interfectus. Luctus ex morte eorum non Romæ major, quam per totam Hispaniam fuit. Quin apud cives partem doloris et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica trahebat clades. Hispani

<sup>1</sup> *omnia fastigio leni subvexa*: todo el terreno presentaba una pendiente muy suave, por efecto de la pequeña elevación.

<sup>2</sup> *tenuit*: los contuvo.

<sup>3</sup> *vix feminis puerisque morandis satis validum*: apenas bastante fuerte para detener a mujeres y niños.



ipsos lugebant desiderabantque duces. Cnæum tamen magis, quo diutius præfuerat iis, priorque et favorem occupaverat, et speciem justitiæ temperantiæque Romanæ primus dederat <sup>1</sup>.

Cum deletus exercitus amissæque Hispaniæ viderentur, vir unus res perditas restituit. Erat in exercitu L. Marcius Septimi filius eques Romanus, impiger juvenis, animique et ingenii aliquanto, quam pro fortuna in qua erat natus, majoris <sup>2</sup>. Ad summam indolem <sup>3</sup> accesserat Cn. Scipionis disciplina, sub qua per tot annos omnes militiæ artes edoctus fuerat. Hic, et ex fuga collectis militibus, et quibusdam de præsidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat <sup>4</sup>, junxeratque cum T. Fontejo P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut castris citra Iberum communitis, quum ducem exercituum comitiis militaribus creari placuisset, subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque <sup>5</sup>, donec per omnes suffragium iret, ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis castris convehendisque com meatibus consumptum; et omnia imperia milites, cum impigre, tum haudquaquam abjecto animo, exsequabantur. Ceterum postquam Hasdrubalem Gisgonis <sup>6</sup> venientem ad reliquias belli delendas <sup>7</sup> transisse Iberum, et appropinquare allatum est, signumque pugniæ propositum ab novo duce <sup>8</sup> milites viderunt, recordati, quos paulo ante imperatores habuissent, quibusque et ducibus et copiis freti prodire

<sup>1</sup> *et speciem justitiæ temperantiæque Romanæ primus dederat*: y había sido el primero que había dado a conocer la justicia y moderación romanas.

<sup>2</sup> *impiger juvenis, et ingenii aliquanto, quam pro fortuna in qua erat natus, majoris*: joven activo y de mayor talento o ánimo del que correspondía a la posición en que había nacido.

<sup>3</sup> *Ad summam indolem*: A sus relevantes prendas.

<sup>4</sup> *haud contemnendum exercitum*

*fecerat*: había organizado un ejército no despreciable.

<sup>5</sup> *subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque*: sucediéndose, o relevándose, unos a otros en las centinelas del vallado y en los cuerpos de guardia.

<sup>6</sup> *Suple filium*.

<sup>7</sup> *venientem ad reliquias belli delendas*: que venía a pacificar el país, o a terminar la guerra.

<sup>8</sup> *signumque pugniæ propositum ab novo duce*: y que el nuevo caudillo se disponía a dar la señal de la batalla.



ad pugnam soliti essent, flere omnes repente et offensare capita; et alii manus ad cælum tendere, deos incusantes; alii strati humi, suum quisque nominatim ducem implorare; neque sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente in increpante Marcio <sup>1</sup>, *quid in muliebres et inutiles se projecisset fletus potius, quam* <sup>2</sup> *ad tutandos semetipsos et rempublicam secum acuerent animos* <sup>3</sup> *et ne inultos imperatores suos jacere sinerent*, quum subito clamor tubarumque sonus (jam enim prope vallum hostes erant) exauditur. Inde, verso repente in iram luctu, discurrere ad arma; ac, vellut accensi rabie discurrunt ad portas, et in hostem negligenter atque incomposite <sup>4</sup> venientem incurrunt. Extemplo improvisa res pavorem incutit Pœnis: mirabundique, unde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent; unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis <sup>5</sup>; quis imperator duobus Scipionibus cæsis exstitisset, quis castris præset, quis signum dedisset pugnae, ad hæc tot tam necopinata <sup>6</sup> primo omnium incerti stupentesque referunt pedem: dein, valida impressione pulsus <sup>7</sup>, terga vertunt. Et aut fugientium cædes fæda fuisset, aut temerarius periculosusque sequentium impetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa, quosdam et ipse retinens, concitatam repressisset aciem. Inde in castra avidos adhuc cædisque et sanguinis reduxit. Carthaginienses, trepide primo <sup>8</sup> ab hostium vallo acti <sup>9</sup>, postquam neminem insequi viderunt, metu

<sup>1</sup> *excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente et increpante Marcio*: a pesar de que los centuriones animaban a los soldados de sus manipulos y de que el mismo Marcio los halagaba y reprendía.

<sup>2</sup> *quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus potius, quam...*: el que se entregasen a lamentos inútiles y propios de mujeres, en vez de...

<sup>3</sup> *acuerent animos*: recuperar alientos, o esforzar los ánimos.

<sup>4</sup> *negligenter atque incomposite*:

confiados y en desorden.

<sup>5</sup> *unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis*: de donde aquella gente vencida y deshecha sacaba tanto valor y confianza en sí misma.

<sup>6</sup> *ad hæc tot tam necopinata*: en vista de todas estas circunstancias tan inesperadas.

<sup>7</sup> *valida impressione pulsus*: rechazados con vigoroso esfuerzo.

<sup>8</sup> *primo*: al principio.

<sup>9</sup> *acti*: rechazados.



substitisse rati <sup>1</sup>, contemptim rursus et sedato gradu in castra abeunt. Par negligencia in castris custodiendis fuit. Nam, etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies deletorum, succurrebat <sup>2</sup>. Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent, exploratis iis, Marcius ad consilium, prima specie temerarium magis quam audax, animum adjecit, ut <sup>3</sup> ultro castra hostium oppugnaret; simul facilius esse ratus, unius Hasdrubalis expugnari castra, quam, si se rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi; simul aut, si successisset cœptis, recepturum se afflictas res <sup>4</sup>; aut, si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma <sup>5</sup>, contemptum sui dempturum.

Ne tamen subita res et nocturnus terror etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret, alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit. *Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel præsens omnium nostrum, milites, fortuna fidem cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum iudicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse* <sup>6</sup>. *Quo enim tempore* <sup>7</sup>, *nisi metus mœrorem obstupesceretur, vix ita compos mei essem, ut aliqua solatia invenire ægro animo* <sup>8</sup> *possem; cogor vestram omnium vicem, quod difficillimum in lucto est, unus consulere* <sup>9</sup>, *et ne tum quidem* <sup>10</sup>, *ubi, quonam modo has reliquias duorum*

<sup>1</sup> metu substitisse rati: pensando, o cayendo, en la cuenta de que habían pagado tributo al miedo, o se habían dejado influir por el miedo.

<sup>2</sup> reliquias eum esse duorum exercituum... succurrebat: pensaban que aquel (enemigo) era restos de dos ejércitos.

<sup>3</sup> ad consilium... animum adjecit, ut...: tomó la resolución de...

<sup>4</sup> simul aut, si successisset cœptis recepturum se afflictas res: además de que, si salía bien la empresa, habría él levantado de la postración en que se hallaban las cosas de los romanos.

<sup>5</sup> ultro inferendo arma: atreviéndose a más de lo que podía esperarse.

<sup>6</sup> mihi hoc imperium, ut amplum iudicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse: puesto que me habéis concedido por vuestro sufragio una autoridad sin límites, por eso mismo es para mí más pesada y llena de responsabilidades.

<sup>7</sup> Quo enim tempore: Pues en aquel momento...

<sup>8</sup> ægro animo: para mi atribulado espíritu.

<sup>9</sup> cogor vestram omnium vicem... unus consulere: véome obligado a procurar yo solo por la suerte de todos vosotros.

<sup>10</sup> El orden es: et nequidem tum ubi cogilandum est quonam modo possim, etcétera.



*exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est, avertere animum ab assiduo mœrore libet*<sup>1</sup>. *Præsto est enim acerba memoria, et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomnisque agitant, et excitant sæpe somno: neu se, neu invictos per octo annos in his terris milites suos commilitones vestros, neu rempublicam patiar inultam, et suam disciplinam suaque instituta sequi jubent; et, ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere vos quoque velim, milites, non lamentis lacrymisque tamquam extinctos prosequi*<sup>2</sup>; *(vivunt vigentque fama rerum gestarum), sed quotiescumque occurret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dantes videatis eos ita prælia inire. Nec alia profecto species, hesterno die oculis animisque vestris oblata, memorabile illud edidit prælium*<sup>3</sup>, *quo documentum dedistis*<sup>4</sup> *hostibus, non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum, et, cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse. Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet*<sup>5</sup>, *quantum audeatis duce vestro auctore*<sup>6</sup>. *Non enim hesterno die, cum signum receptui dedi sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem volui; ut postmodo præparati incautos*<sup>7</sup>, *armati inermes atque etiam sopitos per occasionem aggredi posselis. Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo*<sup>8</sup>. *A vobis quoque profecto, si quis quærat, quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castratutati sitis, nihil aliud respondeatis, quam id ipsum timentes vos omnia et operibus firmata habuisse, et ipsos*

<sup>1</sup> *libet*: puedo.

<sup>2</sup> *Suple velim*.

<sup>3</sup> *Nec alia profecto species, hesterno die oculis animisque vestris oblata, memorabile illud edidit prælium*: Pues que no otra cosa que su imagen, que se vino a vuestras mientes y se reprodujo ante vuestros ojos, fué quien

dió aquella memorable batalla.

<sup>4</sup> *documentum dedistis*: probasteis.

<sup>5</sup> *experiri libet*: quiero probar.

<sup>6</sup> *duce vestro auctore*: siguiendo las órdenes de vuestro general.

<sup>7</sup> *incautos*: desprevenidos.

<sup>8</sup> *spem... conceptam habeo*: abrigo la esperanza.



paratos instructosque fuisse. Et ita se res habet <sup>1</sup>. Ad id, quod, ne timeatur fortuna facit, minime tuti sunt homines <sup>2</sup>: quia, quod neglexeris incautum atque apertum habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus. Audeamus quod credi non potest auros nos. Eo ipso quod difficillimum videtur, facillimum erit. Tertia vigilia noctis silenti agmine <sup>3</sup> ducam vos. Exploratum habeo <sup>4</sup>, non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse. Clamor in portis auditus et primus impetus castra ceperit. Tum inter torpidos somno, paventesque ad necopinatum tumultum, et inermes in cubilibus suis oppresos, illa cædes edatur <sup>5</sup>, a qua vos hesterno die revocatos ægre ferebatis. Scio audax videri consilium: sed in rebus asperis et tenui spe fortissima quæque consilia tutissima sunt <sup>6</sup>: quia, si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequidquam mox omissam quæras. Unus exercitus in propinquo est <sup>7</sup>: duo haud procul absunt. Nunc aggredientibus spes aliqua est: et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, et hesternæ eruptionis famam contemni desierimus <sup>8</sup>, periculum est, ne <sup>9</sup> omnes duces, omnes copiarum convenient. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus <sup>10</sup> hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes. Alia belli gerendi via nulla est. Proinde nihil, præter noctis proximæ opportunitatem, exspectemus. Ite, Deis bene juvantibus, corpora curate, ut integri vigentesque

<sup>1</sup> *Et ita se res habet*: Y así es la verdad.

<sup>2</sup> *Ad id, quod, ne timeatur fortuna facit, minime tuti sunt homines*: Los hombres no toman precaución alguna contra aquello que la fortuna hace que no se tema.

<sup>3</sup> *silenti agmine*: marchando en orden de batalla, pero en silencio.

<sup>4</sup> *Exploratum habeo*: Sé de ciencia cierta.

<sup>5</sup> *illa cædes edatur*: hágase aquella matanza.

<sup>6</sup> *in rebus asperis et tenui spe fortissima quæque consilia tutissima sunt*: en las situaciones difíciles y desesperadas, las más temerarias resoluciones son las más acertadas.

<sup>7</sup> *in propinquo est*: está cerca.

<sup>8</sup> *et hesternæ eruptionis famam contemni desierimus*: y dejamos que se pase la impresión de la salida de ayer.

<sup>9</sup> *periculum est, ne...*: corremos el peligro de que...

<sup>10</sup> *sustinebimus*: haremos frente.



*eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutati estis.* Læti et audiere ab novo duce novum consilium, et, quo audacius erat, magis placebat. Reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumptum: et major pars noctis quieti data est. Quarta vigilia movere.

Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copię Pœnorum <sup>1</sup>. Vallis cava intererat condensa arboribus. In hujus silvæ medio ferme spatio cohors Romana arte Punica abditur <sup>2</sup> et equites. Ita medio itinere intercepto, ceteræ copię silenti agmine ad proximos hostes ductæ. Et, cum statio nulla pro portis <sup>3</sup>, neque in vallo custodiæ essent, velut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt <sup>4</sup>, et tollitur clamor. Pars semisomnos hostes cædunt; pars ignes casis stramento arido tectis injiciunt<sup>5</sup>; pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quidquam sinunt. Incidunt inermes inter catervas armatorum; alii ruunt ad portas, alii obsæptis itineribus super vallum saliunt; et, ut quisque evaserat <sup>6</sup>, protinus ad castra altera fugiunt, ubi ab cohorte et equitibus ex occulto procurrentibus circumventi cæsique ad unum omnes sunt. Quamquam, etiam si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim, captis prioribus castris, in altera transcursum castra ab Romanis est <sup>7</sup>, ut prævenire nuntius cladis non posset. Ibi vero quo longius ab hoste aberant, et quia sub lucem pabulatum, lignatum, et prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac solu-

<sup>1</sup> *Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copię Pœnorum*: Seis millas más allá del campamento más próximo acampaban otras tropas cartaginesas.

<sup>2</sup> *abditur*: se emboscó.

<sup>3</sup> *cum stationulla pro portis (esset)*: no habiendo retén o guardia alguna delante de las puertas.

<sup>4</sup> *signa canunt*: suenan las trompetas.

<sup>5</sup> *pars ignes casis stramento arido*

*lectis injiciunt*: otros arrojan teas o estopas encendidas a las barracas de los soldados, que estaban cubiertas de paja u hojas secas.

<sup>6</sup> *et, ut quisque evaserat*: y a medida que iban escapando.

<sup>7</sup> *adeo raptim, captis prioribus castris, in altera transcursum castra ab Romanis est...*: después de tomado el campamento más próximo, marcharon al otro tan rápidamente los romanos...



ta invenere; arma tantum in stationibus posita; milites inermes, aut humi sedentes accubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum his tam securis solutisque Romani, callentes<sup>1</sup> adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria<sup>2</sup>, prælium ineunt<sup>3</sup>. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. Intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem et tumultum, facto<sup>4</sup>, atrox prælium oritur; diuque tenuissent<sup>5</sup>, nisi cruenta scuta Romanorum visa, indicium alterius cladis Pænis, atque inde pavorem injecissent. Hic terror in fugam avertit omnes<sup>6</sup>; effusique, qua iter est<sup>7</sup>, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris<sup>8</sup>. Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii<sup>9</sup>. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius<sup>10</sup>, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit; captos ad mille octingentos triginta; prædam ingentem partam; in ea fuisse clipeum argenteum pondo centum triginta octo<sup>11</sup>, cum imagine<sup>12</sup> Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium: altero prælio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale; decem millia occisa, quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est. Et veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt: flammam ei concionanti fusam e capite, sine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum: monumentumque

<sup>1</sup> *callentes*: enardecidos.

<sup>2</sup> *ferocesque victoria*: y envalentados con la victoria.

<sup>3</sup> *prælium ineunt*: vienen a las manos.

<sup>4</sup> *concurso ex totis castris ad primum clamorem et tumultum, facto*: habiendo acudido toda la gente del campamento cuando empezó la gritería y el desorden.

<sup>5</sup> *diuque tenuissent*: y lo hubieran sostenido mucho tiempo (el combate).

<sup>6</sup> *in fugam avertit omnes*: puso a todos en fuga, o hizo que todos hu-

yeran.

<sup>7</sup> *effusique, qua iter est*: y escapando por donde pudieron.

<sup>8</sup> *exuuntur castris*: les fueron tomados los reales.

<sup>9</sup> *ductu L. Marcii*: a las órdenes, o bajo la dirección, de L. Marcio.

<sup>10</sup> *auctor est Claudius*: dice Claudio, o sea Quinto Claudio Cuadrigario.

<sup>11</sup> *pondo centum triginta octo*: que pesaba ciento treinta y ocho libras romanas.

<sup>12</sup> *cum imagine*: con el retrato.



victoriæ ejus de Pœnis <sup>1</sup>, usque ad incensum Capitolium, fuisse in templo clipeum Marcium appellatum, cum imagine Hasdrubalis. Quietæ deinde aliquandiu in Hispania res fuere, utrisque, post tantas acceptas invicem illatasque clades, cunctantibus periculum summæ rerum facere <sup>2</sup>.

### III

*P. Scipio P. Filius qui in Hispania ceciderat, uno die novam Carthaginem expugnat* <sup>3</sup>.

In Hispania principio veris P. Scipio, navibus deductis <sup>4</sup>, evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque hostium inde Iberi fluminis petere jubet. Eodem legiones ex hibernis convenire cum jussisset, ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est <sup>5</sup>. Quo cum venisset, alloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, concione advocata, ita disseruit. *Nemo ante me novus imperator militibus suis prius, quam opera eorum usus esset* <sup>6</sup>, *gratias agere jure ac merito potuit. Me vobis, prius quam provinciam aut castra viderem, obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuosque fuistis* <sup>7</sup>; *deinde quod amissam tanta clade provincie possessionem, integram, et populo Romano successori mihi, virtute vestra obtinuistis. Sed cum jam benignitate Deum id paremus atque agamus* <sup>8</sup>, *non ut ipsi maneamus*

<sup>1</sup> *victoriæ ejus de Pœnis*: de aquella victoria alcanzada contra los cartagineses.

<sup>2</sup> *utrisque... cunctantibus periculum summæ rerum facere*: procurando cada cual evitar en lo posible el jugar el todo por el todo.

<sup>3</sup> Año 542 de la fundación de Roma, 210 antes de la venida de Nuestro Señor Jesucristo.

<sup>4</sup> *navibus deductis*: botadas al agua las naves.

<sup>5</sup> *profectus ad exercitum est*: marchó a ponerse al frente del ejército.

<sup>6</sup> *ante... quam opera eorum usus esset*: antes que hubiera experimentado su ayuda.

<sup>7</sup> *primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuosque fuistis*: primero por la veneración que habéis tenido a mi padre y tío en vida y después de muertos.

<sup>8</sup> *paremus atque agamus*: nos preparemos y dispongamos.



in Hispania, sed ne Pœni maneant, nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus transitum hostis, sed ut ultro transeamus transferamusque bellum; vereor, ne cui vestrum majus id audaciusque consilium, quam aut pro memoria cladum nuper accepturum, aut<sup>1</sup> pro ætate mea, videatur. Adversæ pugnæ in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt; quippe cui pater et patruus, intra triginta dierum spatium, ut alius super aliud cumularetur familiæ nostræ funus, interfecti sunt. Sed ut familiaris pœne orbitas ac solitudo frangit animum, ita publica cum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet. Eo fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera ommitto, Porsenam, Gallos, Samnites: a Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? Jam quid hoc bello memorem?<sup>2</sup> Omnibus aut ipse affui cladibus: aut quibus abfui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannæ, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum consulumque Romanorum? Adde defectionem Italicæ, Siciliæ majoris partis, Sardinicæ. Adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem<sup>3</sup> et mœnia Romana posita, et visum prope in portis victorem Hannibalem. In hac ruina rerum<sup>4</sup> stetit una integra atque immobilis virtus populi Romani. Hæc omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti Hasdrubali ad Alpes Italiamque qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani<sup>5</sup>, ductu auspicioque patris mei obstistis. Et hæc secundæ res illas adversas sustinuerunt<sup>6</sup>. Nunc, benignitate Deum, omnia secunda, prospera, in

<sup>1</sup> majus audaciusque... quam aut pro memoria cladum nuper accepturum, aut...: empeño más grande y atrevido de lo que consienten, ya el recuerdo de las derrotas recientemente sufridas, ya, etc.

<sup>2</sup> quid hoc bello memorem?: ¿para qué he de recordar los acontecimientos que se han realizado en esta gue-

rra?

<sup>3</sup> Río de Italia, llamado hoy Teverón.

<sup>4</sup> In hac ruina rerum: En esta situación tan angustiosa.

<sup>5</sup> nullum jam nomen esset populi Romani: no existiría ya ni el nombre del pueblo romano.

<sup>6</sup> sustinuerunt: contrapesaron.



*dies lætiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur* <sup>1</sup>. *In Sicilia Syracusæ* <sup>2</sup>, *Agrigentumque captum, pulsati tota insula hostes, receptaque provincia in ditioe populi Romani est* <sup>3</sup>. *In Italia Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Hannibal, in extremum angulum agri Brutii compulsus, nihil jam majus precatur Deos* <sup>4</sup>, *quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conveniat* <sup>5</sup>, *militibus, quam, cum aliæ super alias clades cumularentur, ac Dei prope ipsi cum Hannibale starent, vos hic cum parentibus meis (æquentur enim etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani, nunc eosdem, quia illic omnia secunda lætaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quæ acciderunt, utinam tam sine meo luctu quam vestro transissent! Nunc dii immortales imperii Romani præsides* <sup>6</sup>, *qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores, iidem auguriis auspiciisque, et per nocturnos etiam visus omnia læta ac prospera portendunt. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, præsentit, nostram Hispaniam esse; brevi extorre hinc omne Punicum nomen maria terrasque sæda fuga impleturum. Quod mens sua sponte divinatur, idem subjicit ratio* <sup>7</sup> *haud fallax. Vexati ab iis socii nostram fidem per legatos implorant. Tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna* <sup>8</sup>, *quæ nuper nos afflixit. Nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos, et diduxere exercitus; quæ patri patruoque meo causa exitii fuit. Nec discordia intestina coire eos in unum sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo, milites,*

<sup>1</sup> *omnia... in dies lætiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur*: todas las cosas van cada día más en auge y por mejor camino en Italia y Sicilia.

<sup>2</sup> *Suple captæ sunt.*

<sup>3</sup> *receptaque provincia in ditioe populi Romani est*: ha sido la provincia sometida a la autoridad del pueblo romano.

<sup>4</sup> *nihil jam majus precatur Deos*: lo que con más empeño pide a los dioses.

<sup>5</sup> *Quid igitur minus conveniat?...:* ¿Hay cosa más incomprensible?...

<sup>6</sup> *præsides*: protectores.

<sup>7</sup> *idem subjicit ratio*: eso mismo inspira la razón.

<sup>8</sup> *Eadem in illos ingruit fortuna*: Cúpoles la misma suerte.



*favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus*<sup>1</sup>. *Agite, milites veteres, novum exercitum novumque ducem; traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis sæpe a vobis peragralas*<sup>2</sup>. *Brevi faciam ut quemadmodum nunc noscitis in me patris patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque ad exemplum expressam effigiem vobis reddam, aut revixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.*

Hac oratione accensis militum animis, relicto ad præsidium regionis ejus<sup>3</sup> M. Silano, cum tribus millibus peditum et trecentis, equitibus, ceteras omnes copias (erant autem viginti quinque millia peditum, duo milia et quingenti equites) Iberum trajecit. Ibi, quibusdam suadentibus, ut, quoniam in tres tam diversas regiones discessissent Punici exercitus<sup>4</sup>, proximum aggredieretur, periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret, nec par esset unus tot exercitibus, Carthaginem Novam interim oppugnare statuit; urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam, (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant), sitam præterea cum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantævis classi<sup>5</sup>, et nescio an unum in Hispaniæ ora, qua nostro adjacet mari<sup>6</sup>. Nemo omnium, quo iretur, sciebat, præter C. Lælium. Is, classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore exercitus ostenderetur,

<sup>1</sup> *Vos modo, milites, favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus*: Ahora vosotros, soldados, honrad el nombre de los Escipiones en el descendiente de vuestros generales, como vástago que renace después de cortado el tronco.

<sup>2</sup> *terras cum multis fortibus factis sæpe a vobis peragralas*: tierras que tantas veces habéis recorrido sembrándolas de gloriosas hazafias.

<sup>3</sup> *ad præsidium regionis ejus*: para guarnecer aquella región.

<sup>4</sup> El uno, mandado por Asdrúbal, hijo de Amílcar, estaba en las inmediaciones de Sagunto; el otro, mandado por Magón, estaba cerca del *Castulensis Saltus*, en Sierra Morena; y el tercero, a las órdenes de Asdrúbal, hijo de Gisgón, acampaba en las inmediaciones de Cádiz.

<sup>5</sup> *quantævis classi*: para una escuadra, por numerosa que fuera.

<sup>6</sup> *in Hispaniæ ora, qua nostro adjacet mari*: en la costa del mar Mediterráneo. (Los romanos llamaban al Mediterráneo *Mare nostrum*.)



et classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est simul terra marique. Castra ab regione urbis, qua in Septentrionem versa est, posita: his ab tergo (nam frons<sup>1</sup> natura tuta erat) vallum objectum. Ceterum sita Carthago sic est. Sinus est maris media fere Hispaniæ ora, maxime Africo vento oppositus<sup>2</sup>, et quingentos passus introrsus rétractus, paululo plus passuum in latitudinem patens. Hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto portum ab omnibus ventis præterquam Africo tutum facit. Ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta mari, ab occasu stagnum claudit, paulum et ad septentrionem fusum; incertæ altitudinis, utcumque exæstuat aut deficit mare<sup>3</sup>. Continenti urbem jugum ducentos fere et quincuaginta passus patens conjungit. Unde cum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus, seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret.

Cetera, quæ munienda erant, cum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit; circumvectusque classem, cum monuisset præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent, omnia ubique primo obsessum hostem conari<sup>4</sup>: regressus in castra<sup>5</sup>, ut consilii sui rationem, quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, et spem potiundæ cohortando faceret, concione advocata, ita disseruit: *Ad urbem unam oppugnandum si quis vos adductos credit, is, magis operis vestri, quam emolumentum rationem exactam,*

<sup>1</sup> *frons*: la parte del campamento que miraba a la ciudad y estaba más cerca de ella, como *ab tergo* significa la parte opuesta, que estaba, por consiguiente, más lejos de la ciudad.

<sup>2</sup> *Africo vento oppositus*: opuesto al viento Suroeste, que en el Mediterráneo sopla del Africa.

<sup>3</sup> *incertæ altitudinis, utcumque exæstuat aut deficit mare*: de profundidad poco constante, según el flujo

o reflujo del mar.

<sup>4</sup> *omnia ubique primo obsessum hostem conari*: que al principio del asedio los sitiados harían en todas partes todo género de esfuerzos.

<sup>5</sup> El orden es: *regressus in castra, concione advocata disseruit, ita, ut ostenderet militibus rationem consilii sui, quod orsus esset potissimum bellum ab urbe oppugnanda, el cohortando faceret spem potiundi.*



*milites, habet* <sup>1</sup>. *Oppugnabitis enim vere mœnia unius urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium, regum, populorumque, qui simul in potestate vestra erunt; extemplo omnia, quæ nunc sub Carthaginensibus sunt, in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quippe qui mercenarios exercitus alant, et quæ nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamenta, et omnis apparatus belli est, qui simul et vos instruet, et hostes nudabit* <sup>2</sup>. *Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimamque urbe, tum opportunissima portu egregio, unde terra marique, quæ belli usus poscunt suppeditentur. Quæ cum magna ipsi habebimus, tum demperimus hostibus multo majora. Hæc illis arx, hoc horreum, cerarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam cursus est; hæc una inter Pyrenæum et Gades statio; hinc omni Hispaniæ imminet Africa. Sed quoniam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Carthaginem Novam oppugnandum totis viribus et bono animo transeamus. Quumque omnes una voce, hoc faciendum, succlamarent, eos Carthaginem duxit. Tum terra marique eam oppugnari jubet.*

Contra Mago Pœnorum dux, cum terra marique instrui oppugnationem videret, et ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte qua castra Romana erant, opponit; quingentis militibus arcem insedit <sup>3</sup>; quingentos tumulo urbis in Orientem verso <sup>4</sup> imponit; multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia, occurrere jubet. Patrefacta deinde porta, eos, quos in via ferente ad castra hostium instruxerat, mittit. Romani, duce ipso præcipiente, parumper cessere, ut propiores subsidiis in

<sup>1</sup> *is, magis operis vestri, quam emolumentum rationem exactam, milites, habet*: ése tiene conocimiento exacto más bien de lo que tenéis que trabajar, que de lo trascendental de vuestro trabajo.

<sup>2</sup> *qui simul et vos instruet, et hostes nudabit*: que a la par que os armará

a vosotros dejará desarmados a los enemigos.

<sup>3</sup> *quingentis militibus arcem insedit*: guarnece la fortaleza con quinientos soldados.

<sup>4</sup> *tumulo urbis in Orientem verso*: en la colina situada al Este de la ciudad.



certamine ipso submittendis essent. Et primo haud impari stetero acie <sup>1</sup>: subsidia deinde identidem summissa e castris, non averterunt solum in fugam hostes, sed adeo effussis institerunt <sup>2</sup>, ut, nisi receptui cecinisset <sup>3</sup>, permixti fugientibus irrupturi fuisse in urbem viderentur. Trepidatio vero non in praelio major, quam tota urbe fuit. Multae stationes pavore atque fuga desertae sunt, relictique muri, cum, qua cuique erat proximum <sup>4</sup>, desiluissent. Quod, ubi obversus Scipio in tumultum quem Mercurii vocant, animadvertit, multis partibus nudata defensoribus moenia esse, omnes e castris excitos ire ad oppugnandam urbem, et ferre scalas jubet. Ipse, trium praese juvenum validorum scutis oppositis <sup>5</sup> (ingens enim jam vis omnis generis telorum e muris volabat) ad urbem succedit, hortatur, imperat, quae in rem sunt <sup>6</sup> quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorque virtutis atque ignaviae cujusque adest. Itaque in vulnera ac tela ruunt; neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant. Et ab navibus eodem tempore ea, quae mari alluitur, pars <sup>7</sup> urbis oppugnari coepta est. Ceterum tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat. Dum aplicant, dum partim exponunt scalas militesque, dum, qua cuique proximum est, in terram evadere properant, ipsa festinatione et certamine alii alios impediunt <sup>8</sup>.

Inter haec repleverat jam Poenus armatis muros, et vis magna ex ingenti copia congesta telorum suppeditabat <sup>9</sup>. Sed neque viri, nec tela, ned quidquam aliud

<sup>1</sup> *primo haud impari stetero acie*: al principio permaneci6 dudoso el 6xito de la batalla.

<sup>2</sup> *adeo effussis institerunt*: con tal ahinco persiguieron a los fugitivos.

<sup>3</sup> *nisi receptui cecinisset*: si no hubiera dado la se6al de retirada.

<sup>4</sup> *qua cuique erat proximum*: por donde antes cada cual podfa.

<sup>5</sup> *trium praese juvenum validorum scutis oppositis*: llevando delante de s6 a tres esforzados j6venes que le protegfan con sus escudos.

<sup>6</sup> *hortatur, imperat, quae in rem sunt*: previene y ordena las disposiciones necesarias, o del momento.

<sup>7</sup> *ea, quae mari alluitur, pars*: aquella parte que ba6a el mar.

<sup>8</sup> *alii alios impediunt*: unos embrazan a otros.

<sup>9</sup> *et vis magna ex ingenti copia telorum suppeditabat*: y desde los muros lanzaban una lluvia de dardos de los muchos que all6 habfa almacenados.



æque, quam mœnia ipsa, sese defendebant. Raræ enim scalæ altitudini æquari poterant, et, quo quæque altiores eo infirmiores erant. Itaque, cum summus quisque evadere non posset <sup>1</sup>, subirent tamen alii, onere ipso frangebantur. Quidam, stantibus scalis, cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. Et cum passim homines scalæque ruerent, et ipso successu audacia atque alacritas hostium cresceret, signum receptui datum est; quod spem non præsentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed etiam in posterum dedit, scalis et corona capi urbem non posse <sup>2</sup>; opera et difficilia esse <sup>3</sup>, et tempus datura, ad ferendam opem, imperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab defessis jam vulneratisque recentes integrosque alios accipere scalas jubet, et vi majore aggredi urbem. Ipse, ut ei nuntiatum est, æstum decedere <sup>4</sup>, quod <sup>5</sup> per pisces Tarraconenses, nunc levibus cymbis, nunc, ubi eæ siderent, vadis pervagatos stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari <sup>6</sup>, eo secum armatos duxit. Medium ferme diei erat: et ad id, quod sua sponte cedente in mare æstu trahebatur aqua <sup>7</sup>, acer etiam Septentrio ortus <sup>8</sup> inclinatum stagnum eodem, quo æstus, ferebat, et adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. Hoc, cura ac ratione compertum, in prodigium ac Deos vertens Scipio <sup>9</sup>, qui ad transitum Romanis mare ver-

<sup>1</sup> *summus quisque evadere non posset*: el que estaba más arriba no podía saltar al muro.

<sup>2</sup> El orden es: *quod non modo dedit obsessis spem quietis præsentis ab labore ac certamine tanto, sed etiam (dedit eis spem) in posterum urbem non posse capi scalis et corona.*

<sup>3</sup> *opera et difficilia esse*: que las operaciones del sitio no sólo eran difíciles...

<sup>4</sup> *æstum decedere*: que las olas del mar, por efecto del reflujo, se retiraban de la muralla.

<sup>5</sup> El orden es: *quod per pisces Tarraconenses, pervagatos stagnum,*

*nunc levibus cymbis, nunc vadis, ubi eæ (cymbæ) siderent, habebat compertum transitum facilem ad murum dari pedibus...*

<sup>6</sup> *facilem pedibus ad murum transitum dari*: que podía pasarse fácilmente a pie al muro.

<sup>7</sup> *et ad id, quod sua sponte cedente in mare æstu trahebatur aqua*: y cuando, por un fenómeno natural, el agua se retiraba con el reflujo.

<sup>8</sup> *acer Septentrio ortus*: habiéndose levantado un fuerte viento norte.

<sup>9</sup> *in prodigium ac Deos vertens Scipio*: atribuyéndolo Escipión a prodigio y favor de los dioses.



terent, et stagna auferrent, viasque ante nunquam initas humano vestigio aperire, Neptunum jubebat ducem itineris sequi, ac medio stagno evadere ad mœnia.

Ab terra ingens labor succedentibus erat <sup>1</sup>: nec altitudine tantum mœnium impediabantur, sed quod euntes ad antipites utrimque ictus subjectos habebant Romanos <sup>2</sup>; ut latera infestiora subeuntibus, quam adversa corpora, essent <sup>3</sup>. At parte in alia quingentis et per stagnum facilis transitus, et in murum ascensus inde fuit. Nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni præsidio satis creditum foret <sup>4</sup>; nec ulla armatorum statio aut custodia opposita, intentis omnibus ad opem eo ferendam, unde periculum ostendebatur. Ubi urbem sine certamine intravere, pergunt inde, quanto maximo cursu poterant <sup>5</sup>, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. In quod adeo intenti omnium non animi solum fuere, sed etiam oculi auresque pugnantium spectantiumque et adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo senserit captam urbem, quam tela in aversos inciderunt, et utrimque ancipitem hostem habebant. Tunc, turbatis defensoribus metu, et mœnia capta <sup>6</sup>, et porta intus forisque pariter refringi cœpta; et mox cædendo confractis ac distractis ne iter impediretur foribus, armati impetum fecerunt. Magna multitudo et muros trascendebat; sed hi passim ad cædem oppidanorum versi. Illa, quæ portam ingressa erat, justa acies, cum ducibus, cum ordinibus <sup>7</sup>, media urbe in forum processit. Inde cum iti-

<sup>1</sup> *Ab terra ingens labor succedentibus erat*: Por la parte de tierra tenían que afrontar grandes peligros los que avanzaban (hacia los muros).

<sup>2</sup> *sed quod euntes ad antipites utrimque ictus subjectos habebant (mœnia) Romanos*: sino porque al avanzar los romanos (sobre la muralla), se veían necesariamente atacados por ambos lados. (Sin duda las murallas de Cartagena tenían ángulos entrantes y salientes, circunstancia única que puede explicar este pasaje, uno de los más difíciles de Tito Livio.)

<sup>3</sup> *ut latera infestiora subeuntibus,*

*quam adversa corpora, essent*: de suerte que los que avanzaban tenían que defender los costados más que el frente.

<sup>4</sup> *ut ubi ipsius loci ac stagni præsidio satis creditum foret*: como que se creía que allí había bastante defensa con el mar y lo inaccesible del terreno.

<sup>5</sup> *quanto maximo cursu poterant*: a todo correr.

<sup>6</sup> *Suple sunt*.

<sup>7</sup> *cum ducibus, cum ordinibus*: con sus jefes a la cabeza y en orden de batalla.



neribus fugientes videret hostes, alios ad tumulum in orientem versum, qui tenebatur quingentorum militum præsidio, alios in arcem in qua et ipse Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsifuerant, refugerat; partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit. Et tumulus primo impetu est captus, et Mago, arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena videret, neque spem ullam esse, se arcemque et præsidium dedit. Quoad dedita arx est, cædes tota urbe passim factæ, nec ulli puberum, qui obuius fuit, pareebatur. Tum, signo dato, cædibus finis factus. Ad prædam victores versi, quæ ingens omnis generis fuit.

Liberorum capitum virilis sexus ad decem millia capta. Inde, qui cives Novæ Carthaginis erant, dimisit<sup>1</sup>: urbemque et sua omnia, quæ reliqua iis bellum fecerat, restituit. Opifices ad duo millia hominum erant: eos publicos fore populi Romani edixit<sup>2</sup>, cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam navassent. Ceteram multitudinem incolarum juvenum ac validorum servorum, in classem ad supplementum remigum dedit, et auxerat navibus octo captivis<sup>3</sup> classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erant, quorum perinde ac si sociorum liberi essent, cura habita<sup>4</sup>. Captus et apparatus ingens belli; catapultæ maximæ formæ<sup>5</sup> centum viginti, minoris ducentæ octoginta et una; ballistæ majores viginti tres, minores quinquaginta duæ; scorpionum<sup>6</sup> majorum minorumque et armorum telorumque ingens numerus; signa militaria septuaginta quatuor. Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis<sup>7</sup>: pateræ aureæ fuerunt

<sup>1</sup> *dimisit*: dió libertad.

<sup>2</sup> *eos publicos fore populi Romani edixit*: mandó que fuesen siervos públicos del pueblo romano.

<sup>3</sup> *navibus octo captivis*: con ocho naves apresadas.

<sup>4</sup> *quorum perinde ac si sociorum liberi essent, cura habita*: a los cuales se atendió lo mismo que si fuesen hijos de aliados.

<sup>5</sup> *catapultæ maximæ formæ...*: catapultas de gran calibre; *minoris (formæ)*: de pequeño calibre.

<sup>6</sup> Los escorpiones eran también armas con que se arrojaban piedras, dardos y bolas de plomo.

<sup>7</sup> *Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis*: Y gran cantidad de oro y plata, de que se dió cuenta al general.



ducentæ septuaginta sex, librales ferme omnes pondo; argenti facti signatique <sup>1</sup> decem et octo millia et trecenta pondo; vasorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia C. Flaminio quæstori appensa annumerataque sunt. Tritici quadraginta millia modium, hordei ducenta septuaginta. Naves onerariæ sexaginta tres in portu expugnatae captæque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea ferroque, et lintheis, et sparto, et navali alia materia ad classem ædificandam; ut minimum omnium, inter tantas opes belli captas, Carthago ipsa fuerit.

Eo die Scipio, C. Lælio cum sociis navalibus urbem custodire jusso, ipse in castra legiones reduxit; fessosque milites omnibus uno die belli operibus (quippe qui et acie dimicassent, et capienda urbe tantum laboris periculique adissent <sup>2</sup>, et capta, cum iis qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnassent) curare corpora jussit. Postero die, militibus navalibusque sociis convocatis, primum diis immortalibus laudesque et grates egit, qui se non urbis solum opulentissimæ omnium in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eo conguessissent <sup>3</sup> omnis <sup>4</sup> pæne Africæ atque Hispaniæ opes; ut neque hostibus quidquam relinqueretur, et sibi ac suis omnia superessent. Militum deinde virtutem collaudavit, quod eos non eruptio hostium, non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, non munitissima arx deterruisset, quo minus transcenderent omnia perumperentque. Itaque, quamquam omnibus omnia deberet, præcipuum muralis coronæ decus ejus esse; qui <sup>5</sup> primus murum ascendisset; profiteretur, qui se di-

<sup>1</sup> *argenti facti signatique*: de plata labrada y acuñada.

<sup>2</sup> *et capienda urbe tantum laboris periculique adissent*: que en la toma de la ciudad habían pasado tantos peligros y fatigas.

<sup>3</sup> *sed ante eo conguessissent*: sino que habían amontonado delante de él, o puesto en su poder.

<sup>4</sup> *omnis* por *omnes*.

<sup>5</sup> *præcipuum muralis coronæ decus ejus esse; qui...*: que la distinción honrosa de la corona mural pertenecía a aquel que... (La corona mural era de oro, y almenada como los muros de una plaza fuerte. Se concedía, como aquí dice Tito Livio, al primero que en un cerco escalaba el muro de la plaza sitiada.)



gnum eo duceret dono. Duo professi sunt: Q. Trebellius centurio legionis quartæ, et Sex. Digitius socius navalis. Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum<sup>1</sup>. Sociis C. Lælius præfectus classis, legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat<sup>2</sup>. Ea contentio cum prope in seditionem veniret<sup>3</sup>, Scipio tres recuperatores<sup>4</sup> cum se daturum pronuntiasset, qui, cognita causa testibusque auditis, judicarent, uter prior in oppidum transcendisset; C. Lælio et M. Sempronio advocatis partis utriusque P. Cornelium Caudinum de medio adjecit; eosque tres recuperatores considerare et causam cognoscere jussit. Cum res eo majore ageretur certamine, quod amoti tantæ dignitatis non tam advocati, quam moderatores studiorum fuerant<sup>5</sup>; C. Lælius, relicto consilio, ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet, *rem sine modo ac modestia agi; ac prope esse, ut manus inter se conserant. Cæterum, etiamsi vis absit, nihilo minus detestabili exemplo rem agi; quippe ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos paratos jurare, magis quæ vellent, quam quæ sciant, vera esse, et obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem. Hæc se ad eum de sententia P. Cornelii et M. Sempronii deferre.* Scipio, collaudato Lælio, ad concionem advocavit pronuntiavitque, *se satis compertum habere, Q. Trebellium et Sex. Digitium pariter in murum ascendisse; seque eos ambos, virtutis causa, coronis muralibus donare.*

<sup>1</sup> *Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum:* Y ellos mismos no sostenían entre sí sus pretensiones con un empeño tan grande como la pasión que cada cual había excitado entre sus camaradas de cuerpo (Trebelio entre los legionarios, y Digleio entre los auxiliares navales).

<sup>2</sup> *aderat:* favorecía, o apoyaba.

<sup>3</sup> *cum prope in seditionem veniret:* llegando casi a convertirse en una sedición.

<sup>4</sup> *recuperatores:* asesores, o jueces, que se nombraban para dirimir una contienda.

<sup>5</sup> *Cum res majore ageretur certamine, quod amoti tantæ dignitatis non tam advocati, quam moderatores studiorum fuerant:* Habiéndose promovido competencia más enconada, porque los que se habían retirado (Cayo Lelio y Sempronio Tuditano, nombrados jueces por Escipión), más bien que defensores eran moderadores de la pasión con que se disputaba tan grande dignidad.



Tum reliquos prout cuique meritum virtusque erat, donavit: ante omnes C. Lælium præfectum classis et omni genere laudis sibimet ipse æquavit, et corona aurea ac triginta bubus donavit...

Ceterum Scipio, vocatis obsidibus, primum universos bonum animum habere jussit. *Venisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio, quam metu, obligare homines malit; exterisque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi subjectas servitio*<sup>1</sup>. Deinde, acceptis nominibus civitatum<sup>2</sup>, recensuit captivos, quot ejusque populi essent; et nuntios domum misit, ut ad suos quisque recipiendos venerit. Si quarum forte civitatum legati aderant, iis præsentibus suos restituit; ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit<sup>3</sup>. Inter hæc e media turba obsidum mulier magno natu<sup>4</sup>, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obtestarique cœpit, ut curam cultumque feminarum impensius custodibus commendaret. Cum Scipio *nihil profecto defuturum* diceret, tum rursus mulier, *Haud magni ista facimus*<sup>5</sup>, inquit: *quid enim huic fortunæ non satis est? Alia me curæ ciatatem harum intentuem (nam ipsa jam extra periculum injuriæ muliebris sum), stimulat. Ætate et forma florentes circa erant Indibilis filiæ, aliæque nobilitate pari, quæ omnes eam pro parente colebant*<sup>6</sup>. Tum Scipio, *Mecæ populique Romani disciplinæ causa facerem*<sup>7</sup>, inquit, *ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur. Nunc, ut id curem impensius vestra quoque*

<sup>1</sup> *exterisque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi subjectas servitio*: y que quería que las naciones extranjeras estuviesen unidas a él por los lazos de la lealtad y de la alianza, más bien que sometidas a triste esclavitud.

<sup>2</sup> *acceptis nominibus civitatum*: habiéndose enterado de los nombres de los pueblos.

<sup>3</sup> *ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit*:

dió al cuestor Cayo Flaminio el encargo de que cuidase y atendiese a los demás.

<sup>4</sup> *magno natu*: de avanzada edad.

<sup>5</sup> *Haud magni ista facimus*: no damos a eso gran importancia.

<sup>6</sup> *eam pro parente colebant*: la respetaban como madre.

<sup>7</sup> *Mecæ populique Romani causa facerem*: Procuraría, por razón de mis sentimientos y los del pueblo romano...



*virtus dignitasque facit, quæ ne in malis quidem oblita decoris matronalis estis. Spectatæ deinde integritatis viro*<sup>1</sup> tradidit eas, tuerique haud secus verecunde ac modeste<sup>2</sup>, quam hospitem conjuges ac matres, jussit. Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam parentesque, inter cetera accepit, desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti<sup>3</sup>: Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, cum interim audiret, deperire eum sponsæ amore, ubi primum venit, accuratiore eum sermone quam parentes, alloquitur. *Juvenis, inquit, juvenem appello, quo minus sit inter nos hujus sermonis verecundia. Ego cum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset, audiremque eam tibi cordi esse, et forma faceret fidem*<sup>4</sup>, quia ipse, si frui liceret ludo ætatis, præsertim recto et legitimo amore, et non respública animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem: tuo, cujus possum, amori faveo. *Fuit sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos, verecundia*<sup>5</sup>: servata tibi est, ut inviolatum et dignum me teque dare tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor: amicus populo Romano sis. *Et si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hæ gentes norant*<sup>6</sup>, scias multos nostri similes in civitate Romana esse, nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum

<sup>1</sup> *Spectatæ deinde integritatis viro:* A un hombre de honradez probada.

<sup>2</sup> *haud secus verecunde ac modeste:* con el mismo miramiento y respeto.

<sup>3</sup> *desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti:* que estaba prometida en matrimonio a un joven príncipe celtibero.

<sup>4</sup> *audiremque eam tibi cordi esse, et forma faceret fidem:* y habiendo yo oído que la amabas con todo tu corazón, y confirmándolo su hermosura.

<sup>5</sup> *Fuit sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos, verecundia:* Tu prometida, mientras estuvo en mi poder, fué tratada con los mismos miramientos que en casa de tus suegros, sus padres.

<sup>6</sup> *Et si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hæ gentes norant:* Y si crees que yo soy tan hombre de bien como mi padre y mi tío, a quienes antes conocieron estos pueblos.



*malis* <sup>1</sup>. Adolecens, simul pudore et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam, quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo atque illius erga se merito esset <sup>2</sup>. Parentes inde cognatique virginis appellati. Qui quoniam gratis sibi redderetur virgo, ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus, orare Scipionem, ut id ab se donum acciperet, cœperunt: haud minorem ejus rei apud se gratiam futuram esse affirmantes, quam redditæ inviolatæ foret virginis. Scipio, quando tanto opere peterent, accepturum se pollicitus, poni ante pedes jussit: vocatoque ad se Allucio, *Super dotem, inquit, quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent*; aurumque tollere, ac sibi habere jussit. His lætus donis honoribusque dimissus domum, implevit populares laudibus meritis Scipionis: *Venisse diis simillimum juvenem, vincentem omnia, cum armis tum benignitate ac beneficiis*. Itaque, delectu clientium habito, cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit.

<sup>3</sup> Scipio retentum secum Lælium, dum captivos obsidesque et prædam ex consilio ejus disponeret, satis omnibus compositis, data quinquere me, captivisque Magone et quindecim fere senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in navem impositis, nuntium victoriæ Romam mittit. Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumpsit. Primo die legiones in armis <sup>4</sup> quatuor millium spatio decurrerunt: secundo die armaturæ et tergere ante tentoria jussit: tertio die rudi-

<sup>1</sup> *nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem quisque esse velis, aut amicum malis*: y que no hay hoy en la tierra, puede decirse, otro pueblo cuya enemistad sea para ti y los tuyos más temible, y cuya amistad sea más provechosa.

<sup>2</sup> *quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo atque illius erga se merito esset*: puesto que él no

tenía medios para dárse las (las gracias) en proporción de su voluntad y del beneficio que Escipión le había hecho.

<sup>3</sup> El orden es: *Scipio mittit Romam nuntium victoriæ Lælium retentum secum, dum disponeret captivos obsidesque et prædam ex consilio ejus, etc.*

<sup>4</sup> *in armis*: sobre las armas, o armadas.



bus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus jaculati sunt <sup>1</sup>: quarto die quies data: quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris quietisque, quoad <sup>2</sup> Carthagine morati sunt, servarunt. Remigium classicique milites, tranquillo in altum eVecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra marique corpora simul animosque ad bellum acuebant. Urbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis. Dux, cuncta pari cura obibat. Nunc in classe ac navali <sup>3</sup> erat: nunc cum legionibus decurrebat: nunc operibus aspiciendis tempus dabat, quæque in officinis, quæque in armamentario ac navalibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat <sup>4</sup>. His ita inchoatis reffectisque, quos quassaverat, muris dispositisque præsidiiis ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, a multis legationibus protinus in via aditus <sup>5</sup>: quas partim dato responso ex itinere dimisit, partim distulit Tarraconem, quo omnibus novis veteribusque sociis edixerat conventum. Et cuncti fere qui cis Iberum incolunt populi, multi etiam ulterioris provinciæ convenerunt. Carthaginensium duces primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserunt <sup>6</sup>: deinde ut clarior res erat, quam ut tegi ac dissimulari posset <sup>7</sup>, elevabant verbis: *Nec opinato adventu ac prope furto unius diei urbem unam Hispa-*

<sup>1</sup> *rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus jaculati sunt*: pelearon entre sí con palos, semejando un combate formal, y se ejercitaron arrojando dardos embotados. (El *rudis* era una especie de espada de madera que servía para ejercitarse los gladiadores y soldados en el arte de la esgrima.)

<sup>2</sup> *quoad*: mientras que.

<sup>3</sup> *in classe ac navali*: en las naves y el arsenal.

<sup>4</sup> *nunc operibus aspiciendis tempus dabat, quæque in officinis, quæque in armamentario ac navalibus fabrorum*

*multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat*: ya dedicaba el tiempo a inspeccionar las obras y el trabajo que todos los días y en competencia hacía una multitud de obreros en los talleres, en los almacenes y en el arsenal.

<sup>5</sup> *a multis legationibus protinus in via aditus*: se encontró en el camino con muchas embajadas.

<sup>6</sup> *famam compresserunt*: ocultaron la noticia.

<sup>7</sup> *deinde ut clarior res erat, quam ut tegi ac dissimulari posset*: luego cuando el hecho fué tan público, que ni podía ocultarse ni disimularse...



*niæ interceptam. Cujus rei tam parvæ præmio elatum insolentem juvenem, immodico gaudio speciem magnæ victoriæ imposuisse*<sup>1</sup>. *At ubi, appropinquare tres duces, tres victores hostium exercitus audisset, occursuram ei extemplo domesticorum funerum memoriam. Hæc in vulgus jactabant, haudquaquam ipsi ignari, quantum sibi ad omnia virium, Carthagine amissa, decessisset*<sup>2</sup>.

#### IV

*Ab eodem P. Scipione tandem devicti plane sunt Carthaginienses atque ab Hispania depulsi*<sup>3</sup>.

Prælio victi Carthaginienses, duce amisso, in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant... Ibi tum Hasdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux<sup>4</sup>, regressus ab Gadibus, rebellandi spem adjuvante Magone Hamilecaris filio<sup>5</sup>, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinquaginta millia peditum et quatuor millia et quingentos equites armavit. De equestribus copiis ferme inter auctores convenit: peditum septuaginta millia quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt. Ibi super campos patentes duo duces Pœni, ea mente ne detrectarent certamen<sup>6</sup>, consederunt.

Scipio, cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantæ se parem fore multitudini ratus, ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia, neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut, mutando fidem, quæ cladis causa fuisset patri patruoque, magnum mo-

<sup>1</sup> *speciem magnæ victoriæ imposuisse*: le había dado las apariencias de una gran victoria.

<sup>2</sup> *quantum sibi ad omnia virium, Carthagine amissa, decessisset*: cuánto habían menguado sus fuerzas para todo con la pérdida de Cartagena.

<sup>3</sup> Año 546 de la fundación de Roma, 206 antes de Jesucristo.

<sup>4</sup> *clarissimusque eo bello secundum*

*Barcinos dux*: y caudillo el más esclarecido en aquella guerra, después de los Barcas.

<sup>5</sup> *rebellandi spem adjuvante Magone Hamilecaris filio*: favoreciendo Magón, hijo de Amílecar, su propósito de renovar la guerra.

<sup>6</sup> *ea mente ne detrectarent certamen*: con el propósito de no esquivar el combate.



mentum facerent<sup>1</sup>, præmisso Silano ad Coleham, duodeviginti oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat, acciperet, ipse ab Tarracone profectus, protinus ab sociis, qui accolunt viam, modica contrahendo auxilia, Castulonem pervenit. Eo adducta ab Silano auxilia tria millia peditum et quingenti equites. Inde ad Bæculam urbem progressus omni exercitu civium, sociorum peditum equitumque quinque et quadraginta millibus. Castra ponentes eos Mago et Masinissa cum omni equitatu aggressi sunt: turbassentque munientes, ni abditi post tumulum opportune ad id positum ab Scipione<sup>2</sup>, equites improvise in effusos incurrissent. Hi promptissimum quemque, et proxime vallum, atque in ipsos munitores primum invectum, vixdum prælio inito, fuderunt: cum ceteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant, longior et diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab stationibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere deducti milites, atque arma capere jussi plures et integri fessis subirent<sup>3</sup>, magnumque jam agmen armatorum a castris in prælium rueret, terga haud dubie vertunt Pœni Numidæque. Et primo turmatim abibant, nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus<sup>4</sup>: dein, postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat, nihil jam ordinum memores, passim qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur. Et quamquam eo prælio aliquantum et Romanis aucti et deminuti hostibus animi erant, tamen nunquam aliquot insequentis dies ab excursionibus equitum levisque armaturæ cessatum est.

Ubi satis tentatæ per hæc levia certamina vires sunt,

<sup>1</sup> *magnum momentum facerent*: le pusieron en grande aprieto.

<sup>2</sup> *ni abditi post tumulum opportune ad id positum ab Scipione, equites...*: ni la caballería escondida por Escipión detrás de un montecillo perfectamente situado para este fin.

<sup>3</sup> *cum... plures integri fessis subi-*

*rent*: cuando fuerzas numerosas y de refresco caían, o venían, sobre los fatigados.

<sup>4</sup> *nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus*: sin que el miedo y el apresuramiento los desordenara.



prior Hasdrubal in aciem copias eduxit: deinde et Romani processere. Sed utraque acies pro vallo stetit instructa: et cum ab neutris pugna cœpta esset, jam die ad occasum inclinante, a Pœno prius, deinde ab Romano in castra copiæ reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper Pœnus copias castris educebat, prior fessis stando signum receptui dabat<sup>1</sup>. Ab neutra parte procursum, telumve missum, aut vox ulla orta. Mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienses mixti Afris, cornua socii tenebant<sup>2</sup>: erant autem utrimque Hispani pro cornibus. Ante Punicam aciem elephantum castellorum procul speciem præbebant<sup>3</sup>. Jam hoc in utrisque castris sermonis erat<sup>4</sup>, ita, ut instructi stetissent, pugnatueros. Medias acies Romanum Pœnumque, quos inter belli causa esset<sup>5</sup>, pari robore animorum armorumque concursuros. Scipio ubi hæc obstinate credita animadvertit, omnia de industria in eum diem quo pugnaturus erat, mutavit. Tesseram vesperi per castra dedit<sup>6</sup>, ut ante lucem viri equique curati et pransi essent; armatus eques frenatos instratosque teneret equos. Vixdum satis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in stationes punicas immisit<sup>7</sup>; inde confestim ipse cum gravi agmine legionum<sup>8</sup> procedit, præter opinionem destinatam suorum hostiumque<sup>9</sup>, Romano milite cornibus firmatis, sociis in mediam aciem acceptis. Hasdrubal, clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo prosiluit tumultumque ante vallum et trepidationem suorum et procul signa legionum fulgentia, plenosque hostium campos vidit, equitatum omnem extemplo in equites

<sup>1</sup> *fessis stando signum receptui dabat*: daba la señal de retirarse a sus tropas, cansadas de estar sobre las armas.

<sup>2</sup> *tenebant*: ocupaban.

<sup>3</sup> *castellorum procul speciem præbebant*: parecían castillos mirados de lejos.

<sup>4</sup> *Jam hoc in utrisque castris sermonis erat, ita... pugnatueros...*: Ya en ambos campos se decía que pelearían tal cual...

<sup>5</sup> *quos inter belli causa esset*: que

eran los más interesados en la guerra.

<sup>6</sup> *Tesseram vesperi per castra dedit*: A la caída de la tarde hizo correr por el campamento la orden (del siguiente día).

<sup>7</sup> *in stationes punicas immisit*: destacó contra los retenes cartagineses.

<sup>8</sup> *cum gravi agmine legionum*: con la infantería de línea de las legiones.

<sup>9</sup> *præter opinionem destinatam suorum hostiumque*: contra lo que esperaban los suyos y los enemigos.



emittit <sup>1</sup>. Ipse cum peditum agmine castris egreditur, nec ex ordine solito quidquam acie instruenda <sup>2</sup> mutat. Equitum jam diu anceps pugna erat <sup>3</sup>; nec ipsa per se decerni <sup>4</sup> poterat, quia pulsus (quod prope in vicem fiebat <sup>5</sup>) in aciem peditum tutus receptus erat. Sed ubi jam haud plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo receptui dato, Scipio, patefactisque ordinibus <sup>6</sup>, equitatum omnem levemque armaturam in medium acceptam divisamque in partes duas, in subsidiis post cornua locat <sup>7</sup>. Inde, ubi incipiendæ jam pugnae tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu <sup>8</sup> incedere jubet. Ipse e dextro cornu (ibi namque præerat) nuntium ad Silanum et Marcium mittit, ut cornu extenderent <sup>9</sup> in sinistra parte, quemadmodum se tendentem a dextra vidissent: et cum expeditis peditum equitumque <sup>10</sup> prius pugnam consererent cum hoste, quam coire inter se mediæ acies possent. Ita diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus, ternisque equitum turmis, ad hoc velitibus <sup>11</sup>, citato gradu <sup>12</sup> in hostem ducebant <sup>13</sup>, sequentibus in obliquum alis. Sinus in medio erat <sup>14</sup>, quia segnius Hispanorum signa incedebant: et jam conflixerant cornua, cum, quod roboris in acie hostium erat, Pœni veterani Afrique nondum ad teli coniectum venissent <sup>15</sup>, neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, discurrere auderent <sup>16</sup>, ne aperirent mediam aciem

<sup>1</sup> *equitatum omnem in equites emittit*: mandó toda la caballería contra la caballería romana.

<sup>2</sup> *acie instruenda*: al formar su ejército.

<sup>3</sup> *Equitum jam diu anceps pugna erat*: Manténase hacía mucho tiempo indeciso el combate sostenido por la caballería.

<sup>4</sup> *decerni*: decidirse.

<sup>5</sup> *prope in vicem fiebat*: casi alternativamente.

<sup>6</sup> *patefactisque ordinibus*: ensanchando las filas, o abriéndolas.

<sup>7</sup> *in subsidiis post cornua locat*: los sitúa, o pone, con la reserva detrás de los flancos.

<sup>8</sup> *presso gradu*: despacio.

<sup>9</sup> *cornu extenderent*: desplegasen el ala.

<sup>10</sup> *cum expeditis peditum equitumque*: con la infantería y caballería de refresco.

<sup>11</sup> *ad hoc velitibus*: con las tropas ligeras necesarias para esto.

<sup>12</sup> *citato gradu*: a toda prisa.

<sup>13</sup> *Suple Silanus et Marcius*.

<sup>14</sup> *Sinus in medio erat*: Formaba el centro un recodo o un semicírculo. (Aquí parece que Escipión siguió la misma táctica que Aníbal en Cannas.)

<sup>15</sup> *nondum ad teli coniectum venissent*: no habían aún llegado a tiro de flecha.

<sup>16</sup> *discurrere auderent*: se atrevían a acudir.



venienti ex adverso <sup>1</sup> hosti. Cornua ancipiti prælio urgebantur <sup>2</sup>: eques levisque armatura, velites circumductis alis in latera incurrebant; cohortes a fronte urgebant, ut abrumperent cornua a cetera acie <sup>3</sup>.

Et tum ab omni parte <sup>4</sup> haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Baliarium tyronumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat <sup>5</sup> et procedente jam die, vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum cœperant, oppressos matutino tumultu, coactosque priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat <sup>6</sup> Scipio, ut sera pugna esset. Nam ab septima demum hora <sup>7</sup> peditum signa cornibus incurrerunt. Ad medias acies aliquanto serius pervenit pugna <sup>8</sup>: ita ut prius æstus a meridiano sole, laborque standi sub armis, et simul fames sitisque corpora afficerent, quam manus cum hoste consererent. Itaque steterunt scutis innixi. Nam super cætera elephantum etiam, tumultuoso genere pugnae equitum velitumque et levis armaturæ consternati, e cornibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi igitur corporibus animisque retulere pedem, ordines tamen servantes <sup>9</sup>, haud secus, quam si imperio ducis cederet integra acies. Sed cum eo ipso acrius, ubi inclinatum sensere rem, victores se undique inveherent, nec facile impetus sustineri posset; quamquam retinebat obsistebatque cedentibus Hasdrubal, *ab tergo esse colles tutumque receptum, si modice se recipere* <sup>10</sup>, clamitans: tamen, vincente verecundiam metu, cum proximus quisque hostem cederet <sup>11</sup>, terga extemplo data, atque

<sup>1</sup> *ex adverso*: de frente.

<sup>2</sup> *ancipiti prælio urgebantur*: tenían que sostener dos combates.

<sup>3</sup> *ut abrumperent cornua a cetera acie*: para separar, o incomunicar, los flancos con el resto del ejército.

<sup>4</sup> *ab omni parte*: por todas partes.

<sup>5</sup> *turba Baliarium tyronumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat*: las tropas de los baleares y bisoños españoles luchaban con los soldados romanos y latinos (que eran veteranos).

<sup>6</sup> *diem extraxerat*: había entrete-

nido el tiempo.

<sup>7</sup> *ab septima hora*: después de la una de la tarde.

<sup>8</sup> *Ad medias acies aliquanto serius pervenit pugna*: En el centro del ejército llegóse a las manos algo más tarde.

<sup>9</sup> *ordines tamen servantes*: pero guardando el orden de batalla.

<sup>10</sup> *si modice se recipere*: si se retiraban con orden.

<sup>11</sup> *cum proximus quisque hostem cederet*: cediendo el terreno los que más próximos estaban al enemigo.



in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere signa in radicibus collium, ac revocare in ordines militem cœperant; cunctantibus in adversum collem erigere aciem Romanis. Inde ut inferri impigre signa viderunt, integrata fuga, in castra pavidi compelluntur. Nec procul vallo Romanus aberat; cepissetque tanto impetu castra, ni se ex vehemēti sole <sup>1</sup>, qualis inter graves imbre nubes effulget, tanta vis aquæ dejecisset, ut vix in castra sua receperint se victores; quosdam etiam religio ceperit ulterius quicquam eo die conandi <sup>2</sup>. Carthaginienses, quanquam fessos labore ac vulneribus nox imberque ad necessariam quietem vocabat, tamen quia metus et periculum cessandi non dabat tempus, prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis <sup>3</sup> augent vallum, munimento sese, quando in armis parum præsidii foret, defensuri. Sed transitio sociorum, fuga ut tutior videretur mora <sup>4</sup>, fecit. Principium defectionis ab Attane regulo Turdetanorum factum est. Is cum magna popularium manu transfugit. Inde duo munita oppida cum præsiidiis tradita a præfectis Romano. Et ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis, serperet res <sup>5</sup>, silentio proximæ noctis Hasdrubal castra movet.

Scipio, ut, prima luce, qui in stationibus erant, retulerunt profectos hostes, præmisso equitatu signa ferri jubet <sup>6</sup>: adeoque citato agmine ducti sunt <sup>7</sup>, ut, si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie assecuturi fuerint. Ducibus est creditum, brevius aliud esse iter ad Bætium fluvium, ut transeuntes aggrederentur; Has-

<sup>1</sup> *ex vehemēti sole*: a causa del excesivo calor del sol.

<sup>2</sup> *quosdam etiam religio ceperit ulterius quicquam eo die conandi*: y si a algunos no les hubiera entrado supersticioso temor de acometer ninguna otra empresa aquel día.

<sup>3</sup> *saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis*: con piedras recogidas de los valles de aquellos contornos.

<sup>4</sup> *fuga ut tutior videretur mora*:

que pareciese partido más seguro el huir que detenerse.

<sup>5</sup> *Et ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis, serperet res*: Y para que, una vez inclinados los ánimos a la deserción, no tomara el mal mayor incremento.

<sup>6</sup> *signa ferri jubet*: mandó ponerse en marcha.

<sup>7</sup> *adeoque citato agmine ducti sunt*: y marcharon tan de prisa.



drubal, clauso transitu fluminis, ad Oceanum flectit. Et jam inde fugientium modo effusi abibant; idque ab legionibus Romanis aliquantum intervalli fecit <sup>1</sup>. Eques levisque armatura nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque; sed cum ad crebros tumultos signa consisterent <sup>2</sup>, et nunc equestris, nunc cum velitibus auxiliisque peditum prælia consererent, supervenerunt legiones. Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri; donec ipse dux fugæ auctor <sup>3</sup> in proximos colles cum sex millibus ferme semiermum evasit. Ceteri cæsi captique. Castra tumultuaria raptim Pœni tumulto editissimo communi-erunt <sup>4</sup>: atque inde cum hostis nequidquam subire iniquo ascensu conatus esset, haud difficulter sese tutati sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi vix in paucos dies tolerabilis erat. Itaque transitiones <sup>5</sup> ad hostem fiebant. Postremo dux ipse, navibus acceptis (nec procul inde aberat mare), nocte relicto exercitu, Gades perfugit. Scipio, fuga ducis hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad castrorum obsidionem. Ipse cum ceteris copiis, septuagesimis castris <sup>6</sup> protinus causis regulatorum civitatumque cognoscendis, ut præmia ad veram meritorum æstimationem tribui possent, Tarraconem rediit. Post profectionem ejus Massinissa cum Silano clam congressus, ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet <sup>7</sup>, cum paucis popularibus in Africam trajecit: non tam evidenti eo tempore subitæ mutatio-

<sup>1</sup> *idque ab legionibus Romanis aliquantum intervalli fecit*: y esto puso alguna distancia de por medio, o los alejó algún tanto del alcance de las legiones romanas.

<sup>2</sup> *sed cum ad crebros tumultos signa consisterent*: mas como a cada una de estas repetidas alarmas se detuviesen o hiciesen alto.

<sup>3</sup> *donec ipse dux fugæ auctor*: hasta que el mismo general, que fué el primero en huir.

<sup>4</sup> *Castra tumultuaria raptim Pœni tumulto editissimo communi-erunt*: A

toda prisa fortificaron los cartagineses en una muy elevada colina un campamento desordenado.

<sup>5</sup> *transiciones*: deserciones.

<sup>6</sup> *septuagesimis castris*: en setenta días; es decir, sentando y levantando los reales setenta veces, una cada día.

<sup>7</sup> *ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet*: para conseguir que su pueblo respondiera a sus nuevos propósitos (de pasarse a los romanos).



nis causa <sup>1</sup>, quam documento post id tempus constantissimæ ad ultimam senectam fidei, ne tum quidem eum sine probabili causa fecisse. Mago inde, remissis ab Hasdrubale navibus, Gades petit. Ceteri deserti ab dueibus, pars transitione, pars fuga, dissipati per proximas civitates sunt. Nulla manus numero aut viribus insignis. Hoc maxime modo, ductu atque auspicio P. Scipionis pulsi Hispania Carthaginenses sunt tertio decimo anno, post bellum initum; quinto <sup>2</sup>, quam P. Scipio provinciam et exercitum accepit.

---

<sup>1</sup> *non tam evidenti eo tempore subita, etc.* : de cuyo repentino cambio no fué en aquel tiempo tan evidente o conocida la causa, como justa demostró que debía ser, según guardó

después, y hasta la vejez más avanzada, constante lealtad a los romanos.

<sup>2</sup> *Suple post.*



# E CHRISTIANIS POETIS EXCERPTA

---

## LACTANTIUS

---

### *De passione Domini.*

Quisquis ades mediique subis in limina templi,  
Siste parum, insontemque tuo pro crimine passum  
Respice me <sup>1</sup>, me conde animo, me in pectore serva.  
Ille ego <sup>2</sup> qui casus hominum miseratus acerbos,  
Huc veni, pacis promissæ interpretes et ampla  
Communis culpæ venia; hic clarissima ab alto  
Reddita lux terris, hic alma salutis imago.  
Hic tibi sum requies, via recta, Redemptio vera,  
Vexillumque Dei, signum et memorabile fati <sup>3</sup>.  
Te propter, vitamque tuam, sum Virginis alvum  
Ingressus, sum factus homo, atque horrentia passus  
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam  
Inveni; sed ubique minas, sed ubique labores.  
Horrida prima mihi in terris mapalia Judæ  
Hospitia in partu, sociæque fuere parenti <sup>4</sup>.

---

<sup>1</sup> *insontemque tuo pro crimine passum respice me*: mírame a mí, que inocente he padecido por tus pecados.

<sup>2</sup> *Supple sum*.

<sup>3</sup> *signum et memorabile fati*: presagio de tu glorioso destino.

<sup>4</sup> *Horrida prima mihi in terris mapalia Judæ hospitia in partu, sociæque fuere parenti*: Las sucias y desabrigadas cabañas de Judá fueron al nacer mi primer albergue en la tierra, y las compañeras de mi madre.



<sup>1</sup> Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum  
Arida in angustis præsepibus herba cubile.  
In Phariis primos vixi regionibus <sup>2</sup> annos,  
Herodis regno profugus, reliquosque reversus  
Judæa <sup>3</sup>, semper jejunia, semper et ipsam  
Pauperiem extremam, et rerum inferiora secutus,  
<sup>4</sup> Semper agens <sup>5</sup> monitis humana salubribus almæ  
Ingenia ad studium probitatis, aperta salubri  
Plurima doctrinæ jungens miracula; quare  
Impia Jerusalem rabidis exercita curis  
Invidiæ <sup>6</sup>, sævisque odiis et cæca furore  
Insonti est pœnis lethalibus ausa cruentam  
In cruce terribili mortem mihi quærere. Quæ si  
Latius ipse velis distinguere <sup>7</sup>, sique per omnes  
Ire jubet gemitus mecum et sentire dolores;  
Collige consilia <sup>8</sup>, insidiasque, meique nefandum  
Sanguinis innocui pretium, et simulata clientis  
Oscula <sup>9</sup>, et insultus, et sævæ jurgia turbæ.  
Verbera preterea, et promptas ad crimina linguas  
Finge animo <sup>10</sup> et testes, et cæci infanda Pilati  
Judicia, ingentemque humeros et fessa prementem  
Terga crucem, atque graves horrenda ad funera gressus.  
Nunc me, nunc vero desertum, extrema secutum  
Supplicia, et dulci procul a genitrice levatum,  
Vertice ad usque pedes me lustra <sup>11</sup>. En aspice crines  
Sanguine concretos, et sanguinolenta sub ipsis  
Colla comis, spinisque caput crudelibus haustum <sup>12</sup>,  
Undique diva pluens <sup>13</sup> vivum super ora cruorem.

<sup>1</sup> El orden es: *Hic herba fusa arida dedit mihi primum cubile in præsepibus angustis inter bruta inertia.*

<sup>2</sup> *In Phariis regionibus*: En Egipto.

<sup>3</sup> *reliquosque reversus Judæa*: y los demás años después de volver (de Egipto), en Judea.

<sup>4</sup> El orden es: *Agens semper ingenia humana monitis salubribus ad studium probitatis almæ, jungens plurima miracula aperta doctrinæ salubri.*

<sup>5</sup> *agens*: guiando.

<sup>6</sup> *rabidis, exercita curis invidia*: agitada por las rabiosas desazones de la envidia.

<sup>7</sup> *Quæ si latius ipse velis distinguere*: Y si quieres conocer más a fondo todo esto.

<sup>8</sup> *collige consilia*: mira, o considera, en conjunto los conciliábulos.

<sup>9</sup> *et simulata clientis oscula*: y el traidor beso del discípulo (de Judas).

<sup>10</sup> *finge animo*: figúrate, o representate, o fórmate idea de...

<sup>11</sup> *vertice ad usque pedes me lustra*: mírame de pies a cabeza.

<sup>12</sup> *haustum*: que ha derramado toda su sangre.

<sup>13</sup> *pluens*: que suda.



Compressos<sup>1</sup> specularé oculos et luce carentes,  
Afflictasque genas; arentem suspice linguam  
Felle venenatam et pallentes funere vultus<sup>2</sup>.  
Cerne manus clavis fixas, tractosque lacertos  
Atque ingens lateris vulnus; cerne indè fluorem  
Sanguineum, fossosque pedes artusque cruentos.

Flecte genu, innocuo terramque cruore madentem  
Ore petens humili, lacrymis perfunde subortis<sup>3</sup>,  
Et me nonnunquam devoto in corde, meosque  
Fer monitus. Sectare meæ vestigia vitæ;  
Ipsaque supplicia inspiciens, mortemque severam  
Corporis, innumeros memorans animique dolores  
Disce adversa pati, et propriæ invigilare saluti.  
Hæc monimenta tibi si quando in mente juvabit  
Volvere, si qua fides animo tibi ferre<sup>4</sup>, meorum  
Debita si pietas et gratia digna laborum  
Surget, erunt veræ stimuli virtutis, eruntque  
Hostis in insidias clypei, quibus acer in omni  
Tutus eris victorque feres certamine palmam.  
Hæc monimenta, tuos si labilis orbis amicos  
Avertent sensus fugiente decoris ab umbra  
Mundani<sup>5</sup>, efficient, ne spe captatus inani  
Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus  
Auseris, aut vitæ sperare fugacibus annis.  
<sup>6</sup> Sed te nimirum sic ista caduca videntem  
Sæcula, et exutum, patriæ melioris amore,  
Orbis opes rerumque usus<sup>7</sup>, et vota piorum  
Moribus extollent sacris, vitæque beatæ  
Spe, duras inter pœnas, te rore fovebunt  
Cælesti, pactique boni dulcedine pascent,

<sup>1</sup> *Compressos*: Hundidos.

<sup>2</sup> *pallentes funere vultus*: y mi semblante con la palidez de la muerte.

<sup>3</sup> *lacrymis perfunde subortis*: vuelve a regar con tus lágrimas.

<sup>4</sup> *si qua fides (juvabit) animo tibi ferre (hæc monimenta)*: y si alguna fe quiere conservar en tu ánimo estos recuerdos.

<sup>5</sup> *Hæc monimenta, tuos si labilis orbis amicos avertent sensus fugiente decoris ab umbra mundani*: Estos re-

cuerdos, si tus sentidos, apegados a cosas de un mundo deleznable, los apartan de la sombra del esplendor mundano.

<sup>6</sup> El orden es: *Sed et vota piorum extollent sic moribus sacris te videntem ista sæcula caduca et (extollent) te exutum opes orbis ususque rerum, amore patriæ melioris, etc.*

<sup>7</sup> *rerumque usus*: el goce de los bienes que uno posee.



Purpuream donec, post ultima fata relicto  
Corpore sublimes animam revocabit ad auras.  
Gratia magna tibi. Tune omnem exuta <sup>1</sup> laborem,  
Angelicos tune læta choros, aciesque beatas  
Sanctorum inspiciens, æternæ pacis amœna  
Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

---

<sup>1</sup> Saplo *anima*.



# JUVENCI

## EX EVANGELICA HISTORIA

### I

*Quantum Deo puerorum innocentia placet.*

Discipuli post inde rogant, quis maximus alto  
In cæli regno meritis pro qualibus esset.

Tum Christus medio puerum consistere cœtu  
Præcipit, et placido doctor sermone profatur:

- > Istius en similem pueri se reddere certet,
- > Quisque <sup>1</sup> cupit celsam cæli conscendere sedem.
- > Erroris laqueos sæclis increescere certum est <sup>2</sup>;
- > Sed tamen infelix per quem generabitur error!
- > Qui vero e parvis istis deceperit <sup>3</sup> unum,
- > Si sapiat, nectat saxo sua colla molari,
- > Præcipitemque maris sese jaculetur in undas,
- > Nec quiequam fastu parvos contempserit istos.
- > Horum custodes cælesti in sede tuentur
- > Altithroni vultum Genitoris sidera supra.
- > Sed, si quis pastor, cui pascua credita tondent
- > Centum balantes <sup>4</sup>, unam cum forte seorsum

<sup>1</sup> *Quisque* por quicumque.

<sup>2</sup> *Erroris laqueos sæclis increescere certum est*: Es evidente que crecen con el tiempo los atractivos del escándalo.

<sup>3</sup> *deceperit*: escandalizare.

<sup>4</sup> *cui pascua credita tondent centum balantes*: en cuyos prados se apacientan cien ovejas.



- › Nescius error habet <sup>1</sup>, quæsitior deserit omnes,
- › Unius et totis lustrat vestigia silvis;
- › Illam si magno possit reperire labore,
- › Lætitia inventæ major tum nascitur agnæ,
- › Quam pro cunctarum numero quod nulla recessit:
- › Ex istis parvis Genitor sic perdere quemquam
- › Non patitur, gaudetque suis increescere regnis.›

## II

### *Finale iudicium.*

En hominis Natus <sup>2</sup> veniet, Patrisque ministris  
Stipatus, celsa iudex in sede sedebit.

Tunc gentes cunctæ diversis partibus orbis  
Convenient, justosque omnes de labe malorum  
Secernet, <sup>3</sup> dextraque libens in parte locabit;

At pravos læva despectos parte relinquet;

Ut pastor pecoris discernit pascua mixti,

Lanigeris <sup>4</sup> dextri permittens mollia prati <sup>5</sup>,

At lævos hirtis dumos tondere capellis.

Sed Rex ad dextros conversus talia dicet:

› Huc veniant sancti, jamdudum debita sumant

› Dona Patris, mundi quæ sunt æquæva nitentis <sup>6</sup>,

› Et justis primo promissa parantur ab ortu.

› Namque fame fessum quondam me grata refecit

› Hæc plebes, potuque sitim mihi sæpe removit;

› Hospitiumque domus patuit mihi sæpe vocato,

› Et nudus vestis blandissima tegmina sumpsi,

› Carceris et pœnis horum solatia cepi.›

<sup>1</sup> *unam cum forte seorsum nescius error habet*: cuando por acaso el escándalo insensato aparta o separa una.

<sup>2</sup> *hominis Natus*: el Hijo del hombre: Jesucristo.

<sup>3</sup> *de labe malorum secernet*: apartará de la infame compañía de los malos.

<sup>4</sup> *lanigeris*: a las ovejas.

<sup>5</sup> El orden es: *permittens lanigeris tondere mollia prati dextri* al *permittens capellis hirtis (tondere) dumos lævos*.

<sup>6</sup> *mundi quæ sunt æquæva nitentis*: que son tan antiguos como el mundo, o datan desde su creación.



Tum Domino tali respondent voce beati:

«Non meminit nostrum quisquam te visere nudum,  
»Nec famis oppressum dura ditione notavit,  
»Carceris aut pœnis meminit vidisse revinctum.»

Respondens illis dicet tum talia iudex:

<sup>1</sup> «Fratribus ista meis, humiles miserando labores <sup>2</sup>,  
»Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fructum <sup>3</sup>.  
»At vos, injusti, justis succedite flammis,  
»Et pœnis semper mentem torrete malignam,  
»Quas Pater horrendis barathri per stagna profundi  
»Dæmonis horrendi sociis, ipsique paravit.  
»Namque sitim passo quondam mihi pocula nulla,  
»Nec famis in pœna parvi mihi fragmina panis,  
»Aut peregrinanti tecti vestisve parumper  
»Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur.  
»Carceris aut septo claustris, morbisve jacenti  
»Unquam visendi solatia <sup>4</sup> vestra fuerunt.»

His damnata dehinc respondet factio verbis:

«Haud equidem nostrum meminit te visere quisquam  
»Aut sitis, aut sævæ famis ægrum agitare laborem <sup>5</sup>,  
»Hospita vel fessis errare per oppida rebus,  
»Carceris aut mersum pœnis, morbove gravatum,  
»Ut tibi sollicito fieret miseratio justa» <sup>6</sup>.

His rerum dicet Dominus: «Quum vestra superbo

»Angustis rebus feritas sub corde tumebat,  
»Calcavitque humiles minimos, me sprevit in illis.»

Hæc ubi dicta dabit, meritis sua præmia reddet.

Æternum miseri pœna fodientur iniqui,

Æternumque salus justis concessa manebit.

<sup>1</sup> El orden es: *Qui fecit ista fratribus meis, miserando labores humiles, certum est ponere mihi fructum dulcem.*

<sup>2</sup> *humiles miserando labores*: compadeciendo las desgracias de los pobres.

<sup>3</sup> *certum est dulcem mihi ponere fructum*: es evidente que me ofrece un agradable fruto, o me proporciona una satisfacción agradable.

<sup>4</sup> *visendi solatia*: visitas de consuelo.

<sup>5</sup> *aut sitis, aut sævæ famis ægrum agitare laborem*: sufrir, o padecer, el tormento amargo de la sed o el hambre cruel.

<sup>6</sup> *ut tibi sollicito fieret miseratio justa*: para haber tenido contigo, cuando estabas afligido, la compasión debida.



III

*Christi mors et resurrectio.*

Jam medium cursus lucis conscenderat orbem,  
<sup>1</sup> Cum subito fugit ex oculis, furvisque tenebris  
Induitur, trepidumque diem sol nocte recondit <sup>2</sup>.  
Ast ubi turbatus nonam transiverat horam <sup>3</sup>,  
Consternata suo redierunt lumina mundo,  
Et Christus magna Genitorem voce vocabat  
Hebreæ in morem linguæ: sed nescia plebes,  
Eliam vocitare putat. Tum concitus unus,  
Cogebat spongo turpi, calamoque revincto  
Impressum labiis acidum potare saporem.  
Cetera turba furens tali cum voce cachinnat <sup>4</sup>:

«Spectemus pariter, cælo ne forte remissus  
»Elias veniat, celsa qui sede quiescit,  
»Liberet et misero confixum stipite regem.»

Tum clamor Domini magno conamine missus,  
Æthereis animam comitem commiscuit auris.  
Scinduntur pariter sancti velamina templi,  
Carbasaque in geminas partes dirupta dehiscunt,  
Et tremebunda omni concussa est pondere tellus,  
Dissiliuntque suo ruptæ de corpore cautes <sup>5</sup>.

Tum veterum monumenta virum patuere repulsis  
Obicibus, vivæque animæ per membra reversæ,  
Et visum passæ populi <sup>6</sup>, per mœnia latæ  
Erravere urbis: sic terrent omnia mundum.  
Militibus primis quatiuntur corda pavore,

<sup>1</sup> El orden es: *Cum subito sol fugit ex oculis, induiturque tenebris furvis, etc.*

<sup>2</sup> *trepidumque diem sol nocte recondit*: y el sol sepulta a toda prisa la luz del día en las sombras de la noche.

<sup>3</sup> *nonam transiverat horam*: ha-

bían pasado las tres de la tarde.

<sup>4</sup> *tali cum voce cachinnat*: se burla o mofa con estas palabras.

<sup>5</sup> *dissiliuntque suo ruptæ de corpore cautes*: y saltaron en pedazos las rocas desprendidas de las montañas.

<sup>6</sup> *visum passæ populi*: que fueron vistas por el pueblo.



Dedita qui sævæ servabant corpora pœnæ,  
Et sobolem dixere Dei, Christumque fatentur.

E speculis <sup>1</sup> matres miracula tanta tuentur  
Omnes, obsequium Christo quæ ferre solebant.  
Jam decedenti vesper succedere soli  
Cœperat, et procerum solus tum justior audet  
Corpus ad extremum munus deposcere Christi.  
Hic ab Arimathia nomen gestabat Ioseph,  
Qui quondam verbis aures præstabat Iesu.  
Pilatum tunc iste rogat sibi cedere membra,  
Queis nuper tulerat vitam <sup>2</sup> vis horrida pœnæ.  
Concessit præses, et corpus fulgida lino  
Texta tegunt, saxique novo componitur antro <sup>3</sup>.  
Limen concludunt immensa volumina petræ,  
E speculis servant matres, et cuncta tuentur.

<sup>4</sup> Jamque dies rutilo complebat lumine terras,  
Otia qui semper prisca de lege jubebat <sup>5</sup>:  
Nulla sed immitis procerum furor otia servat.  
Conveniunt, onerantque simul sic judicis aures:  
> Erroris laqueos justissima pœna resolvit:  
> Nunc meminisse deceet, quoniam planus ille <sup>6</sup> solebat  
> Vulgari semper jactans promittere plebi,  
> E mortis sese tenebris ad lumina vitæ  
> Cum terno solis pariter remeare recursu.  
> Sed petimus, custos miles nova funera servet,  
> Ne fera discipulis furandi audacia corpus  
> Consurgat, turbetque recens insania plebem.>  
Et Pilatus ad hæc: < Miles permittitur, inquit:  
> Servate, ut vultis, corpus tellure sepultum.>

<sup>1</sup> *E speculis*: Desde las alturas.

<sup>2</sup> *membra, queis nuper tulerat vitam*: el cuerpo a quien hacía poco había arrancado la vida.

<sup>3</sup> *saxique novo componitur antro*: y es depositado en un sepulcro nuevo de piedra.

<sup>4</sup> El orden es: *Jamque dies qui ju-*

*bebat semper otia de lege prisca, complebat terras lumine rutilo.*

<sup>5</sup> *otia qui semper prisca de lege jubebat (dies)*: el día que, según la ley antigua, obligaba siempre al descanso (el sábado).

<sup>6</sup> *planus ille*: aquel embaucador, charlatán, impostor.



Conveniunt, saxique ingentia pondera volvunt,  
Et limen signis <sup>1</sup>, et saxum milite servant.

Sidera jam noctis venturo cedere soli  
Incipiunt, tumuli matres tum visere septum  
Concurrunt. Motus sed terram protinus omnem  
Concutit, et cælo lapsus descendit aperto  
Nuntius, et saxum tumuli de limine volvit:  
Illius et facies splendet, ceu fulguris ignis,  
Et nivis ad speciem lucent velamina vestis.  
Militibus terror sensum discluserat omnem <sup>2</sup>,  
Et jacuere simul, ceu fusa cadavera letho.  
Ille sed ad matres tali cum voce profatur:

« Vestra pavor nullus quatiens nunc corda fatiget;  
» Nam manifesta fides sanctum vos quærere corpus,  
» Quod crucis in ligno scelerata insania fixit.  
» Surrexit Christus, æternaque lumina vitæ  
» Corpore cum sancto, devicta morte, recepit.  
» Visere jam vobis licitum est, quod sede sepulcri  
» Nulla istic jaceant, fuerant quæ condita membra.  
» Dicite præterea celeri properoque recursum  
» Discipulis, Christum remeasse in luminis oras,  
» Inque Galilæam lætum præcedere terram.»

His dictis visisque, animos perfuderat ingens  
Lætitia attonitos stupor <sup>3</sup>, ancipitique pavore:  
Denique præcipite celerantes gaudia cursu  
Talia discipulis referunt, tumulumque relinquunt.  
Ecce iteris <sup>4</sup> medio clarus se ostendit Iesus,  
Et fidas matres blande salvere jubebat:  
Occurrunt illæ et genibus plantisque prehensis,  
Victorem lethi pavidæ venerantur Iesum.

<sup>1</sup> *signis*: con sellos, o sellando, la entrada del sepulcro.

<sup>2</sup> *Militibus terror sensum discluserat omnem*: El miedo había privado a los soldados de todo sentido.

<sup>3</sup> El orden es: *stupor ingens perfuderat animos attonitos lætitiæ pavoreque ancipiti*.

<sup>4</sup> *iteris* por *itineris*.



## MARII VICTORINI E MACHABEORUM POEMATE

*Machabeorum mater minoris filii animum accendit ad mortem forti animo perpetiendam.*

- Parve puer, tenerisque tuis mihi carior annis,
- Carior es regno <sup>1</sup>, vita quoque carior ipsa:
- Tu potes in totum victricem reddere matrem <sup>2</sup>,
- Tu finis partus <sup>3</sup>; finisque future malorum:
- Si te cura mei tangit, si matris odorem,
- Mente create, tenes <sup>4</sup>, quamvis et carus et infans,
- Hoc magis aure pia dictis attende parentis.
- Primum disce, puer, quid sis post ista futurus
- Si patiens fueris; tunc te, mihi care, futurum
- Facta docent; fratrum sanctorum in parte locatus
- Et requie securus eris, dum sæcula cursus
- Sæva suos peragunt; finito tempore certo
- Hanc lucem repetes, æternaque regna videbis,
- Non maculata malis, sed erit concordia sanctis,
- Nec morti locus ullus erit, nec bella citatis
- Exercentur equis, sed pax æterna manebit.

- Matrem crede tuæ semper cupidam esse salutis.
- Hæc mihi cur tristi vultu sic dicta repellis?
- Quid refugis? Miserere mei, miserere tuique.
- Si liceat, prior ire velim: vetor ecce, sed ibo

<sup>1</sup> *carior es regno*: a quien quiero más que si me dieran un reino.

<sup>2</sup> *tu potes in totum victricem reddere matrem*: tú puedes proporcionar a tu madre completa victoria.

<sup>3</sup> *tu finis partus*: tú el último, o el

menor, de mis hijos.

<sup>4</sup> *si te cura mei tangit, si matris odorem, mente create, tenes*: si algo te importa de mí, si tienes en algún aprecio, hijo mío, el recuerdo de tu madre.



- › Tunc, cum victorem cernam te, nate, malorum.
- › Quid sperare jubes? Solus mea dicta moraris <sup>1</sup>,
- › Solus adhuc æquum renovas mihi, nate, dolorem.
- › Annuis, an damnas quoque me, fratesque, genusque?
- › Quod ne forte velis oro te, et deprecor; audi:
- › His ego te parvum nutrivi, nate, papillis,
- › Te per ego has precor, et fletus lacrymasque meorum.
- › Ut remanere velis <sup>2</sup>, remanebis solus, et hujus
- › Non tibi jam fratres dederint solatia vitæ;
- › Dedecoras fratrum sanctissima nomina, matrem,
- › Et genus, et patriam, si talia dicta recusas.
- › Heu! Quanto melius vitam servabis in ævum,
- › Si facias tandem quidquid fecere priores!
- › Audenter depone metus, depone timorem:
- › Concipe mente Deum, vires dabit ille viriles.›

Hæc dum mater agit, puer ad præcepta parentis  
Respicit, et solum se vidit ut esse relictum,  
Sustulit ad cælum vultus, palmasque supinas,  
Et sic voce petens æternum numen adorat,  
Sensu <sup>3</sup> et sic pariter secum nutuque rogabat,  
Vinceret ut regem, sævos ut vinceret ignes,  
Atque ita non segnis nec pro puerilibus annis  
Prosilit intrepidus medios dilapsus in ignes,  
Vicit quidquid erat <sup>4</sup>, sic ut vitam iret in altam  
Spiritus, et fratrum peteret secreta piorum <sup>5</sup>.

Dum puer ista gerit, solverunt gaudia matrem :  
Jamque, ut erat lassata malis, jam voce negata  
Suspiciens, interque manus collapsa suorum  
Concidit exanimis <sup>6</sup>, resolutaque membra quierunt.  
Sic ipsa, et nati, sanctorum in parte recepta est.

<sup>1</sup> *Solus mea dicta moraris*: Tú solo prolongas mi discurso o mis súplicas.

<sup>2</sup> *Ut remanere velis*: Suponiendo que quieras sobrevivir.

<sup>3</sup> *sensu*: con el espíritu, o con su corazón (en oposición a *nutu*, con su actitud, o con su semblante).

<sup>4</sup> *vicit quidquid erat*: triunfó de

todos los tormentos.

<sup>5</sup> *et fratrum peteret secreta piorum*: y recobrar o volver a gozar del cariño íntimo o profundo de sus queridos hermanos.

<sup>6</sup> *interque manus collapsa suorum concidit exanimis*: cayó exánime, siendo recibida en los brazos de sus hijos.



# CÆLII SEDULII

## PASCHALIS OPERIS PROLOGUS

Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ  
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu  
Ridiculove Getæ<sup>1</sup>, seu qualibet arte canendi  
Sæva nefandarum renovent contagia rerum,  
Et scelerum monumenta canant, rituque magistro<sup>2</sup>  
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis<sup>3</sup>,  
Cur ego Davidicis assuetus cantibus odas  
Chordarum resonare decem<sup>4</sup>, sanctoque verenter  
Stare choro, et placidis cælestia psallere verbis  
Clara salutiferi taceam miracula Christi?  
Cum possim manifesta loqui Dominumque tonantem  
Sensibus et toto delectet corde fateri;  
Qui sensibus et corda dedit, cui convenit uni  
Facturam servire suam, cui jure perenni  
Arcibus æthereis una est cum patre potestas,  
Par splendor, communis apex, sociale cacumen,  
Æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum,  
Majestas similis: hæc est via namque salutis,  
Hæc firmos ad dona gradus Paschalia ducit<sup>5</sup>.  
Hæc mihi carmen erit: mentes huc vertite cuncti.  
Hanc constanter spem læsis adhibete medullis,

<sup>1</sup> Geta era el nombre del gracioso en las comedias de Menandro: en este pasaje significa la comedia, y mejor aún el estilo jocoso.

<sup>2</sup> *rituque magistro*: y enseñados por la costumbre.

<sup>3</sup> *Niliacis... biblis*: en libros de papiro. (El papiro, de que se hacía el papel, era planta originaria de las orillas del Nilo.)

<sup>4</sup> *Davidicis assuetus cantibus odas*

*chordarum resonare decem*: acostumbrado a cantar los cantos o salmos de David en liras de diez cuerdas.

<sup>5</sup> No pueden ponerse de relieve en menos palabras, ni con más elegancia, las excelencias de la poesía cristiana, toda sentimiento, sobre la pagana, que con formas elegantes disfraza un fondo no siempre elevado y bello y a veces repugnante y feo.



Quos lethale malum, quos vanis dedita curis  
Attica Cecropii serpit doctrina veneni <sup>1</sup>,  
Sectantesque magis vitam, spirantis odorem  
Legis, Athenæi pædorem linquite pagi <sup>2</sup>.  
Quid labyrintho, Thesidæ, erratis in antro  
Cæcaque Dædalei lustratis limina tecti?  
Labruscam placidis quid adhuc præponitis uvis,  
Neglectisque rosis, saliuncam sumitis agri?  
Quid lapides atque æra coli, quid fana profanis  
Proderit, et mutis animas damnare metallis!  
Parcite pulverei squalentia jugera campi,  
Et steriles habitare plagas, ubi gignere fructum  
Arida nescit humus: nec de tellure cruenta  
Livida mortiferis vellatis toxica succis,  
Tartareis damnata cibis, sed amœna vireta  
Florentum semper nemorum, sedesque beatas  
Per latices intrare pios, ubi semina vitæ  
Divinis animantur aquis, et fonte superno  
Lætificata seges spinis mundatur ademptis:  
Ut messis queat esse Dei, mercisque futuræ  
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

Omnipotens æterne Deus, spes unica mundi;  
Qui cæli fabricator ades, qui conditor orbis,  
Qui maris undisonas fluctu surgente procellas  
Mergere vicinæ prohibes confinia terræ;  
Qui solem radiis, et lunam cornibus imples,  
Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque;  
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,  
Signa, potestates, cursus, loca, tempora, nosti <sup>3</sup>;  
Qui diversa novam formasti in corpora terram,  
Torpentique solo viventia membra dedisti;  
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi  
Instauras meliore cibo, potuque sacrati  
Sanguinis infusum depellis ab angue venenum;

<sup>1</sup> *quos vanis dedita curis Attica Cecropii serpit doctrina veneni*: los que os inspiráis en el veneno del clasicismo griego, saturado de pasiones vanas.

<sup>2</sup> *Athenæi pædorem linquite pagi*: abandonad la superstición pagana de que se nutre la literatura griega.

<sup>3</sup> *nostis* por *novistis*; lo mismo que *formasti* por *formavistis*.



Qui genus humanum (præter quos clauserat arca)  
Diluvii rapida spumantis mole sepultum  
Una iterum de stirpe creas, ut mystica virtus,  
Quod carnis delicta necant, hoc præsule ligno  
Monstraret liquidas renovari posse per undas <sup>1</sup>;  
Totum namque lavas uno baptismate mundum <sup>2</sup>;  
Pande salutarem paucos quæ ducit in urbem  
Angusto mihi calle viam, Verbique lucernam  
Da pedibus lucere meis, ut semita vitæ  
Ad caulas me ruris agat, qua servat amœnum  
Pastor ovile bonus, qua vellere prævius albo  
Virginis Agnus <sup>3</sup>, oves, grexque omnis, candidus intrat.

Te duce, difficilis non est via, subditur omnis  
Imperiis natura tuis, ritumque soluto <sup>4</sup>  
Transit in adversas, jussu dominante, figuras.  
Si jubeas mediis segetes arere pruinis,  
Messorem producet hiems; si currere mustum  
Vernali sub sole velis, florentibus arvis  
Sordidus impressas calcabit vinitor uvas,  
Cunctaque divinis parebunt tempora dietis.  
Indicio est antiqua fides, et cana priorum  
Testis origo patrum <sup>5</sup>, nullisque abolenda per ævum  
Temporis constant <sup>6</sup> virtutum signa tuarum.  
Ex quibus audaci perstringere pauca relatu  
Vix animis committo meis, silvamque patentem  
Ingrediens, aliquos nitor contingere ramos.  
<sup>7</sup> Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet,  
Centenosque sonos humanum pectus anhelet,  
Cuncta quis expediet, quorum nec lucida cæli  
Sidera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ?

<sup>1</sup> El orden es: *ut virtus mystica monstraret hoc, quod delicta carnis necant, posse renovari per undas liquidas, hoc ligno præsule.*

<sup>2</sup> El poeta considera al diluvio como un bautismo que purificó el mundo.

<sup>3</sup> *Virginis Agnus*: el Cordero de la Virgen, Nuestro Señor Jesucristo.

<sup>4</sup> *ritumque soluto*: y suspendidas las leyes (naturales).

<sup>5</sup> *et cana priorum testis origo patrum*: y el antiguo origen de nuestros primeros padres lo atestigua.

<sup>6</sup> *constant*: permanecen, o subsisten.

<sup>7</sup> El orden es: *Nam licet vox ferrea movens centum ora clamet, pectusque humanum anhelet sonos centenos, quis expediet cuncta, quorum nec sidera lucida cæli, nec arenæ bibulæ æquantur numeris?*



# CLAUDII MARIi VICTORIS

## EX COMENTARIIS IN GENESIM

### *Linguarum confusio apud turrim Babylonis.*

Mox turris properata subit, mox vertice nubes  
Transilit, ac fruitur cæli proprio sereno.

Tum pater omnipotens cælesti voce senatum  
Congregat angelicum, turbæque insana superbæ  
Facta stupens, isthæc regni consortibus infit:  
> En terrena phalanx, quo jam temeraria pergat,  
> Cernitis, et quantos imprudens tendat in ausus <sup>1</sup>,  
> Mortali quæ structa manu <sup>2</sup> contingere celso  
> Credit posse polos, et ad æthera ducere nostrum,  
> Cum nemo indutus terreno corpore cælum  
> Ascendat, nisi qui cælo descenderit alto.  
> Sed quia gens una est, eadem quoque forma loquendi  
> In componenda persistent turre, nec ante  
> Desistent, quam mutua opus consensio cœptum  
> Finierit: tanta est humanæ insania mentis!  
> Ergo agite (ut vetitum norint, quod posse negatum est)  
> Jam descendamus, tumefactaque corda superbo  
> Consensu, varii turbemus vocibus oris:  
> Ut quod peccarunt concordis crimine mentis,  
> Confusæ damnet melior discordia linguæ.>

---

<sup>1</sup> *et quantos imprudens tendat in ausus:* y a qué grandes atrevimientos llega su imprudencia.

<sup>2</sup> *mortali quæ structa manu:* los edificios que levanta el hombre.



Dixit, et intentos operi, molemque levantes  
Mentibus attonitis subjecta oblivio primum  
Intrat <sup>1</sup>, et ignotæ subit imperfectio linguæ.  
Increpitant, operis studio cessante, magistri  
Cunctantes socios, sed vocem nemo remittit  
Non intellectis: quod si quis tentat, inane  
Sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat <sup>2</sup>.  
Sic vanum prava susceptum mente laborem  
Destituit frustrata manus: jam nemo propinquum,  
Nemo patrem sequitur: quem quisque intelligit addit  
Agglomeratque sibi, sociumque adjungere curat:  
Dumque perit divisa hujus cognatio gentis,  
Gentem lingua facit: sparguntur classibus æquis  
Diductasque petunt vario sub sidere terras.  
Haud aliter volucres campi per mollia plana,  
Quas gregibus mixtis errare et quærere victum  
Persuasit segura dies, cum nocte propinqua  
Frondea tecta petunt, exempto tum grege <sup>3</sup>, turba  
Vulgus quæque suum sequitur <sup>4</sup>, rapidoque volatu  
Miscentur, similis qua duxerit aut color aut vox;  
Sic tunc in partes populus se dissecat unus,  
Et species fit quæque genus, longeque remotis  
Considunt terris, atque orbem gentibus implent.

Nec tamen hoc sacri (cum sit sua pœna nocentum)  
Muneris est vacuum, <sup>5</sup> nam quamvis ultio justa  
Hæc fuerit, quos non tetigit reverentia cæli <sup>6</sup>,  
Quæ sedes propria est mundi, rerumque parentis,  
Ut nec se agnoscant verba inconsueta loquentes;

<sup>1</sup> El orden es: *Dixit, et oblivio subjecta mentibus attonitis intrat primum intentos operi levantesque molem.*

<sup>2</sup> *inane sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat*: dice palabras sin sentido (o que nadie entiende), o se desespera con la gritería que produce la confusión de lenguas (o el haberse dividido en varias la lengua primitiva).

<sup>3</sup> *exempto tum grege*: cuando dis-

persa la bandada.

<sup>4</sup> *vulgus quæque suum sequitur*: cada cual sigue a los de su especie.

<sup>5</sup> El orden es: *nam quamvis ultio hæc ut (ii), quos reverentia cæli non tetigit, quæ est sedes propria mundi parentisque rerum, nec agnoscant se loquentes verba inconsueta, fuerit justa.*

<sup>6</sup> *quos non tetigit reverentia cæli*: que no respetaron al Cielo.



Attamen id multum, quod rupto hoc fœdere cautum est <sup>1</sup>  
<sup>2</sup> Ne, quam paucorum attulerat persuasio culpam,  
Cunctorum assensu rursus confingeret omnes,  
Et faceret commune nefas; ne prælia dura,  
Et rabido populi mors arcesenda furore  
Bellum illis civile foret: sic profuit illis,  
Inque bonum versa est primæ distractio linguæ <sup>3</sup>,  
Quamquam nec prorsum sublata Hebræa loquendi  
Consuetudo fuit, cum tunc permanserit oris  
Hebræi sonitus, sermoque antiquus in illis  
Qui culpæ expertes pars non injusta fuerunt  
Natorum quos Sem genuit, custodia justis  
Quos tenuit, Dominique etiam reverentia rexit <sup>4</sup>.

<sup>1</sup> *attamen id multum (est) quod rupto hoc fœdere cautum est ne...*: y, no obstante, es un gran bien el que, mediante esta dispersión, se haya evitado que...

<sup>2</sup> El orden es: *Ne (culpa) quam culpam persuasio paucorum attulerat, contingeret rursus omnes assensu cunctorum, et faceret nefas commune.*

<sup>3</sup> *primæ distractio linguæ*: la divi-

sión de la primitiva lengua.

<sup>4</sup> Parece que el poeta afirma que la lengua hebrea es la primitiva, y apoya su opinión con un argumento ingenioso y verosímil. Sin embargo, la afirmación es hoy inaceptable, y todo lo más que de la lengua hebrea puede decirse es que fué una de tantas en que la primitiva se dividió al pie de la torre de Babel.



# EX SANCTI PAULINI NOLENSIS OPERIBUS

## I

### PSALMUS CXXXVI

#### *Super flumina Babylonis.*

Sedimus ignotos diræ Babylonis ad amnes  
Captivi, Judæa manus miserabile flentes,  
Quum patrium memori traheremus pectore Sion,  
Et meritum justa suspiraremus ab ira  
Exilium <sup>1</sup>, lentis qua consita ripa salictis,  
Hospitibus populis umbras præbebat amicas.  
Illic Assyriæ mediis in mœnibus urbis,  
Obliti lætas per mœsta silentia voces,  
De salicum ramis suspendimus organa nostra.

Namque dabat nobis durum gravis ira dolorem,  
<sup>2</sup> Quod solita in sancto depromi <sup>3</sup> cantica templo,  
Hæc ad delicias sibi nos cantare jubebat  
Impius ille, domo qui nos abduxerat, hostis.  
Ergone divinas laudes, et carmina castis  
Apta choris, inter sacra barbara, fœdaque busta.  
Inter et accensas funestis ignibus aras,  
Heu! male de nostro lætis mœrore canemus <sup>4</sup>,

<sup>1</sup> quum... meritum justa suspirare-  
mus ab ira exilium: cuando lamentá-  
bamos con justo dolor el merecido  
destierro.

<sup>2</sup> El orden es: Quod ille hostis im-  
pius qui abduxerat nos domo, jubebat  
nos cantare sibi ad delicias cantica

solita depromi in templo sancto.

<sup>3</sup> solita depromi: que solíamos en-  
tonar.

<sup>4</sup> Heu! male de nostro lætis mœrore  
canemus: ¡Ah!, cantaremos en mal  
hora para divertir a los que en nues-  
tra desventura se gozan.



Deque pio ritu luxum faciemus iniquum,  
Mystica ad hostilem modulantes cantica ludum?  
Quo miseri nunc ore sacros cantabimus himnos?  
Quove loco Babylon poscit sibi cantica Sion? <sup>1</sup>.  
Sed Domini carmen tellus aliena mereri  
Non capit <sup>2</sup>, indignas sacra vox avertitur aures.

Si tamen, ut captis, dominus violentior instas,  
Et si tantus amor Sion pia noscere vobis  
Cantica <sup>3</sup>, si pergis me cogere non tua fari,  
Et divina tibi quænam sint cantica Sion,  
Accipe <sup>4</sup> quid captæ Deus ultor spondeat urbi.  
Ne longum speres isto gaudere triumpho,  
Impie, quo sacrum prodi tibi præcipis hymnum,  
Ecce quis est hymnus Domini, quæ cantica Sion :  
« Si fuero oblitus mea mœnia, te, mea cura,  
» Urbs Hierusalem, fiat mea non memor unquam  
» Dextra mei : mea lingua meis et adhæreat arens  
» Faucibus, æterno nisi te complectar amore,  
» Et nisi, principio promissi in sæcula regni,  
» Lætitiæque meæ primo reminiscar in anno  
» Te cunctis, Hierusalem, præponere terris <sup>5</sup>.  
» Esto <sup>6</sup> memor tum prolis Edom, ut versa vice nostrum  
» Adspiciat confusa diem, quo plebs tua claram  
» Mœnibus æternis Hierusalem habitabit,  
» Cui nunc gens oblita tui crudele minatur  
» Excidium dicens : Invisam funditus urbem  
» Diruite, et vacuate manu, vestigia donec  
» Nulla relinquuntur, muris ad inane redactis.  
» Infelix miseræ Babylonis filia! Felix

<sup>1</sup> Aquí *Sion*, lo mismo que en otros pasajes más adelante, es, como indeclinable, genitivo.

<sup>2</sup> *Sed Domini carmen tellus aliena mereri non capit* : No es capaz de merecer la extraña tierra, o es indigna de que en ella resuenen los cánticos del Señor.

<sup>3</sup> *et si tantus amor Sion pia noscere vobis cantica* : y si tanto empeño tenéis en conocer los sagrados cánti-

cos de Sión. El orden en lo que sigue es : *et si pergis cogere me fari quænam sint cantica divina Sion, et non tua.*

<sup>4</sup> *accipe* : mira, oye.

<sup>5</sup> El orden es : *et nisi reminiscar præponere te, Hierusalem, terris cunctis principio regni promissi in sæcula inque anno primo lætitiæ meæ.*

<sup>6</sup> Suple *Domine*.



» Cui tibi pro nobis in nos tua gesta <sup>1</sup> rependet,  
» Nec minus ille beatus erit, qui parva tenebit,  
» Et simul elidet solidæ tua pignora petræ! » <sup>2</sup>.

Si cupis extincta Babylonis stirpe beari,  
In te ipso primis gliscentia crimina flammis  
Frange fide: jam propter <sup>3</sup> adest petra Christus; in ipso  
Vipeream sobolem validis elide lacertis.  
Nam Babylon nomen confusio <sup>4</sup>, filia cujus  
Est caro peccati mater, quæ turba saluti  
Noxia, corporeis ducit mala semina fibris.  
Hæc vincenda tibi, si vis evincere mortem;  
<sup>5</sup> Namque tuis tales inclusos ossibus hostes,  
Si permittantur crescendo assumere vires,  
Difficili vinces luctamine: præripe parvos  
Dum reptat teneris vitiorum infantia membris.  
Quæ nisi præcaveas, aucta virtute necabit  
Concordem vitiis animam terrena propago;  
Ne parcas igitur talem mactare catervam;  
Non tibi crimen erit nocituram perdere gentem,  
Ultricemque malo perfundere sanguini petram:  
Gaudet enim justus, si concidat impia proles.  
Nam magis atque magis pius ista cæde piatur,  
Si perimat peccata suis dominantia membris,  
Et fracta in Christo vitiorum plebe triumphet.

## II

### AUSONIO PAULINUS

Continuata meæ durare silentia linguæ,  
Te nunquam tacito, memoras; placitamque latebris  
Desidiam exprobras, neglectæque insuper addis  
Crimen amicitiae; formidatamque jugalem <sup>6</sup>

<sup>1</sup> *in nos tua gesta*: los daños que nos has hecho.

<sup>2</sup> *elidet solidæ tua pignora petræ*: estrellará tus hijos contra la firme roca.

<sup>3</sup> *propter* por *prope*.

<sup>4</sup> *Nam Babylon nomen confusio*:

Pues Babilonia, cuyo nombre significa confusión.

<sup>5</sup> El orden es: *namque vinces luctamine difficili hostes tales inclusos ossibus tuis, si (hi hostes) permittantur assumere vires, crescendo*.

<sup>6</sup> *jugalem*: esposa.



Objicis, et durum jacies in mea viscera versum.  
Parce, precor, lacerare tuum, nec amara paternis  
Admiscere velis, ceu melli absinthia, verbis.  
Cura mihi semper fuit et manet, officiis te  
Omnibus excolere, affectu observare fideli.  
Non unquam tenui saltem tua gratia nævo  
Commaculata mihi est <sup>1</sup>, ipso te lædere vultu,  
Semper et incauta timui violare figura <sup>2</sup>.  
Composui, et læto formavi lumine frontem.  
Hoc mea te domus exemplo <sup>3</sup> coluitque colitque,  
Inque tuo tantus nobis consensus amore est,  
Quantus et in Christo connexa mente colendo.

Quis tua, quæso, tuis obduxit pectora livor? <sup>4</sup>.  
Quo rumore pias facilis tibi fama per aures  
Irrupit, pepulitque animum contraque vetustam  
Experta pietate fidem nova vulnera movit,  
Læderet ut natis <sup>5</sup> placidum malesuada parentem?

Sed mihi non fictæ mens conscia simplicitatis <sup>6</sup>,  
Nec patris inculti pietas rea <sup>7</sup>, respuit omne  
Immeritum, et falso perstringi crimine non fert.  
Immunis vero <sup>8</sup>, gravius violatur iniquo  
Vulnere, tam tenera offensæ <sup>9</sup> quam libera culpæ.

Discussisse jugum quereris me, quo tibi doctis  
Junctus eram studiis. Hoc nec gestasse quidem me  
Affero; namque pares subeunt juga; nemo valentes  
Copulat infirmis, neque sunt concordia frena,

<sup>1</sup> *Non unquam tenui saltem tua gratia nævo commaculata mihi est*: Jamás he empañado con la más ligera sombra el afecto que por ti siento.

<sup>2</sup> *incauta... figura*: con una expresión irreflexiva.

<sup>3</sup> *Hoc... exemplo*: a este ejemplo mío, o dando yo este ejemplo.

<sup>4</sup> *Quis tua, quæso, tuis obduxit pectora livor?*: ¿Dime, te ruego, qué rencor ha cerrado tu corazón para tus hijos?

<sup>5</sup> *natis*: hijos. (Alude a sí mismo

y a su esposa, contra la cual se mostraba muy irritado Ausonio.)

<sup>6</sup> *non fictæ mens conscia simplicitatis*: la conciencia de la no fingida sinceridad de mi cariño.

<sup>7</sup> *nec patris inculti pietas rea*: y un afecto que no siente remordimientos de haber faltado al respeto debido a su padre.

<sup>8</sup> *Immunis (mens) vero*: Sino que mi espíritu, libre de toda falta.

<sup>9</sup> *tam tenera offensæ*: tan sensible a la reprimenda.



Si sit compulsis mensura jugalibus impar.  
Si vitulum tauro, vel equum commitis onagro,  
Si confers fulicas cyncis, et aëdona parræ,  
Castaneis corylos æquas, viburna cupressis,  
Me compone tibi. Vix Tullius et Maro tecum,  
Sustineant æquale jugum: si jungar amore,  
Hoc tantum tibi me jactare audebo jugalem:  
Dulcis amicitia <sup>1</sup> æterno mihi fœdere tecum,  
Et paribus semper redamandi legibus æqua.  
Hoc nostra e cervice jugum non sæva resolvit  
Fabula <sup>2</sup>, non terris absentia longa diremit,  
Nec perimet, toto licet abstrahar orbe vel ævo,  
Non animo divisus agam: prius ipsa recedet  
Corpore vita meo, quam vester pectore vultus.

Ego te per omne, quod datum mortalibus <sup>3</sup>  
Et destinatum sæculum est,  
Claudente donec continebor corpore,  
Discernar orbe quolibet,  
Nec ore longe, nec remotum lumine  
Tenebo fibris insitum. <sup>4</sup>  
Videbo corde, mente complectar pia  
Ubique præsentem mihi:  
Et, cum solutus corporali carcere  
Terraque provolavero,  
Quo me locarit axe communis pater,  
Illic quoque animo te geram.  
Neque finis idem, qui meo me corpore,  
Et amore laxabit tui.  
Mens quippe, lapsis quæ superstes artubus,  
De stirpe durat cælitæ <sup>5</sup>,  
Sensus necesse est simul et affectus suos  
Teneat æque ut vitam suam;  
<sup>6</sup> Et ut mori, sic oblivisci non capit,  
Perenne vivax et memor.

<sup>1</sup> Suple est.  
<sup>2</sup> sæva... fabula: infame calumnia.  
<sup>3</sup> Continúa la epístola en versos  
jámbricos trímetros y dímetros.  
<sup>4</sup> tenebo fibris insitum: te conser-  
varé (conservaré tu amor) en mis en-

trañas (en mi corazón).

<sup>5</sup> de stirpe durat cælitæ: que sobre-  
vive, como que es de origen celestial.

<sup>6</sup> El orden es: *et ut vivax perenne  
non capit mori, sic menor (perenne)  
non capit oblivisci.*



## ALCIMI ECDICII AVITI

EX POEMATE CUI TITULUS DE ORIGINE MUNDI

### I

*Deus hominem creat.*

Ergo ubi completis fulserunt omnia rebus,  
Ornатуque suo perfectus constitit orbis,  
Tum Pater omnipotens æterno lumine lætum  
Contulit ad terras sublimi ex æthere vultum  
Illustrans quodcumque videt<sup>1</sup>: placet ipsa tuenti  
Artifici factura suo, laudatque creator  
Dispositum pulchro quem condidit ordine mundum.

Tum demum tali Sapientia voce locuta est:  
» En præclara nitet mundano machina cultu<sup>2</sup>;  
» Et tamen impletum perfectis omnibus orbem  
» Quid juvat ulterius nullo cultore teneri?  
» Sed ne longa novam contristent otia terram,  
» Nunc formetur homo, summi quem tangat imago  
» Numinis<sup>3</sup>, et nostram celso donatus honore,  
» Induat interius formosa mente figuram.  
» Hunc libet erectis sublimem incedere plantis:

---

<sup>1</sup> *illustrans quodcumque videt*: llenando de luz y claridad todo aquello adonde dirige su vista.

<sup>2</sup> *præclara nitet mundano machina cultu*: hipálage, por *præclaro nitet*

*mundano machina cultu.*

<sup>3</sup> *summi quem tangat imago Numinis*: que lleve impresa la imagen de la Divinidad.



- › Qui regat æterno subjectum pondere mundum <sup>1</sup>,
- › Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat,
- › Astra notet, cælique vias et sidera norit;
- › Discat et inspectis discernere tempora signis;
- › Subjiciat pelagus sævum, ingenioque tenaci
- › Possideat quæcumque videt; cui bestia frendens
- › Serviât, et posito discant mansueta furore
- › Imperium jumenta pati, jussique ligari
- › Festinent trepidi consueta in vincla juvenci:
- › Quoque etiam <sup>2</sup> natura hominis sublimior exstet,
- › Incipiat rectos in cælum tollere vultus;
- › Factorem quærat proprium, cui mente fideli
- › Impendat famulam longævo in tempore vitam.›

Hæc ait: et fragilem dignatus tangere terram,  
Temperat humentem consperso pulvere limum,  
Moliturque novum dives Sapiaientia corpus.

## II

### *Creatur mulier: instituitur matrimonium.*

Interea sextus noctis primordia vesper  
Rettulit, alterno depellens tempore lucem,  
Dumque petunt dulcem spirantia cuncta <sup>3</sup> quietem,  
Solvitur et somno laxati corporis Adam <sup>4</sup>.  
Cui pater omnipotens pressum per corda soporem  
Misit, et immenso tardavit pondere sensus,  
Vis ut nulla queat sopitam solvere mentem.  
Non si forte fragor securas verberet aures,  
Nec si commoto cælum tunc intonet axe,  
Sed nec pressa manu rupissent membra quietem.  
Tunc vero cunctis costarum ex ossibus unam  
Subducit lævo lateri, carnemque reponit.

<sup>1</sup> qui regat æterno subjectum pondere mundum: que ejerza sobre el mundo sometido a él una dominación constante.

<sup>2</sup> quoque etiam: y para que ade-

más.

<sup>3</sup> spirantia cuncta: todos los seres animados.

<sup>4</sup> Aquí Adam es nominativo y sujeto paciente de solvitur.



Erigitur pulchro genialis forma <sup>1</sup> decore,  
Inque novum subito procedit femina cultum.  
Quam Deus æterna conjungens lege marito,  
Conjugii pensat fructu dispendia membri <sup>2</sup>.

Istius indicium somni mors illa secuta est,  
Sponte sua subit sumpto quam corpore Christus <sup>3</sup>,  
Qui cum passurus ligno sublimis in alto  
Penderet nexus, culpas dum penderet orbis:  
In latus extensi deffixit missile licitor.  
Protinus exiliens manavit vulnere lymphæ,  
Qua vivum populis jam nunc spondente lavacrum,  
Fluxit martyrîum signans et sanguinis unda.  
Inde resurgenti cælestiaque astra petenti,  
De lateris membro surgens Ecclesia nupsit.

Principio Rector tanti sacrare figuram  
Disponens vinclî, nectit connubia verbo:  
«Vivite concordî studio, mundumque replete;  
»Crescat longævum felice semine germen:  
«Non annis numerus, vitæ nec terminus esto.  
»Progeniem sine fine dedi, quam tempore toto  
»Aspicias, generi primus qui poneris auctor.  
»Eductos spargens pronepos per sæcla nepotes <sup>4</sup>  
»Viventes numeret proavos, inque ora parentum  
»Ducant annosi natorum pignora <sup>5</sup> nati.

»Tum lex conjugii, toto venerabilis ævo,  
»Intemerata suo servabitur ordine cunctis.

<sup>1</sup> *genialis forma*: una hermosura destinada a ser su compañera. (*Genialis* se deriva de *genius*, divinidad protectora que el paganismo suponía que nacía con el hombre y le acompañaba toda la vida: de aquí que *genialia jura* se interprete juramento conyugal, y *genialis forma* sea aquí una hermosura que había de ser consorte o esposa del primer hombre.)

<sup>2</sup> *conjugii pensat fructu dispendia membri*: con el resultado del matrimonio, o dando al hombre una com-

pañera, le compensa de la porción que de su cuerpo le quitó.

<sup>3</sup> *Istius indicium somni mors illa secuta est, sponte sua subit sumpto quam corpore Christus*: Este sueño era anticipada figura de aquella muerte que por su propia voluntad sufrió Cristo cuando se hizo hombre.

<sup>4</sup> *Eductos... nepotes*: Los nietos que nacieran de su raza.

<sup>5</sup> *natorum pignora*: los hijos de sus hijos.



- ›Femina persistat, de viscere sumpta virili <sup>1</sup>
- ›Conjugio servare fidem; nec separet alter
- ›Quod jungit sociatque Deus: patremque relinquat
- ›Et matrem justo constrictus amore maritus.
- ›Nec jam ullus propter rumpant hæc vincla parentes
- ›Vita sed amborum carnem teneatur ad unam.›

Taliter æterno conjungens fœdere vota  
Festivum dicebat hymen, castoque pudori  
Concinit angelicum juncto modulamine carmen <sup>2</sup>.  
Pro thalamo Paradisus erat, mundusque dabatur  
In dotem, et lætis gaudebant sidera flammis.

### III

#### *Describitur Paradisus.*

Ergo ubi transmissis mundi caput incipit Indis,  
Quo perhibent terram confinia jungere cælo <sup>3</sup>,  
Lucus inaccessa cunctis mortalibus arce  
Permanet æterno conclusus limite <sup>4</sup> postquam  
Decidit expulsus primævi criminis auctor,  
Proque reis digne felici ab sede revulsis,  
Cælestes hæc sancta capit nunc terra ministros.  
Non hic alterni succedit temporis unquam  
Bruma <sup>5</sup>, nec æstivi redeunt post frigora soles,  
Excelsus calidum cum reddit circulus annum,  
Vel densante gelu canescunt arva pruinis.  
Hic ver assiduum cæli clementia servat;  
Turbidus auster abest, semperque sub ære sudo

<sup>1</sup> *de viscere sumpta virili*: formada de una costilla del hombre.

<sup>2</sup> *castoque pudori concinit angelicum juncto modulamine carmen*: y el coro de los ángeles unió sus cánticos para ensalzar el casto pudor.

<sup>3</sup> *quo perhibent terram confinia jungere cælo*: en donde dicen que los

confines de la tierra se confunden con el cielo.

<sup>4</sup> *permanet æterno conclusus limite*: permanece eternamente cerrado.

<sup>5</sup> *Non hic alterni succedit temporis unquam bruma*: Aquí la sucesión de las estaciones no produce el frío del invierno.



Nubila diffugiunt jugi cessura sereno <sup>1</sup>.  
Nec poscit natura loci quos non habet imbres;  
Sed contenta suo dotantur germina rore <sup>2</sup>.  
Perpetuo viret omne solum, terræque tepentis  
Blanda nitet facies: stant semper collibus herbæ,  
Arboribusque comæ: quæ cum se flore frequenti  
Diffundunt, celeri solidant sua germina succo <sup>3</sup>.  
Nam quidquid nobis toto tunc nascitur anno,  
Menstrua maturo dant illic tempora fructu.  
Lilia perlucent nullo flaccientia sole,  
Nec tactus violat violas roseumque ruborem  
Servans perpetuo suffundit gratia vultu.  
Sic cum desit hiems, nec torrida ferveat æstas,  
Fructibus autumnus, ver floribus occupat annum  
Hic, quæ donari mentitur fama Sabæis,  
Cinnama nascuntur, vivax quæ colligit ales <sup>4</sup>,  
Natali cum fine perit <sup>5</sup>, nidoque perusta <sup>6</sup>  
Succedens sibimet quæsita morte resurgit;  
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci,  
Longa veternosi renovatur corporis ætas,  
Incensamque levant exordia crebra senectam.  
Illic desudans fragantia balsama ramus  
Perpetuum promit pingui de stipite fluxum.  
Tum si forte levis movet spiramina ventus,  
Flatibus exiguis lenique impulsa susurro  
Dives silva tremit foliis et flore salubri,  
Qui sparsus lato suaves dispensat odores.  
Hic fons perspicuo resplendens gurgite surgit:  
Talis in argento non fulget gratia, tantam  
Nec crystallæ trahunt nitido de frigore lucem <sup>7</sup>.

<sup>1</sup> *nubila diffugiunt jugi cessura sereno*: huyen los nublados, que no pueden acercarse a aquel cielo siempre sereno.

<sup>2</sup> *contenta suo dotantur germina rore*: las plantas que contiene son fecundadas por un rocío que les es propio.

<sup>3</sup> *celeri solidant sua germina succo*: hacen crecer, o vigorizan sus retoños, con una savia que los reanima con una rápida o activa circulación.

<sup>4</sup> *vivax... ales*: el ave fénix.

<sup>5</sup> *natali fine*: muerte que es el principio de una nueva vida.

<sup>6</sup> *nidoque perusta*: ya quemada en su nido. (Se suponía que el ave fénix, cuando llegaba a la vejez, se encerraba en su nido, donde, después de reunir plantas y resinas aromáticas, se quemaba en ellas, para renacer de sus cenizas.)

<sup>7</sup> *tantam nec crystallæ trahunt nitido de frigore lucem*: ni el cristal cuajado como el hielo es más brillante.



Negligit hic virides riparum margo lapillos <sup>1</sup>;  
Et quas miratur mundi jactantia gemmas,  
Illic saxa jacent: varios dant arva colores,  
Et naturali campos diademate pingunt.

IV

*Omnibus concessis Paradisi fructibus, tantum boni  
et mali arbore prohibentur Adam et uxor.*

Interea primi, summus quos junxerat Auctor,  
In paradisiaca ponuntur sede parentes.

Quis <sup>2</sup> Rector tali proponit præmia lege:

- > O summum factoris opus, quos sola creavit
- > Nostra manus <sup>3</sup>, nasci cum cætera voce juberem!
- > Aspiciatis quanto pulcherrimus ubere lucus
- > Divitiis tumeat magnis? Hæc cuncta dabuntur
- > Ad vestros sine fine cibos; hinc esca petatur;
- > Sumite concessas fruges et carpite poma.
- > Hic operis dulci studio secura quiescat
- > Deliciisque fruens longævo in tempore vita <sup>4</sup>.
- > Est tamen in medio nemoris, quam cernitis, arbor
- > Notitiam recti pravique in germine portans:
- > Hujus ab accessu vetitum restringite tactum,
- > Nec vos forte premat temeraria discere cura
- > Quæ prohibet doctor; melius nescire, beatis
- > Quod quæsisse nocet. Testor quem fecimus orbem,
- > Quod si quis vetitum decerpat ab arbore pomum,
- > Audax commissum mortis discrimine pendet <sup>5</sup>.
- > Non immensa loquor <sup>6</sup>: facilis custodia recti.
- > Servator vitam, mortem temerator habebit.>

<sup>1</sup> *Negligit hic virides riparum margo lapillos*: Deslizase este perezoso entre riberas sembradas de esmeraldas.

<sup>2</sup> *Quis por quis*.

<sup>3</sup> *quos sola creavit nostra manus*: hipálage, por quos solos creavit, etc.

<sup>4</sup> *Hic operis dulci studio secura quiescat deliciisque fruens longævo in*

*tempore vita*: Vivid aquí tranquilos, sirviéndoos de agradable distracción el trabajo, y gozando por largo tiempo de todo género de delicias.

<sup>5</sup> *audax commissum mortis discrimine pendet*: pagará con la muerte su osado delito.

<sup>6</sup> *Non immensa loquor*: No pido imposibles.



Accipiunt juvenes dictum, lætique sequuntur,  
Spondentes omni servandam tempore legem.  
Sic ignara mali novitas, nec conscia fraudis,  
Incautas nulla tetigit formidine mentes.  
At pater, instructos sacrata in sede relinquens,  
Lætus in astrigeram cæli se sustulit aulam.

## DE PECCATO ORIGINALI

### I

#### *Serpentis in primos parentes invidia.*

Vidit ut iste novos homines in sede quietam  
Ducere felice nullo discrimine vitam,  
Et lege accepta domino famularier<sup>1</sup> orbis,  
Subjectisque frui placida inter gaudia rebus,  
Commovit subitum zeli scintilla vaporem<sup>2</sup>,  
Exerevitque calens in sæva incendia livor.  
Vicinum tunc forte fuit cum decidit alto  
Tempus, et innexam traxit per prona catervam.  
Hoc recolens, casumque premens in corde recentem  
Plus doluit periisse sibi quod possidet alter.  
Tunc mixtus cum felle pudor sic pectore questus  
Explicat, et tali suspiria voce relaxat:  
»Proh dolor! Hoc nobis subitum consurgere plasma  
»Invisumque genus nostra crevisse ruina!  
»Me celsum virtus habuit, nunc ecce neglectus  
»Pellor, et angelico limus succedit honori!  
»Cælum terra tenet, vili compage levata  
»Regnat humus, nobisque perit translata potestas!<sup>3</sup>  
»Nec tamen in totum periit, pars magna retentat

<sup>1</sup> *famularier*: forma paragógica, por *famulari*.

<sup>2</sup> *commovit subitum zeli scintilla vaporem*: una chispa de su envidia hizo que en su corazón prendiera una

repentina llama.

<sup>3</sup> *nobisque perit translata potestas*: y yo he perdido el poder que se ha transferido al hombre.



- » Vim propriam, summaque cluit virtute nocendi.
  - » Nil differre juvat<sup>1</sup>: jam nunc certamine blando
  - » Congrediar<sup>2</sup>, dum prima salus<sup>3</sup>, experta nec ullos
  - » Simplicitas ignara dolos ad tela patebit.
  - » Et melius soli capientur fraude, priusquam
  - » Fecundam mittant æterna in sæcula prolem.
  - » Immortale nihil terra prodire sinendum est.
  - » Fons generis pereat; capitis defectio membris
  - » Semen mortis erit; pariat discrimina lethi
  - » Vitæ principium; cuncti feriantur in uno:
  - » Non faciet vivum radix occisa cacumen.
  - » Hæc mihi dejecto tantum solatia restant.
  - » Si nequeo clausos iterum conscendere cælos,
  - » His quoque claudantur: levius cecidisse putandum est,
  - » Si nova perdatur simili substantia casu<sup>4</sup>,
  - » Si comes excidii subeat consortia pœnæ,
  - » Et quos prævideo nobiscum dividat ignes.
  - » Sed ne difficilis fallendi causa putetur,
  - » Hæc monstranda via est, dudum quam sponte cucurri
  - » In pronum lapsus: quæ me jactantia cælo
  - » Expulit, hæc hominem paradisi e limine pellat.»
- Sic ait et gemitus vocem clausere dolentis.

## II

### *Serpens mulierem fallit.*

Ergo ut vipeream malesuada fraude figuram  
Induit<sup>5</sup>, et totum fallax processit in anguem,

<sup>1</sup> *Nil differre juvat*: No quiero esperar más.

<sup>2</sup> *certamine blando congrediar*: lucharé con halagos por armas.

<sup>3</sup> *prima salus*: la flor de la juventud. El orden es: *dum salus prima et simplicitas ignara non experta dolos ullos, patebit ad tela*. (*Nec*, expresión negativa conjuntiva, puede descomponerse en *non* o *ne ac*, supuesto que

*nec* no es otra cosa que forma apocópada de *neque*, compuesta de la partícula negativa *ne* y la conjunción enclítica *que*.)

<sup>4</sup> *si nova perdatur simili substantia casu*: si la nueva criatura se pierde o arruina con una caída igual a la mía.

<sup>5</sup> *vipeream... figuram induit*: tomó la forma de la serpiente.



Pervolat ad lucum: tum forte rubentia læti  
Carpebant juvenes viridi de palmitē mala.  
Hic veritus serpens, firma ne mente virili  
Non queat effuso subvertere corda veneno:  
Arboris in vetitæ spiris reptantibus altum  
Porrigitur, tractumque suum sublimibus æquans <sup>1</sup>  
Auditum facilem leni sic voce momordit:

«O felix, mundique decus, pulcherrima virgo,  
»Ornat quam roseo præfulgens forma pudore,  
»Tu generi ventura parens; te maximus orbis  
»Exspectat matrem; tu prima et certa voluptas  
»Solamenque viri, sine qua nec vivere possit;  
»Ut major, sic jure tuo subjectus amori,  
»Cui juncta es, pulchran reddas ut tempore prolem <sup>2</sup>.  
»Vobis digna datur paradisi in vertice sedes;  
»Vos subjecta tremit famulans substantia mundi;  
»Quod cælum, quod terra creat, quod gurgite magno  
»Producit pelagus, vestros confertur in usus.  
»Nil natura negat, datur ecce in cuncta potestas.  
»Non equidem invideo, miror magis; attamen ista  
»Cur Deus invidit vobis ex arbore fructus?  
»Scire velim quis dira jubet, quis talia dona  
»Invidet, et rebus jejunia miscet opimis.»

Hæc male blanditam finxerunt sibila vocem <sup>3</sup>.  
Quis stupor, o mulier, mentem caligine clausit?  
Cum serpente loqui, verbum committere bruto  
Non pudet, ut vestram præsumat bellua linguam? <sup>4</sup>  
Et monstrum pateris, responsumque insuper addis?

Ergo ubi mortiferum seductilis Eva venenum  
Auribus accipiens, cladi consensit iniquæ,  
Tunc ad serpentem vano sic ore locuta est:  
«Suavibus, o pollens coluber dulcissime, verbis,

<sup>1</sup> *tractumque suum sublimibus æquans*: y arrastrándose hasta la parte más alta del árbol.

<sup>2</sup> El orden es: *ut (ille) cui subjecta es, ut reddas prolem pulchram tempore, est major, sic (ille) subjectus (est) jure amori tuo.*

<sup>3</sup> *Hæc male blanditam finxerunt sibila vocem*: Estas fueron las traidoras palabras que para halagar a la mujer pronunció la serpiente.

<sup>4</sup> *ut vestram præsumat bellua linguam?*: de suerte que una bestia te obligue a hablar?



- › Non, ut rere, Deus nobis jejunia suasit,  
› Nec prohibet largo curari corpora pastu.  
› Ecce vides epulas totus quas porrigit orbis,  
› Omnibus his licite genitor promptissimus<sup>1</sup> uti  
› Præstitit, et totas esu<sup>2</sup> laxavit habenas.  
› Hæc sola est nemoris medii, quam perspicis, arbor  
› Interdicta cibus: hæc tantum tangere poma  
› Non licitum: dives præsumit cetera victus;  
› Quod si libertas temerarit noxia legem,  
› Jurans terribili prædixit voce creator,  
› Quadam nos statim luituros morte reatum.  
› Quid vero mortem appellet, doctissime serpens,  
› Pande libens; rudibus nobis incognita res est.›  
Callidus inde draco, et lethi tum sponte magister,  
Interitum docet, et captas sic fatur ad aures:  
› Terroris vacuum formidas, femina, nomen;  
› Nequaquam vos dira manet sententia mortis,  
› Sed Pater invisus sortem non contulit æquam,  
› Nec vos scire dedit, sibimet quæ summa reservat.  
› Quid juvat<sup>3</sup> ornatum comprehendere aut cernere mundum,  
› Et cæcas misero concludi carcere mentes?  
› Corporeos pariter sensus oculosque patentés  
› Et brutis natura dedit; sol omnibus unus  
› Servit, ab humano nec distat bellua visu.  
› Consilium mage sume meum, mentesque supernis  
› Inserere, et erectos in cælum porrigere sensus.  
› Namque id quod vetitum formidas tangere pomum,  
› Scire dabit quæcumque Pater secreta reponit.  
› Tu modo suspensos tantum ne contrahe tactus:  
› Ne captiva diu frenetur lege voluntas.  
› Namque ubi divinum libaveris ore saporem,  
›<sup>4</sup> Mox purgata suo faciet tua lumina visu  
› Æquiparare deos, sic sancta, ut noxia nosse,  
› Injustum recto, vero discernere falsum.›

<sup>1</sup> *promptissimus*: generosísimo.

<sup>2</sup> *esu* por *esui*.

<sup>3</sup> *Quid juvat*: De qué os sirve, o para qué queréis.

<sup>4</sup> El orden es: *mox (sapor) faciet lumina tua purgata æquiparare deos*

*visu suo*. (Nótese de paso cómo aquí la serpiente insinúa a la mujer la idea de la pluralidad de dioses: el Génesis pone en boca de la serpiente estas palabras: *et eritis sicut dii*.)



Talia fallaci spondentem dona susurro  
Credula submisso miratur femina vultu,  
Et jam jamque magis cunctari et flectere sensum  
Incipit, et dubiam letho plus addere mentem.  
Ille ut vicino victam discrimine sensit,  
Unum de cunctis lethali ex arbore malum  
Detrahit, et secum nutanti <sup>1</sup> protinus offert.  
Nec spernit miserum mulier male credula munus,  
Sed manibus pomum ignaris lethale retractat;  
Naribus interdum labiisque patentibus ultro  
Jungit, et ignorans ludit de morte futura <sup>2</sup>.

O quoties ori admotum compuncta retraxit,  
Audacisque mali titubans sub pondere dextra  
Cessit, et effectum sceleris tremefacta refugit!  
Dis <sup>3</sup> tamen esse cupit similis, serpitque venenum  
Ambitione nocens <sup>4</sup>. Rapiunt contraria mentem,  
Hinc amor, inde timor: pulsat jactantia legem <sup>5</sup>,  
Interdumque etiam lex subvenit: æstuat anceps  
Dividui cordis dura inter prælia fluctus <sup>6</sup>.  
Nec tamen incentor desistit fallere serpens,  
Ostentatque cibum dubiæ, queriturque morari,  
Et juvat in lapsum pendentis prona ruinæ <sup>7</sup>.

Ut tandem victæ gravior sententia sedit  
Æternam tentare famem <sup>8</sup> per criminis escam,  
Serpentem satiare cibo quem sumeret ipsa,  
Annuit insidiis, et pomum morsa momordit.  
Dulce subit virus, capitur mors horrida pastu.

<sup>1</sup> *et secum nutanti (feminæ) protinus offert*: y en seguida presenta, u ofrece (la fruta) a la mujer, que luchaba interiormente.

<sup>2</sup> *et ignorans ludit de morte futura*: e ignorante, juega con su perdición futura.

<sup>3</sup> *Dis*: sinéresis, por *Diis*.

<sup>4</sup> *serpitque venenum ambitione nocens*: y el veneno mortífero de la ambición invade poco a poco su espí-

ritu.

<sup>5</sup> *pulsat jactantia legem*: el orgullo atropella la ley.

<sup>6</sup> El orden es: *fluctus anceps æstuat inter prælia dura cordis dividui*.

<sup>7</sup> *et juvat in lapsum pendentis prona ruinæ*: y le ayuda a lanzarse por la pendiente de la perdición que le amenaza.

<sup>8</sup> *sententia... tentare famem*, por *sententia tentandi famem*.



Continet hic primum sua gaudia callidus anguis,  
Dissimulatque ferum victoria sæva <sup>1</sup> triumphum.

### III

#### *Serpentis lætitia.*

Tunc victor serpens certamine lætus ab ipso,  
Puniceam crispans squamoso in vertice cristam,  
Nec jam dissimulans, quem presserat ante triumphum.  
Acrior insultat victis, et talibus inquit:

> En affectatæ vobis est gloria laudis  
> Reddita, qui perversa simulque etiam optima nostis.  
> Cuncta ego vos docui, sensumque per abdita duxi,  
> Et quodcumque malum solers natura negabat  
> Institui, pactumque meum, ne forte negetis,  
> Servavi, et firma vosmet mihi sorte dicavi.  
> Nec Deus in vobis, quamvis formaverit ante,  
> Jam plus juris habet: teneat quod condidit ipse;  
> Quod docui mecum est, major mihi portio restat.  
> Multa Creatori debetis: plura magistro.>  
Dixit, et in media trepidos caligine linqvens  
Per medium fugiens evanuit aera corpus.

### DE SENTENTIA DEI

#### I

#### *Stolide ac superbe queritur Adam.*

Ille <sup>2</sup> ubi convictum claro se lumine vidit,  
Prodidit et totum discussio justa reatum,  
Non prece submissa veniam pro crimine poscit,  
Non votis lacrymisve rogat, non vindice fletu <sup>3</sup>

<sup>1</sup> *victoria sæva*, por *victor sævus*.

<sup>2</sup> *Ille*: es decir, Adán.

<sup>3</sup> *non vindice fletu*: no con llanto reparador.



Præcurrit meritam supplex confessio pœnam.  
Jamque miser factus, nondum miserabilis ille est.  
Nam sensu erigitur, tumidisque accensa querelis  
Fertur in insanas laxata superbia voces:

- «Heu male perdendo mulier conjuncta marito!
- »Quam sociam misero prima sub lege dedisti,
- »Hæc me consiliis vicit devicta sinistra,
- »Et sibi jam notum persuasit sumere pomum.
- »Ista mali caput est, crimen surrexit ab ista.
- »Credulus ipse fui, fidei sed tu unicus auctor <sup>1</sup>,
- »Connubium donans, et dulcia vincula nectens,
- »Atque utinam felix, quæ quondam sola vigebat,
- »Cælebs vita foret, talis nec conjugis unquam
- »Fœdera sensisset, comiti non subdita pravæ!»

## II

*Deus in serpentem, Adam et Evam sententiam profert.*

Posthæc supremam promittentem sententia legem,  
Serpentemque reum prima sic voce notavit:  
<Tu vero cujus fucatis femina verbis  
»Capta semel, similes Adam pertraxit in ausus,  
»Propter utrumque reus <sup>2</sup>, pendes quod fecit uterque.  
»Nec tibi sublimi constabit pectore vertex,  
»Callida sed pronus per terram corpora volves,  
»Utque fuga trepido sinuosa volumina currant <sup>3</sup>,  
»Non gressus sed lapsus erit, teque ipse sequeris  
»Flexibus, et spiras viventia vincula nectent.  
»Tum propter suasam miserorum cordibus escam  
»Tellurem captans pastu vesceris inani,  
»Mensibus et certis, fugitivus ab aëre sudo,  
»Inclusus terris communi sole carebis.

<sup>1</sup> *fidei sed tu unicus auctor*: pero tú, el único autor, o el único responsable, o culpable, de mi credulidad.

<sup>2</sup> *propter utrumque reus*: doblemente culpable.

<sup>3</sup> *utque fuga trepido sinuosa volumina currant*: para que cuando huyas, tu tembloroso cuerpo corra formando curvas.



> Inter cuncta replent quæ nunc animantia mundum  
> Omnibus invisus fies, gravis omnibus horror.  
> Præcipue infelix mulier, cum prole futura,  
> Tecum inimicitias odio constante reponet,  
> Seminibusque tuis ejus cum semine bellum  
> Perpetuum; sed dissimilis victoria, nam qui  
> Ambos una opera vicisti, subdole serpens,  
> Olim erit <sup>1</sup> ut sexum muliebrem pronus adores:  
> Cujus tu quamquam pavidæ insidiabere calci,  
> Conteret una caput tandem tibi femina victrix,  
> Nascendumque etiam tali de stipite germen.»

Posthæc attonitam judex commotus in Evam:  
> Et tu, quæ primam violasti, femina, legem,  
> Accipe, ait, reliquum vitæ quod restat in ævum;  
> Imperium patiere tori, dominumque timebis  
> Quem dederam socium; ejus tu subdita jussis  
> Pareto, et libitus post hæc assuesce viriles <sup>2</sup>.

.....  
.....  
.....  
..... > Transacto fastidia tempore complens  
> Naturale malum partus ab vindice partu  
> Producas, vita ut prolis sit pœna parentis,  
> Sed quid multa loquar miseræ discrimina matris?  
> Nam cum præduro mulier confecta labore  
> Optatam sobolem tali produxeris ortu,  
> Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.»

Interea trepidus jam dudum sustinet Adam,  
Quid sibi terribilis tandem sententia servet.  
Cui Pater: «Attentis, inquit, nunc auribus et tu  
> Accipe quid mereare, levis quem femina vicit.  
> Impolluta prius pulchro sub germine tellus,  
> <sup>3</sup> Non jam fida satis, nec puro semine simplex,

<sup>1</sup> *olim erit*: llegarí un tiempo.  
<sup>2</sup> *libitus post hæc assuesce viriles*:  
acostúmbrate desde ahora a obedecer los caprichos de tu marido.

<sup>3</sup> El orden es: *tellus non satis fida, nec simplex semine puro*. (non) monstravit jam terga pristina per orbem corruptum.



- › Pristina monstravit corruptum terga per orbem <sup>1</sup>  
› Exemploque tuo semper tibi terra rebellans,  
› Vepribus ac tribulis armata resistere discet.  
› Aut si frangenti cedens succumbit aratro,  
› Vomeris affixo mordaci dente subacta,  
› Pinguia decipient mentito germine culta.  
› Nam pro triticeo lolium consurgere fructu,  
› Et fictas segetes vacuasque dolebis aristas,  
› Sic ut vix centum producant jugera panem,  
› Sudore assiduo nitens quem sumat egestas <sup>2</sup>,  
› Illecebramque cibi pœnalis vindicet esca,  
› Æqualem brutis facient tibi pabula vitam,  
› Et simul herbarum succos, pastumque requires.  
› Ærumnosa diu volvetur talibus ætas :  
› Donec præscriptum ponant tibi sæcula finem,  
› Et compacta luto rursum solvantur in illud <sup>3</sup>  
› Membra, simulque levi fias de pulvere pulvis,  
› Ante tamen durum nati præcurrere lethum  
› Conspicies, pœnasque tuas in prole videbis,  
› Ut metuenda magis cernatur mortis imago,  
› Peccasse agnoscas quid sit, quid mortua fleri,  
› Quidve mori. Ac ne quid desit tibi forte malorum,  
› Quæ castigandis <sup>4</sup> corruptus parturit orbis,  
› Acrior immenso miscèbitur ira dolori.  
› Nam cum prima tibi producent tempora natos,  
› Livor edax areto certabit limite mundi,  
› Nec jam sufficiet vacuus conflictibus orbis,  
› Totaque fraterno congressu terra tremiscet,  
› Alter in alterius consurget vulnera frater,  
› Telluremque novam, cognato sanguine tinget <sup>5</sup>.  
› Exin posteritas varios passura labores,  
› Per varios casus mortalia debita pendet,  
› Dum veterem ductus dissolvat terminus <sup>6</sup> orbem,

<sup>1</sup> nec (tellus) pristina monstravit corruptum terga per orbem : y la tierra, transformada en toda su redondez, no te presentará su antigua corteza; es decir, se volverá dura y no producirá los mismos sabrosos frutos sino a costa de durísimo trabajo.

<sup>2</sup> quem sumat egestas : equivale a

quem tu egenus sumas.

<sup>3</sup> Suple lutum.

<sup>4</sup> Suple hominibus.

<sup>5</sup> telluremque novam, cognato sanguine tinget : y teñirá con sangre de su hermano la tierra recién salida de las manos de su Creador.

<sup>6</sup> ductus terminus : el límite fijado.



«Occidat omne vicens, finisque redarguat orta»<sup>1</sup>.  
Audierat, motumque dedit conterrita tellus.

His Pater exactis, hædorum pellibus ambos  
Induit, et sancta Paradisi ab sede rejecit.  
Tum miseri egressum properant, mundumque vacan-  
Intrant, et celeri perlustrant omnia cursu. [tem  
Et quamquam variis herbis ac gramine picta,  
Et virides campos, fontesque et flumina monstrat<sup>2</sup>;  
<sup>3</sup> Illis fæda tamen species mundana putatur,  
Post, Paradise, tuam, totumque videntibus horror<sup>4</sup>;  
Utque hominum mos est, studio majore negata  
Amplecti, et vetitis graviore incumbere cura,  
Sic majore animo clausus Paradisus amatur;  
Angustatur humus, strictumque gementibus orbem  
Terrarum finis non cernitur, et tamen instat.  
Squalet et ipse dies<sup>5</sup>; causantur sole sub ipso  
Subductam<sup>6</sup> lucem; cælo suspensa<sup>7</sup> remoto  
Astra gemunt, tactusque prius vix cernitur axis.  
Tunc inter curas permixto felle doloris,  
Affectus sensere novos, et pectora pulsans  
Nondum compertas prorrumpit fletus in undas,  
Attentisque genis injussus defluit humor.

<sup>1</sup> dum... finis redarguat orta: hasta que el fin demuestre que han tenido principio.

<sup>2</sup> Suple mundus.

<sup>3</sup> El orden es: tamen Paradise, species mundana putatur illis fæda post (speciem) tuam, totumque (putatur) horror (illis) videntibus.

<sup>4</sup> totumque videntibus horror (putatur): y les parece horrible todo lo que ven.

<sup>5</sup> Squalet et ipse dies: Y hasta el

día palidece.

<sup>6</sup> Suple esse.

<sup>7</sup> Suple esse. Algunos interpretan este pasaje de este modo: «gimen los astros suspendidos en el alto cielo»; pero la oración anterior indica que se sobrentiende esse después de suspensa, y, por tanto, parece más acertado traducir: «gimen o lloran (los primeros padres) de ver suspendidos los astros en un lejano cielo».



# M. AURELII CLEMENTIS PRUDENTII

## EX LIBRIS ADVERSUS SYMMACHUM

### I

#### *Crucis potentia.*

Hoc signo <sup>1</sup>, invictus transmissis Alpibus ultor  
Servitium solvit miserabile Constantinus.  
Cum te <sup>2</sup> pestifera premeret Maxentius aula,  
Lugebas longo damnatos carcere centum,  
Ut seis ipsa, patres <sup>3</sup>. Aut sponsus, fœdera pactæ  
Intercepta gemens <sup>4</sup>, diroque satellite rapta,  
Immersus tenebris dura inter vincula flebat:  
Aut si nupta, torum regis conscendere jussa,  
Cœperat impurum Domini oblectare furorem,  
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.  
Plena puellarum patrumque ergastula sævi  
Principis: abducta genitor si virgine mussans  
Tristius ingemuit, non ille impune dolorem  
Prodidit, aut confessa nimis suspiria traxit.

Testis Christicolæ ducis <sup>5</sup> adventantis ad urbem  
Milvius <sup>6</sup>, exceptum Tiberina in stagna tyrannum

<sup>1</sup> *Hoc signo*: Con esta señal (con el lábaro de la cruz).

<sup>2</sup> *Suple oh Roma*.

<sup>3</sup> *patres*: senadores. (Los senadores se llamaban *patres conscripti*.)

<sup>4</sup> *fœdera pactæ intercepta gemens*: llorando la separación de su prome-

tida.

<sup>5</sup> *Christicolæ ducis*: del caudillo cristiano. (Este caudillo era Constantino.)

<sup>6</sup> *Milvius*. El puente Milvio, defendido por las tropas del tirano Maxencio.



Præcipitans, quanam victricia viderit armã  
Majestate regi, quod signum dextera vindex  
Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.  
Christus <sup>1</sup> purpureum gemmanti textus in auro  
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus  
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.  
Ipse senatorum meminit clarissimus ordo,  
Qui tum concreto processit crine, catenis  
Squalens carcereis, aut nexus compede vasta,  
Complexusque pedes victoris, ad inclyta flendo  
Procubuit vexilla jacens: tunc ille senatus  
Militiæ ultricis titulum, Christique verendum  
Nomen adoravit, quod collucebat in armis.

Ergo cave, egregium caput orbis, inania posthæc  
Prodigia, et larvas stolido tibi fingere cultu,  
Atque experta Dei virtutem spernere veri.  
Deponas jam festa velim puerilia, ritus  
Ridiculos, tantoque indignia sacraria regno.  
Marmora tabenti respergine tincta lavate  
O proceres: liceat statuas consistere puras.  
Artificum magnorum opera, hæc pulcherrima, malim  
Ornamenta fuant <sup>2</sup> patriæ, nec decolor usus  
In vitium versæ monumenta coinquinet artis.

Talibus edictis, urbs informata refugit  
Errores veteres, et turbida ab ore vieto  
Nubila discussit <sup>3</sup>; jam nobilitate parata  
Æternas tentare vias, Christumque vocante  
Magnanimo ductore sequi, et spem mittere in ævum.

Tum primum senio docilis, sua sæcula Roma  
Erubuit, pudet exacti jam temporis, odit  
Præteritos fœdis cum religionibus annos.

<sup>1</sup> *Christus*. El anagrama del nombre de Cristo. (Este anagrama tenía la forma de una *P* superpuesta a una *X*.)

<sup>2</sup> *fuant*: forma arcaica, por *sint*.

<sup>3</sup> *et turbida nubila ab ore vieto discussit*: e hizo desaparecer en su semblante, envejecido por los años, el turbio mirar de sus ojos.



Mox ubi contiguos fossis muralibus agros  
Sanguine justorum innocuo maduisse recordans,  
Invidiosa videt tumulorum millia circum <sup>1</sup>,  
Tristis iudicii mage pœnitet, ac ditionis  
Effrenis, nimiaque sacris pro turpibus iræ,  
Compensare cupit teterrima vulnera læsæ  
Justitiæ, sero obsequio, veniaque petenda;  
Ne tanto imperio maneat, pietate repulsa,  
Crimen sævitæ, monstrata piacula quærit <sup>2</sup>,  
Inque fidem Christi pleno transfertur amore.  
Laurea victoris Marii minus utilis urbi,  
Cum traheret Numidam populo plaudente Jugurtham;  
Nec tantum Arpinas consul <sup>3</sup> tibi, Roma, medelæ  
Contulit, extincto justa inter vincla Cethego,  
Quantum præcipuus nostro sub tempore princeps <sup>4</sup>  
Prospexit tribuitque boni. Multos Catilinas  
Ille domo pepulit; <sup>5</sup> non sæva incendia tectis.  
Aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus,  
Internoque hominum <sup>6</sup> stravit tormenta parantes.

Errabant hostes <sup>7</sup> per templa, per atria passim,  
Romanumque forum et Capitolia celsa tenebant,  
Qui conjuratas ipsa ad vitalia plebis <sup>8</sup>  
Moliti insidias, intus serpente veneno  
Consuerant tacitis pestem miscere medullis.  
Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus  
Clara trophæa refert sine sanguine, remque Quirini  
Assuescit supero pollere in sæcula regno <sup>9</sup>,  
Denique nec metas statuit, nec tempora ponit;

<sup>1</sup> *invidiosa videt tumulorum millia circum*: ve en torno suyo mil sepulcros que la acusan.

<sup>2</sup> *monstrata piacula quærit*: busca, o acepta, la expiación que se le propone.

<sup>3</sup> *Arpinas consul*: Cicerón.

<sup>4</sup> *præcipuus princeps*: Teodosio.

<sup>5</sup> El orden es: (*sed*) *stravit parantes non incendia sæva tectis aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus, internoque hominum.*

<sup>6</sup> *internoque hominum*: y al corazón de los hombres.

<sup>7</sup> *hostes*: los enemigos, o sean los demonios en la forma de los dioses del paganismo.

<sup>8</sup> *vitalia plebis*: las almas de la plebe.

<sup>9</sup> *remque Quirini assuescit supero pollere in sæcula regno*: y hace que Roma florezca eternamente en el reino celestial.



Imperium sine fine docet, ne Romula virtus  
Jam sit anus, norit ne gloria parta senectam.

II

*Divæ martyri Eulaliæ hymnus.*

Germine nobilis Eulalia <sup>1</sup>,  
Mortis at indole nobilior  
Emeritam <sup>2</sup> sacra virgo suam,  
Cujus ab ubere progenita est,  
Ossibus ornat <sup>3</sup>, amore colit.

Proximus occiduo locus est,  
Qui tulit hoc decus egregium,  
Urbe potens, populis locuples:  
Sed mage sanguine martyrii,  
Virgineoque potens titulo <sup>4</sup>.

Curriculis tribus atque novem <sup>5</sup>  
Tres hiemes quater attigerat <sup>6</sup>,  
Cum, crepitante pyra, trepidos  
Terruit aspera carnifices,  
Supplicium sibi dulce rata.

Jam dederat prius indicium  
Tendere se Patris ad solium,  
Nec sua membra dicata toro <sup>7</sup>:

<sup>1</sup> *Germine nobilis Eulalia*: Eulalia, noble o ilustre por tu cuna.

<sup>2</sup> *Emeritam*: Mérida.

<sup>3</sup> *ossibus ornat*: honra con su sepulcro.

<sup>4</sup> *virgineoque potens titulo*: y poderosa por tener en su recinto el sepulcro de la virgen Santa Eulalia.

<sup>5</sup> *Curriculis tribus atque novem*:

Doce vueltas del sol alrededor de la tierra: doce días.

<sup>6</sup> *tres hiemes quater attigerat*: cuatro veces había tocado tres inviernos. Es decir, tenía doce años y doce días.

<sup>7</sup> El orden es: *Jam dederat prius indicium se tendere ad solium patris, nec membra sua dicata (esse) toro.*



Ipsa crepundia reppulerat,  
Ludere nescia pusiola.

—  
Spernere succina, flare rosas,  
Fulva monilia respuere <sup>1</sup>,  
Ore severa, modesta gradu,  
Moribus et nimium teneris,  
Canitiem meditata senum <sup>2</sup>.

—  
Ast ubi se furiata lues <sup>3</sup>  
Excitat in famulos Domini,  
Christicolasque cruenta juvet  
Thura cremare, jecur pecudis  
Mortiferis adolere Deis;

—  
Infremuit sacer Eulaliæ  
Spiritus, ingenique ferox  
Turbida frangere bella parat <sup>4</sup>,  
Et rude pectus <sup>5</sup>, anhela Deo,  
Femina provocat arma virum.

—  
Sed pia cura parentis agit  
Virgo animosa domi ut lateat,  
Abdita rure et ab urbe procul,  
Ne fera <sup>6</sup> sanguinis in pretium  
Mortis amore puella ruat <sup>7</sup>.

—  
Illa perosa quietis opem  
Degeneri tolerare <sup>8</sup> mora,  
Nocte fores sine teste movet,

---

<sup>1</sup> *fulva monilia respuere*: despreciaba las brillantes alhajas.

<sup>2</sup> *canitiem meditata senum*: imitando la sensatez o el juicio de los viejos.

<sup>3</sup> *lues*: la persecución.

<sup>4</sup> *ingenique ferox turbida frangere bella parat*: y animosa se dispone

a triunfar en la terrible lucha.

<sup>5</sup> *rude pectus*: corazón sencillo.

<sup>6</sup> *fera*: animosa.

<sup>7</sup> *sanguinis in pretium... ruat*: se lance a conquistar la corona del martirio.

<sup>8</sup> *Illa perosa... tolerare*: no pudiendo ella tolerar.



Septaque claustra fugax aperit,  
Inde per invia carpit iter.

—  
Ingreditur <sup>1</sup> pedibus laceris,  
Per loca senta situ et vepribus,  
Angelico comitata choro:  
Et licet horrida nox sileat,  
Lucis habet tamen illa ducem.

—  
Sic habuit generosa patrum  
Turba columniferum radium <sup>2</sup>  
Scindere qui tenebrosa potens,  
Nocte viam face perspicua  
Præstitit, intereunte chao <sup>3</sup>.

—  
Non aliter pia virgo viam  
Nocte secuta, diem meruit:  
Nec tenebris adoperta fuit,  
Regna Canopica <sup>4</sup> quum fugeret  
Et super astra pararet iter.

—  
Illa gradu cita pervigili  
Millia multa prius peragit,  
Quam plaga pandat eoa polum:  
Mane superba tribunal adit,  
Fascibus adstat et in mediis <sup>5</sup>,

—  
Vociferans: — «Rogo, quis furor est  
Perdere præcipites animas,  
Et male prodiga corda sui

---

<sup>1</sup> *Ingreditur*: Marcha.

<sup>2</sup> *columniferum radium*: una columna de fuego.

<sup>3</sup> *intereunte chao*: desapareciendo las sombras.

<sup>4</sup> *regna Canopica*: el Egipto, es

decir, este mundo del cual huía la santa, como los israelitas huían de Egipto.

<sup>5</sup> *fascibus adstat et in mediis*: y se mete en medio de los lietores.



Sternere rasilibus scopulis <sup>1</sup>,  
Omnipatremque negare Deum?

—

»Quæritis, o miseranda manus,  
Christicolum genus? En, ego sum  
Dæmonicis inimica sacris,  
Idola protero sub pedibus,  
Pectore et ore Deum fateor.

—

»Isis, Apollo, Venus, nihil est,  
Maximianus et ipse nihil:  
Illa nihil, quia facta manu:  
Hic, manuum quia facta colit:  
Frivola utraque, et utraque nihil.

—

»Maximianus, opum Dominus  
Et tamen ipse cliens lapidum,  
Prostituat voveatque suis  
Numinibus caput ipse suum:  
Pectora cur generosa quatit?

—

»Dux bonus, arbiter egregius <sup>2</sup>  
Sanguine pascitur innocuo,  
Corporibusque piis inhians,  
Viscera sobria dilacerat,  
Gaudet et excruciare fidem <sup>3</sup>.

—

»Ergo age, tortor, adure, seca,  
Divide membra coacta luto;  
Solvere rem fragilem facile est,  
Non penetrabitur interior,  
Exagitante dolore, animus.»

---

<sup>1</sup> *sternere rasilibus scopulis*: post-  
trarse delante de piedras esculpidas,  
o delante de ídolos de piedra.

<sup>2</sup> Sigue hablando de Diocleciano

en sentido irónico.

<sup>3</sup> *gaudet et excruciare fidem*: y se  
goza en atormentar a los fieles.



Talibus <sup>1</sup> excitus in furias  
Prætor, ait: — «Rape præcipitem,  
Lictor, et obrue suppliciiis;  
Sentiat esse deos patrios  
Nec leve principis imperium.

»Quam cuperem tamen ante necem  
Si potis es, revocare tuam,  
Torva puellula, nequitiam!  
Respice gaudia quanta metas,  
Quæ tibi fert genialis honor!

»Te lacrymis labefacta domus  
Prosequitur, generisque tui  
Ingemit anxia nobilitas,  
Flore quod occidis in tenero,  
Proxima dotibus et thalamo.

»Non movet aurea pompa tori  
Non pietas veneranda senum <sup>2</sup>  
Quos, temeraria, debilitas?  
Ecce parata ministeria <sup>3</sup>  
Excruciabilis exitii.

»Aut gladio feriere caput,  
Aut laniabere membra, feris  
Aut facibus data fumificis,  
Flebiliterque ululanda tuis  
In cineres resoluta flues.

»Hæc, rogo, quis labor est fugere?  
Si modicum salis eminulis  
Thuris et exiguum digitis

<sup>1</sup> Supple *verbis o dictis*.

<sup>2</sup> *pietas veneranda senum*: el cari-  
ño digno de respeto de tus ancianos

padres.

<sup>3</sup> *Ecce parata ministeria*: Mira pre-  
parados los ejecutores.



Tangere <sup>1</sup>, virgo benigna, velis,  
Pœna gravis procul abfuerit. >

Martyr ad ista nihil, sed enim  
Infremit, inque tyranni oculos  
Sputa jacet: simulacra dehinc  
Dissipat, impositamque molam  
Thuribulis pede prosubigit.

Nec mora, carnifices gemini  
Juncea pectora <sup>2</sup> dilacerant:  
Et latus ungula virgineum  
Pulsat utrumque, et ad ossa secat,  
Eulalia numerante notas.

— «Scriberis ecce mihi Domine  
Quam juvat hos apices <sup>3</sup> legere,  
Qui tua, Christe, trophæa notant,  
Nomen et ipsa sacrum loquitur  
Purpura sanguinis eliciti. >

Hæc sine fletibus et gemitu  
Læta canebat et intrepida.  
Dirus abest dolor ex animo,  
Membraque picta cruore novo  
Fonte cutem recalente lavant <sup>4</sup>.

Ultima carnificina dehinc  
Non laceratio vulnifica  
Crate tenus <sup>5</sup> nec arata cutis:  
Flamma sed undique lampadibus  
In latera stomachumque furit.

<sup>1</sup> *eminulis... digitis tangere*: tocar con las puntas de los dedos.

<sup>2</sup> *juncea pectora*: su flexible talle.

<sup>3</sup> *hos apices*: estos escritos.

<sup>4</sup> *membraque picta cruore novo fonte cutem recalente lavant*: corre nae-

vamente por sus miembros la sangre, que, bañándolos como una fuente de agua tibia, hace resaltar en ellos su natural blancura.

<sup>5</sup> *crate tenus*: hasta los costados.



Crinis odoratus et in jugulos  
Fluxerat, involitans humeris,  
Quo pudibunda pudicitia,  
Virgineusque lateret honos,  
Tegmine verticis opposito.

Flamma crepans volat in faciem,  
Perque comas vegetata caput  
Occupat, exsuperatque apicem<sup>1</sup>:  
Virgo citum cupiens obitum,  
Appetit et bibit ore rogam.

Emicat inde columba repens<sup>2</sup>,  
Martyris os, nive candidior,  
Visa relinquere et astra sequi:  
Spiritus hic erat Eulaliæ  
Lacteolus, celer, innocuus.

Colla fluunt, abeunte anima,  
Et rogam igneus emoritur:  
Pax datur artibus exanimis,  
Flatus in æthere plaudit ovans,  
Templaque celsa<sup>3</sup> petit volucer.

Vidit et ipse satelles avem  
Feminæ ab ore meare palam;  
Obstupefactus et attonitus  
Prosilit et sua gesta fugit,  
Lictor et ipse fugit pavidus.

Ecce nivem glacialis hiems  
Ingerit, et tegit omne forum,  
Membra tegit simul Eulaliæ,

<sup>1</sup> *exsuperatque apicem*: y sube más arriba de la cabeza.

<sup>2</sup> *columba repens*: una paloma que

aparece de repente.

<sup>3</sup> *templaque celsa*: a los cielos.



Axe jacentia sub gelido <sup>1</sup>,  
Pallioli vice linteoli <sup>2</sup>.

Cedat amor lacrymantum hominum  
Qui celebrare suprema solent:  
Flebile cedat et officium:  
Ipsa elementa, jubente Deo,  
Exequias tibi, virgo ferunt.

Nunc locus Emerita est tumulo  
Clara colonia Vettoniæ <sup>3</sup>,  
Quam memorabilis amnis Anas <sup>4</sup>  
Præterit, et viridante rapax  
Gurgite <sup>5</sup> mœnia pulchra lavat.

Hic ubi marmore perspicuo  
Atria luminat alta nitor  
Et peregrinus et indigena,  
Reliquias cineresque sacros  
Servat humus veneranda sinu.

Tecta corusca super rutilant  
De laquearibus aureolis;  
Saxaque cæsa solum variant <sup>6</sup>,  
Floribus ut rosulenta putes  
Prata rubescere multimodis.

Carpite purpureas violas,  
Sanguineosque crocos metite;  
Non caret his genialis hiems,  
Laxat et aura tepens glacies,  
Floribus ut cumulet calathos.

<sup>1</sup> *axe jacentia sub gelido*: que yacían tendidos bajo el cielo frío.

<sup>2</sup> *pallioli vice linteoli*: haciendo las veces de un blanco sudario.

<sup>3</sup> La Vetonia era un territorio de la Lusitania.

<sup>4</sup> *Anas*. El río Guadiana.

<sup>5</sup> *viridante... gurgite*: y corriendo por riberas esmaltadas de verdor.

<sup>6</sup> *solum variant*: forman pavimento de mosaico.



Ista comantibus e foliis  
Munera, virgo puerque, date :  
Ast egoserta choro in medio  
Texta feram pede dactylico,  
Vilia, marcida, festa tamen.

Sic venerarier<sup>1</sup> ossa libet,  
Ossibus altar et impositum :  
Illa Dei sita sub pedibus  
Prospicit hæc, populosque suos  
Carminè propitiata fovet.

---

<sup>1</sup> Arcaísmo, en lugar de *venerari*.



# EX SIDONII APOLLINARIS OPERIBUS

## I

### *Claudiani Mamerti epithaphium.*

Germani <sup>1</sup> decus, et dolor Mamerti,  
Mirantum unica pompa Episcoporum,  
Hoc dat cespite membra Claudianus.  
Triplex bibliotheca <sup>2</sup> quo magistro,  
Romana Attica Christiana fulsit:  
Quam totam Monachus virente in ævo  
Secreta bibit institutione;  
Orator, dialecticus, poeta,  
Tractator <sup>3</sup>, geometra, musicusque.  
Doctus solvere vinela quæstionum,  
Et verbi gladio secare sectas,  
Si quæ catholicam fidem laccessunt.  
Psalmorum hic modulator et phonascus,  
Ante altaria, fratre gratulante,  
Instructas docuit sonare classes.  
Hic solemnibus annuis <sup>4</sup> paravit  
Quæ quo tempore lecta convenirent.  
Antistes fuit ordine in secundo <sup>5</sup>,  
Fratrem fasee levans episcopali.

<sup>1</sup> Germán Mamerto, obispo de Viena y hermano de Claudiano, presbítero de la misma ciudad y autor del *Pange lingua*.

<sup>2</sup> *Triplex bibliotheca*: Las tres literaturas.

<sup>3</sup> *tractator*: intérprete de las Sagradas Escrituras.

<sup>4</sup> *solemnibus annuis*: para las fiestas solemnes del año.

<sup>5</sup> *Antistes fuit ordine in secundo*: Fué presbítero. (El sacerdocio se dividía entonces en tres órdenes: el primero el de los obispos, el segundo el de los presbíteros, y el tercero el de los diáconos.)



Nam de pontificis tenore summi <sup>1</sup>,  
Ille insignia sumpsit hic laborem.  
At tu quisque doles, amice lector,  
De tanto quasi nil viro supersit,  
Udis parce genis rigare marmor;  
Mens et gloria non queunt humari.

II

*Profanæ Poesi valedicit vates.*

Jam per alternum pelagus loquendi <sup>2</sup>  
Egit audacem mea cymba cursum;  
Nec bipertito timuit fluento  
Flectere clavum.

Solvit antennas, legit alta vela,  
Palmulam ponit manus, atque transtris  
Littori junctis, petit osculandam  
Saltus arenam <sup>3</sup>.

Mussitans quamquam chorus invidorum  
Prodat hirritu rabiem canino,  
Nil palam sane loquitur, pavetque  
publica puncta.

Verberant puppem, quatiunt carinam  
Ventilant spondas laterum rotundas,  
Arborem circa <sup>4</sup> volitant sinistrae  
Sibila linguæ.

<sup>1</sup> Como coadjutor de su hermano el obispo de Viena, compartió con él el peso del gobierno de la diócesis, y aunque simple presbítero, gozaba de la consideración propia de la dignidad episcopal.

<sup>2</sup> *per alternum pelagus loquendi*:

por los mares de la poesía y de la prosa.

<sup>3</sup> *petit osculandam saltus arenam*: como si dijera *peto osculandam saltus arenam*.

<sup>4</sup> *arborem circa*: en rededor del mástil.



Nos tamen rectam comite arte proram,  
Nil tumescentes veriti procellas,  
Sistimus portu, geminæ potiti  
Fronde coronæ<sup>1</sup>.

Quam mihi indulisit, populus Quirini,  
Blattifer, vel quam tribuit senatus,  
Quam peritorum dedit ordo consors  
Judiciorum.

Quum meis poni statuam perennem  
Nerva Trajanus<sup>2</sup> titulis videret,  
Inter auctores utriusque fixam  
Bibliothecæ.

Quamque post visus, prope post bilustre  
Tempus, accepi, capiens honorem,  
Qui patrum ac plebis simul unus olim  
Jura gubernat.

Præter heroes, joca multa multis  
Texui pannis; elegos frequenter  
Subditos senis pedibus rotavi  
Commate bino.

Nunc per undenas equitare suetus  
Syllabas lusi celer; atque metro  
Saphico creber cecini, citato  
Rarus iambo.

Nec recordari queo quanta quondam  
Scripserim primo juvenis calore:  
Unde pars major utinam taceri  
Possit et abdi!

<sup>1</sup> *geminæ... coronæ*: dos coronas o distinciones (la de habérsele erigido una estatua y la de haber sido nombrado prefecto de Roma).

<sup>2</sup> La estatua que se le erigió esta-

ba colocada cerca de la de Trajano, en el pórtico que daba entrada a las bibliotecas griega y latina, y entre las estatuas de los fundadores de estas bibliotecas.



Nam senectutis propiore meta,  
Quidquid extremis sociamur annis,  
Plus pudet si quid leve lusit ætas  
Nunc reminisci.

Quod perhorrescens ad epistolarum  
Transtuli cultum genus omne curæ:  
Ne reus cantu petulantiore,  
Sim reus actu;

Neu puter solvi per amœna dicta,  
Schema si chartis phalerasque jungam;  
Clerici ne quid maculet rigorem  
Fama poetæ.

Denique ad quodvis epigramma posthac  
Non ferar pronus, teneroque metro  
Vel gravi; nullum cito cogar exhinc  
Promere carmen.

Persecutorum nisi quæstiones  
Forsitan dicam, meritosque cælum  
Martyras mortis pretio parasse  
Præmia vitæ.

E quibus primum mihi psallat hymnus  
Qui Tolosatem tenuit cathedram<sup>1</sup>,  
De gradu summo Capitoliorum  
Præcipitatum.

Quem negatorem Jovis ac Minervæ,  
Et crucis Christi bona confitentem,  
Vinxit ad tauri latus injugati  
Plebs furibunda;

---

<sup>1</sup> San Saturnino, obispo de Tolosa, en el año 250: predicó el Evange-

lio en las Galias, y fué despeñado del Capitolio de Tolosa.



Ut per abruptum bove concitato,  
Spargeret cursus lacerum eadaver,  
Cautibus tinctis calida soluti  
Pulte cerebri.

Post Saturninum volo plectra cantent,  
<sup>1</sup> Quos patronorum reliquos probavi  
Anxio duros mihi per labores  
Auxiliatos.

Singulos quos nunc pia nuncupatim  
Non valent versu cohibere verba;  
Quos tamen chordæ nequeunt sonare,  
Corda sonabunt.

---

<sup>1</sup> El orden es: *reliquos patronorum quos probavi auxiliatos (esse) mihi anxio per labores duros.*



# E PROFANIS POETIS EXCERPTA

## M. VALERII MARTIALIS

### EX EPIGRAMMATIBUS

#### I

#### *Vita felix.*

Vitam quæ faciunt beatiorem,  
Jucundissime Martialis <sup>1</sup>, hæc sunt:  
Res <sup>2</sup> non parta labore, sed relictæ <sup>3</sup>;  
Non ingratus ager; focus perennis <sup>4</sup>:  
Lis nunquam; toga rara <sup>5</sup>; mens quieta,  
Vires ingenuæ; salubre corpus;  
Prudens simplicitas; pares amici;  
Convictus facilis; sine arte mensa <sup>6</sup>;  
Nox non ebria, sed soluta curis;  
Non tristis torus, et tamen pudicus;  
Somnus qui faciat breves tenebras;

<sup>1</sup> Se dirige a un amigo llamado Julio Marcial.

<sup>2</sup> *res*: hacienda.

<sup>3</sup> *relieta*: heredada.

<sup>4</sup> *focus perennis*: un hogar siempre encendido.

<sup>5</sup> *toga rara*: hacer poco uso de la toga; es decir, hacer pocas visitas de cumplido.

<sup>6</sup> *sine arte mensa*: una mesa con sencillos manjares.



Quod sis esse velis; nihilque malis:  
Summum nec metuas diem, nec optes.

II

*Remedium adversus famem.*

Profecit poto Mithridates <sup>1</sup> sæpe veneno,  
Toxica ne possent sæva nocere sibi.  
Tu quoque cavisti cœnando tan male semper,  
Ne posses unquam, Cinna, perire fame.

III

*Virtus et litteræ neglectæ.*

Quæ te causa trahit vel quæ fiducia Romam,  
Sexte? Quid aut speras, aut petis inde? Refer.  
Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,  
Atque erit in triplici par mihi nemo foro <sup>2</sup>.  
Egit Atestinus causas, et Cajus <sup>3</sup>: utrumque  
Noras: Sed neutri pensio tota fuit <sup>4</sup>.  
Si nihil hinc veniet <sup>5</sup>, pangentur carmina nobis.  
Audieris, dices esse Maronis opus.  
Insanis: omnes gelidis quicumque lacernis <sup>6</sup>,  
Sunt ibi, Nasones, Virgiliosque vides.  
Atria magna colam <sup>7</sup>. Vix tres aut quatuor ista

<sup>1</sup> Mithridates, rey del Ponto, temiendo morir envenenado, tomaba una dosis de veneno para acostumbbrarse a él, de modo que no le hiciese efecto si llegaban a atentar contra su vida por este medio.

<sup>2</sup> *in triplici... foro*: en los tres foros. (Los principales foros de Roma eran tres: el Romano, el de Julio César y el de Augusto.)

<sup>3</sup> Célebres y pobres abogados, contemporáneos del poeta.

<sup>4</sup> *Sed neutri pensio tota fuit*: Pero ni uno ni otro pudieron pagar de una vez el alquiler de su casa.

<sup>5</sup> *Si nihil hinc veniet*: Si de ejercer la profesión de abogado no sacare nada.

<sup>6</sup> *gelidis lacernis*: con capotes raídos que no abrigan.

<sup>7</sup> *Atria magna colam*: Me haré cliente de grandes señores (frecuentaré los atrios de los grandes señores).



Res aluit: pallet cetera turba fame.  
Quid faciam? Suade: nam certum est vivere Romæ.  
Si bonus es, casu<sup>1</sup> vivere, Sexte, potes.

IV

*Mortem sibi consciscere improbum.*

Quod magni Thrasæ<sup>2</sup>, consummatique Catonis<sup>3</sup>  
Dogmata<sup>4</sup> sic sequeris, salvus ut esse velis<sup>5</sup>;  
Pectore nec nudo strictos<sup>6</sup> incurris in enses:  
Quod fecisse velim te, Deciane<sup>7</sup>, facis.  
Nolo virum, facili redimit qui sanguine<sup>8</sup> famam:  
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

V

*In Calenum ex paupere ac liberali in divitem et avarum  
conversum.*

Non plenum modo viciis<sup>9</sup> habebas:  
Sed tam prodigus atque liberalis  
Et tam lautus eras, Calene, ut omnes  
Optarent tibi centies<sup>10</sup> amici.  
Audit vota Deus, precesque nostras;

<sup>1</sup> *casu*: por casualidad.

<sup>2</sup> Traseas, filósofo estoico, varón ilustre, a quien Nerón hizo morir por no poder tolerar el ejemplo de su virtud.

<sup>3</sup> *consummatique Catonis*: y del perfecto Catón. (Marco Catón de Útica fué también estoico, y se mató por no rendirse a César, de quien era enemigo.)

<sup>4</sup> *dogmata*: los principios fundamentales (de la filosofía estoica).

<sup>5</sup> *salvus ut esse velis*: para conser-

var la vida.

<sup>6</sup> *strictos*: desenvainadas, o desnudas.

<sup>7</sup> Deciano, amigo de Marcial, y también filósofo estoico.

<sup>8</sup> *facili... sanguine*: con una muerte fácil de conseguir.

<sup>9</sup> *Non plenum viciis* (suple *centena millia sestertiorum*): dos millones de sestercios no completos.

<sup>10</sup> *centies* (suple *centena millia sestertiorum*): diez millones de sestercios.



Atque intra, puto, septimas Kalendas <sup>1</sup>  
Mortes hoc tibi quatuor dederunt <sup>2</sup>.  
At tu, sic quasi non foret relictum,  
Sed raptum tibi <sup>3</sup> centies, abisti  
In tantam miser esuritionem,  
Ut convivia sumptuosiora,  
Toto quæ semel apparatus in anno,  
Nigræ sordibus explices monetæ <sup>4</sup>:  
Et septem veteres tui sodales  
Constemus tibi plumbea selibra <sup>5</sup>.  
Quid dignum meritis precemur istis?  
Optamus tibi millies <sup>6</sup>, Calene:  
Hoc si contingerit fame peribis.

VI

*Quid veram amicitiam impossibilem faciat.*

Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes <sup>7</sup>.  
Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem <sup>8</sup>.  
Nec melior panis, turdusve dabatur Oresti;  
Sed par, atque eadem cœna duobus erat.  
Tu Lucrina voras <sup>9</sup>, me pascit aquosa Peloris <sup>10</sup>;

<sup>1</sup> *septimas Kalendas*: siete meses.

<sup>2</sup> *mortes hoc tibi quatuor dederunt*: te dejaron esta herencia cuatro difuntos.

<sup>3</sup> *sed raptum tibi*: sino como si lo hubieras robado.

<sup>4</sup> *nigræ sordibus explices monetæ*: los celebras con la suciedad de una moneda negra, o gastando un miserable as. (El as, como moneda de bronce, se ponía con el tiempo sucio y renegrido, y por eso dice *nigræ sordibus monetæ*.)

<sup>5</sup> *plumbea selibra*: media libra de plomo. (Expresión hiperbólica con que el poeta intenta dar a conocer el ínfimo valor del medio as o media libra de bronce, a la cual, por desprecio, llama *plumbea*.)

<sup>6</sup> *millies* (suple *centena millia sestertiorum*): cien millones de sestercios.

<sup>7</sup> Pylades y Orestes se profesaban amistad tan verdadera, que el primero jamás desamparó al segundo en los grandes y muchos trabajos que éste tuvo que sufrir; y habiendo en cierta ocasión de morir uno de los dos, los dos querían morir el uno por el otro.

<sup>8</sup> *idem* (suple *vinum*).

<sup>9</sup> *Tu Lucrina (ostrea) voras*: Tú comes ostras del lago Lucrino (que eran las más delicadas).

<sup>10</sup> *Peloris*: ostras más ordinarias y que las comía sólo la gente pobre; por eso la llama *aquosa*, deslavazada, desabrida o insulsa.



Non minus ingenua <sup>1</sup> est mihi, Marce, gula.  
Te Cadmea Tyros <sup>2</sup>, me pinguis Gallia <sup>3</sup> vestit:  
Vis te purpureum <sup>4</sup>, Marce, sagatus <sup>5</sup> amem?  
Ut præstem Pyladem <sup>6</sup>, aliquis mihi præstet Orestem:  
Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

<sup>1</sup> *ingenua*: aristocrática o delicada.

<sup>2</sup> *Cadmea Tyros*: púrpura de Tiro.  
(Esta ciudad, donde se teñían de rica púrpura las mejores lanas, fué fundada por Cadmo, y por eso la llama *Cadmea*.)

<sup>3</sup> *pinguis Gallia*: la Galia, que fa-

brica toscos o burdos paños.

<sup>4</sup> *purpureum*: vestido de púrpura.

<sup>5</sup> *sagatus*: vestido con un burdo capote.

<sup>6</sup> *ut præstem Pyladem*: para que yo me porte como Pilades.



# C. VALERII CATULLI

## EPIGRAMMATA

### I

#### *Ad Veranium.*

Verani, omnibus e meis amicis,  
Antistes mihi millibus trecentis <sup>1</sup>,  
Venistine domum ad tuos penatis <sup>2</sup>  
Fratresque unanimos, anumque matrem?  
Venisti? O mihi nuntii beati!  
Visam incolumem audiamque Iberum <sup>3</sup>  
Narrantem loca, facta, nationis,  
Ut mos est tuus: applicansque collum,  
Jucundum os, oculosque suaviabor <sup>4</sup>.  
O quantum est hominum beatiorum,  
Quid me lætius est beatiusve?

### II

#### *Ad Alphenum.*

Alphene immemor <sup>5</sup>, atque unanime false sodalibus  
Jam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi:

<sup>1</sup> *omnibus e meis amicis, antistes mihi millibus trecentis*: que en mi cariño ventajas en trescientas leguas a todos mis amigos.

<sup>2</sup> *Por penates*; lo mismo que na-

*tionis por nationes.*

<sup>3</sup> *Iberum por Iberorum.*

<sup>4</sup> *suaviabor*: besaré.

<sup>5</sup> *immemor*: olvidadizo.



Jam me prodere, jam non dubitas fallere, perfide?  
Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent,  
Quæ tu negligis, ac me miserum deseris in malis.  
Heu! Heu! Quid faciant, dic, homines, quoive<sup>1</sup> habeant  
[fidem?

Certe tute jubebas animam<sup>2</sup> tradere, inique me  
Inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent,  
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia factaque,  
Ventos inrita ferre<sup>3</sup>, et nebulas aërias sinis.  
Si tu oblitus es, at di meminerunt, meminit Fides<sup>4</sup>,  
Quæ te ut pœniteat postmodo facti faciet tui.

### III

#### *De adventu veris.*

Jam ver egelidos refert tepores<sup>5</sup>  
Jam cæli furor<sup>6</sup> æquinoctialis  
Jucundis zephyri<sup>7</sup> silescit auris:  
Linguantur Phrigii, Catulle, campi,  
Nicææque ager uber æstuosæ.  
Ad claras Asiæ volemus urbis<sup>8</sup>.  
Jam mens prætrepidans<sup>9</sup> avet vagari:  
Jam læti studio<sup>10</sup> pedes vigescunt.  
O dulces comitum, valete cœtus!  
Longe quos simul a domo profectos  
Diversos<sup>11</sup> variæ viæ reportant.

<sup>1</sup> *quoive* por *cuive*.

<sup>2</sup> *animam*: mi afecto.

<sup>3</sup> *ventos inrita ferre*: que el viento se los lleve, como cosa que nada vale.

<sup>4</sup> *Fides*: la diosa de la Fidelidad.

<sup>5</sup> *egelidos refert tepores*: vuelve a traer los templados calores.

<sup>6</sup> *cæli furor*: el ruido estruendoso

de los vientos.

<sup>7</sup> *æquinoctialis... zephyri*: del céfiro que sopla en el equinoccio.

<sup>8</sup> *urbis* por *urbes*.

<sup>9</sup> *mens prætrepidans*: el espíritu inquieto.

<sup>10</sup> *studio*: con el deseo de marchar.

<sup>11</sup> *diversos*: esparcidos por diversas regiones.



IV

*Ad M. Tullium.*

Dissertissime Romuli nepotum <sup>1</sup>  
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli,  
Quotque post aliis erunt in annis:  
Gratias tibi maximas Catullus  
Agit pessimus omnium poeta,  
Tanto pessimus omnium poeta  
Quanto tu optimus omnium patronus.

---

<sup>1</sup> *Dissertissime Romuli nepotum*: el más elocuente de los descendientes de Rómulo.



# ALBII TIBULLI

## ELEGIA IN BELLUM

Quis fuit horrendos primus qui protulit <sup>1</sup> enses?  
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!  
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,  
Tunc brevior diræ mortis aperta via est.  
At nihil ille miser meruit; nos ad mala nostra  
Vertimus <sup>2</sup>, in sævas quod dedit ille feras.  
Divitis hoc vitium est auri <sup>3</sup>; nec bella fuerunt,  
Faginus adstabat cum scyphus <sup>4</sup> ante dapes,  
Non arces <sup>5</sup>, non vallus erat <sup>6</sup>, somnumque petebat  
Sécurus varias dux gregis <sup>7</sup> inter oves.  
Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossem  
Arma, nec audissem corde micante <sup>8</sup> tubam.  
Nunc ad bella trahor, et jam quis forsitan hostis  
Hæsura in nostro tela gerit latere <sup>9</sup>,  
Sed patrii servate lares; aluistis et idem,  
Cursarem vestros cum tener ante pedes.  
Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos,  
Sic veteris sedes <sup>10</sup> incoluistis avi.

<sup>1</sup> *protulit*: inventó, o fabricó.

<sup>2</sup> *vertimus*: convertimos.

<sup>3</sup> *Divitis hoc vitium est auri*: Este es el defecto, o el mal, que trae consigo la riqueza.

<sup>4</sup> *faginus... scyphus*: una copa de haya.

<sup>5</sup> *Suple erant*.

<sup>6</sup> *non vallus erat*: no había cam-

pamentos (no había el vallado que cerca un campamento).

<sup>7</sup> *dux gregis*: el pastor.

<sup>8</sup> *corde micante*: con el corazón sobresaltado.

<sup>9</sup> *hæsura in nostro tela gerit latere*: lleva los dardos que han de clavarse en mi costado.

<sup>10</sup> *sedes*: la casa.



Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu  
Stabat in exigua ligneus æde Deus.  
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,  
Seu dederat sanctæ spicea sarta <sup>1</sup> comæ.  
Atque aliquis voti compos, liba <sup>2</sup> ipse ferebat,  
Postque comes purum filia parva favum <sup>3</sup>.  
At nobis ærata, Lares, depellite tela.  
Hostiaque e plena rustica porcus hara.  
Hanc pura cum veste sequar, myrtoque canistra  
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput <sup>4</sup> :  
Sic placeam vobis : alius sit fortis in armis,  
Sternat et adversos Marte favente duces.  
Ut mihi potanti possit sua dicere facta  
Miles, et in mensa pingere castra mero.  
Quis furor est atram bellis arcesere mortem?  
Imminet, et tacito clam venit illa pede.  
Non seges est infra <sup>5</sup>, non vinea culta; sed audax  
Cerberus <sup>6</sup>, et Stygiæ <sup>7</sup> navita turpis aquæ <sup>8</sup>.  
Illic perscissisque genis, ustoque capillo  
Errat ad obscuros pallida turba <sup>9</sup> lacus.  
Quam potius laudandus hic est, quem prole parata  
Occupat in parva pigra senecta casa! <sup>10</sup>.  
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos,  
Et calidam fesso comparat uxor aquam.  
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,  
Temporis et prisei facta referre senem.  
Interea pax arva colat. Pax candida primum  
Duxit araturos sub juga curva boves,

<sup>1</sup> *spicea sarta*: una corona de espigas.

<sup>2</sup> *liba*. Tortas que se hacían de queso, flor de harina y huevo: se ofrecían en los sacrificios.

<sup>3</sup> *Suple ferebat*.

<sup>4</sup> *myrto vinctus et ipse caput*, por *myrto vinctum et ipse caput (geram)*.

<sup>5</sup> *infra*: allá abajo, en los infiernos.

<sup>6</sup> *Cerberus*: Cerbero, perro de tres cabezas y guardián de la puerta del infierno. La fábula lo supone hijo del gigante Tifón y de Equidna.

<sup>7</sup> *Stygiæ... aquæ*: de las aguas de la laguna Estigia (que daba nueve vueltas alrededor del infierno).

<sup>8</sup> *navita turpis*: el feo barquero. (Caronte, que llevaba en su barca las almas de los muertos a través de la Estigia.)

<sup>9</sup> *pallida turba*: muchedumbre o gran número de almas. (Carón no admitía en su barca las almas de los difuntos que no hubieran sido enterrados.)

<sup>10</sup> *casa*: choza.



Pax aluit vites, et succos condidit uvæ <sup>1</sup>,  
Funderet ut nato testa <sup>2</sup> paterna merum.  
Pace bidens <sup>3</sup>, vomerque nitent: at tristia duri  
Militis in tenebris occupat arma situs <sup>4</sup>.

.....  
At nobis, pax alma, veni, spicamque teneto,  
Perfluat et pomis candidus ante sinus.

<sup>1</sup> *succos condidit uvæ*: y encerró  
en la bodega el mosto de la uva.

<sup>2</sup> *testa*: tinaja.

<sup>3</sup> *bidens*: el azadón.

<sup>4</sup> *situs*: el moho.



# SEX. AURELII PROPERTII

## EX ELEGIIS

### I

#### *Propertii somnium.*

Visus eram molli recubans Heliconis <sup>1</sup> in umbra  
Bellerophontei qua fluit humor equi <sup>2</sup> :  
Reges, Alba <sup>3</sup>, tuos et regum facta tuorum,  
Tantum operis nervis hiscere posse meis :  
Parvaque tam magnis admoram frontibus ora,  
Unde pater sitiens Ennius <sup>4</sup> ante bibit,  
Et cecinit Curios fratres, et Horatia pila,  
Regiaque Æmilia vecta trophæa rate,  
Victorisque moram Fabii, pugnamque sinistram  
Cannensem, et versos ad pia vota Deos,  
Hannibalemque Lares Romana sede fugantes,  
Anseris et tutum voce fuisse Jovem :  
Cum me Castalia specularans ex arbore Phœbus <sup>5</sup>

<sup>1</sup> El Helicón, monte famoso de Beocia: los poetas lo suponían habitado por las Musas. Hoy se llama Palaeovuni.

<sup>2</sup> *Bellerophontei qua fluit humor equi*: por donde corren las aguas de la fuente Hipocrene. (La fuente Hipocrene estaba consagrada a Apolo y las Musas. Cuando Perseo cortó a Medusa la cabeza, de la sangre de ésta salió un caballo alado (el caballo Pegaso), que al golpear la tierra con la uña de su pie, hizo brotar la

fuelle Hipocrene. Este caballo sirvió a Perseo en sus heroicas empresas, y a Belerofonte en su combate con la Quimera: por eso llama el poeta a la fuente Hipocrene *Bellerophontei humor equi*.)

<sup>3</sup> Ciudad antiquísima del Lacio.

<sup>4</sup> Enio, insigne y antiquísimo poeta latino: fué considerado por los escritores de la época clásica como el padre del idioma latino.

<sup>5</sup> *Phœbus*: Apolo.



Sic ait aurata nixus ad antra lyra :  
• Quid tibi cum tali, demens, est flumine? <sup>1</sup>. Quis te  
• Carminis heroi tangere jussit opus?  
• Non hinc ulla tibi speranda est fama, Properti.  
• Mollia sunt parvis prata terenda rotis,  
• Ut tuus in scamno jactetur sæpe libellus,  
• Quem legat spectans sola puella virum.  
• Cur tua præscripto evecta est pagina gyro?  
• Non est ingenii cymba gravanda tui.  
• Alter remus aquas, alter tibi radat arenas :  
• Tutus eris; medio maxima turba mari est.  
Dixerat, et plectro sedem mihi monstrat eburno,  
Qua nova muscoso semita facta solo est.  
Hic erat affixis viridis spelunca lapillis,  
Pendebantque cavis tympana pumicibus,  
Orgia Mustarum, et Sileni <sup>2</sup> patris imago  
Fictilis, et calami, Pan Tegeæ <sup>3</sup>, tui,  
Et veneris dominæ volucres, mea turba, columbæ  
Tingunt Gorgonio Punica rostra lacu <sup>4</sup>,  
Diversæque novem sortitæ rura puellæ <sup>5</sup>  
Exercent teneras in sua dona manus.  
Hæc hederas legit in thyrsos, hæc carmina nervis  
Aptat, at illa manu texit utraque rosam.  
E quarum numero me contigit una dearum :  
Ut reor a facie, Calliopea <sup>6</sup> fuit.  
• Contentus semper niveis vectabere cygnis,  
• Nec te fortis equi ducet ad arma sonus,  
• Nil tibi sit rauco prætorica classica cornu  
• Flare, nec Aonium cingere Marte nemus <sup>7</sup> :

<sup>1</sup> *Quid tibi cum tali, demens, est flumine?* : Loco, ¿qué tienes tú que ver con la fuente Hipocrene?

<sup>2</sup> Sileno era un sátiro viejo que acompañó a Baco en la conquista de la India : fué su director y maestro, y de él sin duda tomó su afición al vino el famoso dios, a quien el arte pagano representaba montado sobre un tonel y coronado de pámpanos. (También se llamaban Silenos los sátiros viejos.)

<sup>3</sup> Pan era el dios de las selvas y de los pastores : acompañó a Baco a

la conquista de la India, y fué padre de muchos sátiros. En esta divinidad adoraban los paganos a la Naturaleza. El poeta le llama Tegeo, de Tegea, ciudad de la Arcadia, donde principalmente se le daba culto.

<sup>4</sup> *Gorgonio... lacu* : en la fuente Hipocrene.

<sup>5</sup> *novem... puellæ* : las Musas.

<sup>6</sup> Musa que presidía a la Elocuencia y a la Poesía heroica.

<sup>7</sup> *Aonium... nemus* : los bosques de Beocia.



» Aut quibus in campis Mariano prœlia signo  
» Stent, et Teutonicas Roma refringat opes,  
» Barbarus aut Suevo perfusus sanguine Rhenus  
» Saucia mœrenti corpora vectet aqua.»

.....  
Talia, Calliope, lymphisque a fonte petitis,  
Ora Philetæa nostra rigavit aqua <sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> *ora Philetæa nostra rigavit aqua:*  
regó mi semblante con las lágrimas

que hace derramar la poesía ele-  
giaca.



EX P. OVIDII NASONIS OPERIBUS

I

*In mortem Psittaci.*

Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis  
Occidit: exequias ferte frequenter aves.  
Ite, piæ volucres, et plangite pectora pennis,  
Et rigido teneras ungue notate genas.  
Horrida pro mæstis lanietur pluma capillis,  
Pro longa resonent carmina vestra tuba.  
Quid scelus Ismarii quereris Philomela<sup>1</sup> tyranni?  
Expleta est annis ista querela suis.  
Alitis in raræ miserum divertiti funus,  
Magna sed antiqua est causa doloris Itys<sup>2</sup>.  
Omnes quæ liquido libratis in aëre pennas,  
Tu tamen ante alias, turtur amice, dole!  
Plena fuit vobis omni concordia vita,  
Et stetit ad finem longa, tenaxque fides.  
Quod fuit Argolico juvenis Phoceus<sup>3</sup> Oresti  
Hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.

<sup>1</sup> Filomela, hija de Pandión, rey de Atenas, hermana de Progne, esposa de Tereo, rey de Tracia, a quien aquí se refiere el poeta con las palabras *Ismarii tyranni*. Tereo deshonoró a su cuñada Filomela.

<sup>2</sup> Itis, hijo de Progne y de Tereo: fué muerto por su madre y servido a su padre en un festín. Al terminar, y después de haber comido Tereo a su hijo, Progne arrojó sobre la mesa la cabeza de Itis, para que su esposo

comprendiera, aterrado, la venganza que Progne tomaba por la deshonra de su hermana Filomela. Los dioses condenaron a Tereo a perseguir a Progne, y por eso lo convirtieron en gavilán, a Progne en golondrina, a Filomela en ruiseñor y a Itis en faisán.

<sup>3</sup> *juvenis Phoceus*: Pilades, hijo de Estroflo, rey de Fócida: fué amigo de Orestes, y los dos el prototipo de la amistad.



Quid tamen <sup>1</sup> ista fides? Quid rari forma coloris?  
Quid vox mutandis ingeniosa sonis?  
Quid juvat, ut datus es, nostræ placuisse puellæ?  
Infelix, avium gloria, nempe jaces!  
Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos <sup>2</sup>,  
Tineta gerens rubro Punica rostra croco.  
Non fuit in terris vocum simulantior ales:  
Reddebas blæso tam bene verba sono!...  
Raptus es invidia, non tu fera bella movebas:  
Garrulus, et placidæ pacis amator eras.  
Ecce coturnices inter fera prælia vivunt:  
Forsitan et fiunt inde frequenter anus <sup>3</sup>.  
Plenus eras minimo <sup>4</sup>, nec præ sermonis amore  
In multos poterant ora vacare cibos.  
Nux erat esca tibi, causæque papavera somni,  
Pellebatque sitim simplicis humor aquæ.  
Vivit edax vultur, ducitque per aëra gyros  
Milvius, et pluviae Gracculus auctor aquæ <sup>5</sup>  
Vivit, et armiferæ cornix invisæ Minervæ,  
Illa quidem sæclis vix moritura novem.  
Occidit illa loquax humanæ vocis imago  
Psittacus, extremo munus ab orbe datum.  
Optima prima fere manibus rapiuntur avaris;  
Implentur numeris deteriora suis.  
Tristia Phyllacidæ Thersites <sup>6</sup> funera vidit;  
Jamque cinis, vivis fratribus, Hector <sup>7</sup> erat.  
Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ,  
Vota procelloso per mare rapta Noto?  
Septima lux venit, non exhibitura sequentem,  
Et stabat vacua jam tibi Parca collo;  
Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato.

<sup>1</sup> Suple *juvat*. (Este verbo se suple en todas estas frases interrogativas menos en la última, donde está expreso.)

<sup>2</sup> *hebetare smaragdos*: eclipsar el brillo de las esmeraldas.

<sup>3</sup> *forsitan et fiunt inde frequenter anus*: y quizá por eso llegan más frecuentemente a viejas.

<sup>4</sup> Suple *cibo*.

<sup>5</sup> *Gracculus auctor aquæ*: el grajo

que anuncia lluvia.

<sup>6</sup> Thersites era un tesalio (de *Phylace*, ciudad de Tesalia) muy feo e insolente. Irritado Aquiles de sus insolencias, lo mató de un puñetazo, en el sitio de Troya.

<sup>7</sup> Héctor, hijo de Príamo y Hécula, y el más esforzado de los caudillos troyanos: era el terror del ejército griego.



Clamavit moriens lingua, Corinna, vale!  
Colle sub Elysio <sup>1</sup> nigra nemus ilice frondens,  
Udaque perpetuo gramine terra viret.  
Si qua fides dubiis, voluerum locus ille piarum  
Dicitur, obscenæ quo prohibentur aves,  
Illie innocui late pascuntur olores,  
    Ut vivax Phœnix unica semper avis.  
Explicat ipsa suas ales Junonia <sup>2</sup> pennas,  
    Oscula dat cupido blanda columba mari.  
Psittacus has inter nemorali sede receptus  
    Convertit volucres in sua vota pias,  
Ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus  
    Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.  
«Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro,  
    »Ora fuere mihi plus ave docta loqui.»

II

*In quemdam maledicum.*

Si quis es insultes qui casibus, improbe, nostris,  
    Meque reum dempto fine cruentus agas,  
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,  
    Et dicam silices pectus habere tuum.  
Quis gradus ulterior, quo sese porrigat ira  
    Restat? Quidve meis cernis abesse malis?  
Barbara me tellus, et inhospita litora Ponti,  
    Cumque suo borea Mænalis ursa videt.  
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ <sup>3</sup>,  
    Omnia solliciti sunt loca plena metus:  
Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursoris,  
    Cinctave montanis ut pavet agna lupis,  
Sic ego belligeris a gentibus undique septus  
    Terreor, hoste meum pæne premente latus.

<sup>1</sup> *Colle sub Elysio*: Al pie de la colina de los Campos Eliseos.

<sup>2</sup> *ales Junonia*: el pavo real.

<sup>3</sup> *Nulla mihi (sunt) cum gente fera commercia linguæ*: No hablo una palabra con esta gente salvaje.



Utque sit exiguum pæne quod <sup>1</sup>, conjuge cara,  
Quod patria careo, pignoribusque meis <sup>2</sup>,  
Ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram <sup>3</sup>,  
Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?  
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,  
Solvat et in mores ora diserta meos! <sup>4</sup>.  
In causa facili quemvis licet esse disertum:  
Et minimæ vires frangere quasa valent <sup>5</sup>.  
Subruere est arces et stantia mœnia virtus <sup>6</sup>,  
Quamlibet ignavi præcipitata premunt.  
Non sum, qui fueram. Quid inanem proteris umbram?  
Quid cinerem saxi bustaque nostra petis? <sup>7</sup>.  
Hector erat tunc cum bello certabat <sup>8</sup>, et idem  
Tractus ab Hæmonio non erat Hector equo <sup>9</sup>.  
Me quoque, quem noras olim, non esse memento.  
Ex illo superant hæc simulacra viro:  
Quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris?  
Parce, precor, manes sollicitare meos.  
Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis  
Quod magis errorem, quam scelus, esse putes.  
Pendimus, en, profugi (satia tua pectora) pœnas  
Exilioque graves, exilique loco <sup>10</sup>.  
Carnifici mea flenda potest fortuna videri <sup>11</sup>:  
Te tamen est uno iudice mersa parum <sup>12</sup>.  
Sævior es tristi Busiride <sup>13</sup>, sævior illo

<sup>1</sup> *Utque sit exiguum pæne quod...*: Y como si casi fuera poco el que...

<sup>2</sup> *pignoribusque meis*: y de mis hijos.

<sup>3</sup> *ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram*: como si no sufriera otra desgracia que el haber incurrido en el enojo del César.

<sup>4</sup> *solvat et in mores ora diserta meos!*: y que desate su elocuencia contra mis costumbres!

<sup>5</sup> *valent*: pueden.

<sup>6</sup> *Subruere est arces et stantia mœnia virtus*: El valor consiste en echar por tierra las fortalezas y las resistentes murallas.

<sup>7</sup> *Quid cinerem saxi bustaque nostra petis?*: ¿Por qué tirabas piedras contra mis cenizas y mi sepulcro?

<sup>8</sup> *Hector erat tunc cum bello certabat*: Héctor era Héctor cuando combatía en la guerra.

<sup>9</sup> *tractus ab Hæmonio... equo*: arrastrado por los caballos de Aquiles.

<sup>10</sup> *Pendimus, en, profugi... pœnas exilioque graves, exilique loco*: Mira cómo errante sufro un castigo que agravan el destierro y el punto adonde se me ha desterrado.

<sup>11</sup> *Carnifici mea flenda potest fortuna videri*: Mi desgracia puede parecer digna de lástima hasta a un verdugo.

<sup>12</sup> *mersa parum*: poco profunda, o no muy grande.

<sup>13</sup> Busiris fue un antiquísimo rey de Egipto, que se hizo famoso por su crueldad.



Qui falsum lento torruit igne bovem,  
Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,  
Et dictis artes conciliasse suas:  
«Munere in hoc rex est usus, sed imagine major;  
»Nec sola est operis forma probanda mei.  
»Adspicis a dextra latus hoc adapertile tauri?  
»Hac tibi, quem perdes, conjiciendus erit.  
»Protinus inclusum lentis carbonibus ure:  
»Mugiet: et veri vox erit illa bovis.  
»Pro quibus inventis, ut munus munere penses,  
»Da, precor, ingenio præmia digna meo.»  
Dixerat: at Phalaris «pœnæ mirande repertor,  
»Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus.»  
Nec mora: monstratis crudeliter ignibus, ustus  
Exhibuit geminos ore gemente sonos.  
Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque?  
Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.  
Utque sitim nostro possis explere cruore,  
Quantaque vis, avido gaudia corde feras.  
Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus,  
Te quoque ut auditis posse dolere putem.  
Crede mihi; si sit nobis collatus Ulysses,  
Neptunique minor quam Jovis ira fuit.  
Ergo quicumque es, rescindere vulnera noli:  
Deque gravi duras ulcere tolle manus:  
Utque meæ famam tenuent obliviam culpæ,  
Facta cicatricem ducere nostra sine<sup>1</sup>:  
Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem  
Et premit, incertas ipse verere vices.  
Et quoniam fieri, quod numquam posse putavi,  
Est tibi de rebus maxima cura meis,  
Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est:  
Omne trahit secum Cæsaris ira malum.  
Quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credar,  
Ipse velim pœnas experiare meas.

<sup>1</sup> *facta cicatricem ducere nostra sine*: deja que se borran los hechos

mios, o las ofensas que con ellos he inferido.



# PUB. VIRGILII MARONIS

## EX BUCOLICIS

### POLLIO

Sicelides Musæ<sup>1</sup>, paulo majora canamus<sup>2</sup>.  
Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ:  
Si canimus sylvas<sup>3</sup>, sylvæ sint consule dignæ.  
Ultima Cumæi venit jam carminis ætas<sup>4</sup>:  
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.  
Jam redit et Virgo<sup>5</sup>, redeunt Saturnia regna<sup>6</sup>:  
Jam nova progenies cælo dimittitur alto.  
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.  
Casta, fave, Lucina<sup>7</sup>; tuus jam regnat Apollo:  
Teque adeo<sup>8</sup>, decus hoc ævi, te consule inibit,  
Pollio, et incipient magni procedere menses.  
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,  
Irrita perpetua solvent formidine terras<sup>9</sup>.

<sup>1</sup> *Sicelides Musæ*: Musas sicilianas (que inspirasteis a Teóerito, que fué el primero que cultivó el género bucólico). También puede interpretarse como una invocación a la poesía bucólica.

<sup>2</sup> *paulo majora canamus*: cantemos un asunto digno de estilo más elevado que el propio de la poesía bucólica.

<sup>3</sup> *si canimus sylvas*: si cantamos las selvas; es decir, si cultivo el género bucólico.

<sup>4</sup> *Ultima Cumæi venit jam carmi-*

*nis ætas*: Ha llegado ya al fin el tiempo profetizado por la Sibila de Cumas.

<sup>5</sup> *Virgo*: Astrea, diosa de la Justicia, que había huido de la tierra.

<sup>6</sup> *Saturnia regna*: el reinado de Saturno o la edad de oro.

<sup>7</sup> *Lucina*: Diana Lucina, diosa protectora de los partos.

<sup>8</sup> *adeo*: por consiguiente.

<sup>9</sup> *irrita perpetua solvent formidine terras*: borradas (las huellas de nuestros desmanes), librarán para siempre a la tierra del miedo.



Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit  
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis;  
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem:  
<sup>1</sup> At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,  
Errantes hederas passim cum bacchare tellus,  
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.  
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ  
Übera, nec magnos metuent armenta leones,  
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:  
Occidet et serpens, et fallax herba veneni  
Occidet: Assyrium vulgo <sup>2</sup> nascetur amonum.  
At simul heroum laudes, et facta parentis  
Jam legere, et quæ sit poteris cognoscere virtus;  
Molli paullatim flavescet campus arista,  
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,  
Et duræ quereus sudabunt roscida mella.  
Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,  
Quæ tentare Thetim <sup>3</sup> ratibus, quæ cingere muris  
Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos.  
Alter erit tum Tiphis <sup>4</sup>, et altera quæ vehat Argo <sup>5</sup>  
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,  
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles <sup>6</sup>.  
Hinc, ubi jam firmata virum te fecerit ætas,  
Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus  
Mutabit merces <sup>7</sup>: omnis feret omnia tellus  
Non rastros patietur humus <sup>8</sup>: non vinea falcem <sup>9</sup>:  
Robustus quoque jam tauris juga solvet arator.  
Nec varios discet mentiri lana colores <sup>10</sup>:  
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti

<sup>1</sup> El orden es: *At tellus fundet tibi, puer, munuscula prima cultu nullo, hederas errantes passim cum bacchare colocasiaque mixta acantho ridenti.*

<sup>2</sup> *vulgo*: por todas partes.

<sup>3</sup> *Thetim*: el mar. (Tetis fué esposa del Océano y madre de un gran número de ninfas.)

<sup>4</sup> Famoso piloto que guió a los argonautas en la expedición a Colcos.

<sup>5</sup> La nave en que los argonautas hicieron esa expedición.

<sup>6</sup> Hijo de Tetis y de Peleo, y el

más famoso de los capitanes griegos que concurren al sitio de Troya.

<sup>7</sup> *nec nautica pinus mutabil merces*: y ya la nave no transportará las mercancías de un país a otro.

<sup>8</sup> *non rastros patietur humus*: los instrumentos agrícolas no trabajarán la tierra.

<sup>9</sup> *non vinea falcem (patietur)*: no se podarán las viñas.

<sup>10</sup> *Nec varios discet mentiri lana colores*: ni la lana se teñirá de varios colores.



Murice, jam croceo mutabit vellera luto;  
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.  
Talia sæcla, suis dixerunt, currite <sup>1</sup>, fuis  
Concordes stabili fatorum numine Parcæ <sup>2</sup>.  
Aggredere, o magnos aderit jam tempus honores,  
Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum!  
Adspice <sup>3</sup> convexo nutantem pondere mundum,  
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum;  
Adspice venturo lætentur ut omnia sæclo!  
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,  
Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta!  
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus <sup>4</sup>  
Nec Linus <sup>5</sup>; huic mater quamvis, atque huic pater adsit,  
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.  
Pan Deus Arcadia mecum si iudice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se iudice vietum.  
Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem:  
Matri longa decem tulerunt fastidia menses;  
Incipe, parve puer: cui non risere parentes,  
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

<sup>1</sup> *Talia sæcla... currite*: Dejad correr esa edad de oro.

<sup>2</sup> *Parcæ*. Las parcas eran tres: Cloto, Láquesis y Atropos. Hilaban la vida de los hombres, y la primera tenía la rueca, la segunda tiraba y torcía el hilo con el huso, y la tercera lo cortaba con unas tijeras. Llamábanse parcas por antífrasis, *quod nemini parcerent*.

<sup>3</sup> *Adspice*: Mira, o ampara, favo-

rece, o protege.

<sup>4</sup> *Thracius Orpheus*: Orfeo, natural de Tracia, hijo de Apolo y Clío: tocaba tan dulcemente la lira, que le seguían las rocas y los árboles de los montes, y las fieras de los bosques, y hasta los ríos suspendían su curso para oírlo.

<sup>5</sup> Hijo de Apolo y Terpsicore, pastor y músico: fué maestro de Orfeo y Hércules.



# EX P. VIRGILII

## ÆNEIDOS LIBRO VI

*Æneas Sybilla ductus iter ad inferos agit.*

Di, quibus imperium est animarum, umbræque silen-  
Et Chaos<sup>1</sup> et Phlegeton<sup>2</sup>, loca nocte silentia late<sup>3</sup>, [tes,  
Sit mihi fas audita loqui: sit, numine vestro  
Pandere res alta terra et caligine mersas.  
Ibant obscuri<sup>4</sup> sola sub nocte<sup>5</sup> per umbras,  
Perque domos Ditis vacuas et inania regna<sup>6</sup>.  
Quale per incertam Lunam sub luce maligna  
Est iter in sylvis<sup>7</sup>, ubi cælum condidit umbra  
Juppiter, et rebus nox abstulit atra colorem;  
Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci<sup>8</sup>,  
Luctus et ultrices posuere cubilia<sup>9</sup> Curæ,  
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,  
Et Metus, et malesuada Fames, et turpis Egestas,  
Terribiles visu formæ, Letumque, Laborque:  
Tunc consanguineus Leti Sopor, et mala mentis

<sup>1</sup> Caos en la Mitología es el primer ser de donde salió toda la materia del mundo.

<sup>2</sup> Río de fuego del infierno.

<sup>3</sup> *loca nocte silentia late*: lugares silenciosos y sumergidos en perpetua noche.

<sup>4</sup> *Ibant obscuri*: Caminaban a obscuras (Eneas y la Sibila).

<sup>5</sup> *sola sub nocte*: en la soledad de la noche.

<sup>6</sup> *perque domos Ditis vacuas et inania regna*: y por las solitarias mansiones y desiertos dominios de Plutón.

<sup>7</sup> *Quale per incertam Lunam sub luce maligna est iter in sylvis*: como se camina por los bosques a la luz incierta de la luna velada por las nubes.

<sup>8</sup> *in faucibus Orci*: en la entrada del infierno.

<sup>9</sup> *posuere cubilia*: fijaron su asiento.



Gaudia <sup>1</sup>, mortiferumque adverso in limine Bellum:  
Ferreique Eumenidum <sup>2</sup> thalami, et Discordia demens  
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque brachia pandit  
Ulmus opaca ingens: quam sedem Somnia vulgo  
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus hærent.  
Multaque præterea variarum monstra ferarum,  
Centauri <sup>3</sup> in foribus stabulant, Scyllæque <sup>4</sup> bifformes,  
Et centumgeminus Briareus <sup>5</sup>, ac bellua Lernæ <sup>6</sup>  
Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra <sup>7</sup>:  
Gorgones, Harpyæque, et forma tricorporis umbræ.  
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum  
Æneas, strictamque aciem venientibus offert.  
Et ni docta comes tenues sine corpore vitas  
Admoneat volitare cava sub imagine formæ <sup>8</sup>,  
Irruat, et frustra ferro diverberet umbras.

Hinc via Tartarei <sup>9</sup> quæ fert Acherontis ad undas.  
Turbidus hic cæno vastaque voragine gurges  
Æstuat <sup>10</sup>, atque omnem Cocyto <sup>11</sup> eructat arenam.  
Portitor has horrendus aquas et flumina servat  
Terribili squalore Charon <sup>12</sup>: cui plurima mento  
Canities inculta jacet, stant lumina flammæ <sup>13</sup>:

<sup>1</sup> *mala mentis gaudia*: las satisfacciones criminales, o que provienen del crimen.

<sup>2</sup> *Eumenidium*: de las Furias. (Las Furias eran hijas de la Noche y de Aqueronte.)

<sup>3</sup> Monstruos mitad hombres y mitad caballos.

<sup>4</sup> Las dos Scilas. La una fué hija de Niso, rey de Megara: robó a su padre los cabellos dorados de que pendía su fortuna, y le dejó desarmado en manos de su enemigo Minos: fué convertida en ave. La otra era hija de Forco: fué transformada en unos perros que tragaban a los navegantes que atravesaban el mar de Sicilia: es un escollo de dicho mar.

<sup>5</sup> *centumgeminus Briareus*: Briareo, de cien brazos. (Era un gigante, hijo de Titán. La fábula le suponía dotado de cincuenta vientres y cien brazos.)

<sup>6</sup> La hidra, serpiente de siete cabezas.

<sup>7</sup> *flammisque armata Chimæra*: el monte de la Quimera, en Licia, que era un volcán que arrojaba llamas. (Los poetas lo representaban en forma de un monstruo, león por la parte superior, cabra en la parte media y dragón en la inferior.)

<sup>8</sup> *cava sub imagine formæ*: en forma de espíritus, o sin forma alguna corporal.

<sup>9</sup> *Hinc via (est)...*: Aquí empieza el camino...

<sup>10</sup> *æstuat*: se agita.

<sup>11</sup> El Cocito era un río del infierno.

<sup>12</sup> Caronte, hijo del Erebo: conducía las almas de los muertos en una barca por el Aqueronte, la Estigia y el Cocito, ríos del infierno.

<sup>13</sup> *stant lumina flammæ*: sus ojos parecen carbones encendidos.



Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.  
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,  
Et ferruginea <sup>1</sup> subvectat corpora cymba,  
Jam senior; sed cruda Deo viridisque senectus.  
Huc omnis turba ad rippas effusa ruebat:  
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita  
Magnanimum <sup>2</sup> heroum, pueri innuptæque puella,  
Impositique rogis juvenes ante ora parentum:  
Quam multa in sylvis autumnii frigore primo  
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto <sup>3</sup>  
Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus  
Trans pontum fugat, et terris immittit apricis;  
Stabant orantes primi transmitterse cursum <sup>4</sup>,  
Tendebantque manus ripæ ulterioris amore <sup>5</sup>:  
Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos;  
Ast alios longe summos arcet arena.

Æneas, miratus enim, motusque tumultu,  
« Dic, ait, o virgo, quid vult concursus ad amnen?  
» Quidve petunt animæ? Vel quo discrimine ripas  
» Hæc linquunt, illæ remis vada livida <sup>6</sup> verrunt?  
Olli <sup>7</sup> sic breviter fata est longæva sacerdos:  
« Anchisâ generate, Deum <sup>8</sup> certissima proles,  
» Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem,  
» Di <sup>9</sup> ejus jurare timent et fallere numem <sup>10</sup>.  
» Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est:  
» Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.  
» Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta <sup>11</sup>  
» Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.  
» Centum errant annos, volitantque hæc litora circum.  
» Tum demum admissi stagna exoptata revisunt.»

<sup>1</sup> *ferruginea*: mohosa.  
<sup>2</sup> *Por magnanimorum*.  
<sup>3</sup> *gurgite ab alto*: desde alta mar.  
<sup>4</sup> *stabant orantes primi transmitterse cursum*: allí estaban suplicándole (a Caronte) que los pasase los primeros.  
<sup>5</sup> *ripæ ulterioris amore*: con el deseo de pasar a la otra orilla.  
<sup>6</sup> *vada livida*: las negruzcas aguas.  
<sup>7</sup> *Olli* por *illi*.  
<sup>8</sup> *Por Deorum*.

<sup>9</sup> *Di* por *Dii*.  
<sup>10</sup> *ejus jurare timent et fallere numem*: por la cual temen los dioses jurar y faltar al juramento. (El dios que habiendo jurado por la Estigia faltaba a su juramento, quedaba por un año y nueve días privado de beber el néctar y la ambrosía en los banquetes de los dioses.)  
<sup>11</sup> *rauca fluenta*: las bramadoras aguas.



Constitit Anchisa satus <sup>1</sup>, et vestigia pressit,  
Multa putans sortemque animo miseratus iniquam,  
Cernit ibi mæstos, et mortis honore carentes,  
Leucaspin, et Lyciæ ductorem clasis Oronten:  
Quos simul a Troja ventosa per æquora vectos  
Obruit Auster, aqua involvens navemque virosque.  
Ecce gubernator sese Palinurus agebat,  
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,  
Exciderat puppi, mediis effusus in undis.  
Hunc ubi vix multa mæstum cognovit in umbra,  
Sic prior alloquitur: «Quis te, Palinure, Deorum  
> Eripuit nobis, medioque sub æquore mersit?  
> Dic, age. Namque mihi, fallax haud ante repertus,  
> Hoc uno responso animum delusit Apollo,  
> Qui fore te ponto incolumem, finesque canebat  
> Venturum Ausonios. En hæc promissa fides est?»  
Ille autem: «Neque te Phœbi cortina <sup>2</sup> fefellit,  
> Dux Anchisiada; nec me Deus æquore mersit:  
> Namque gubernaculum multa vi forte revulsum,  
> Cui datus hærebam, custos, cursusque regebam,  
> Præcipitans traxi mecum <sup>3</sup>. Maria aspera juro <sup>4</sup>,  
> Non ullum pro me tantum cepisse timorem,  
> <sup>5</sup> Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro,  
> Deficeret tantis, navis, surgentibus undis.  
> Tres Notus hibernas immensa per æquora noctes  
> Vexit me violentus aqua; vix lumine quarto  
> Prospexi Italiam, summa sublimis ab unda <sup>6</sup>.  
> Paulatim adnabam terræ, et jam tuta tenebam <sup>7</sup>:  
> Ni gens crudelis madida cum veste gravatum,  
> Prensantemque uncis manibus capita aspera montis,  
> Ferro invasisset, prædamque ignara putasset.  
> Nunc me fluctus habet, versantque in litore venti.  
> Quod te per cæli jucundum lumen et auras,

<sup>1</sup> *Anchisa satus*. El hijo de Anquises, Eneas.

<sup>2</sup> *Phœbi cortina*. El oráculo de Apolo.

<sup>3</sup> *præcipitans traxi mecum*: al caer lo arrastré conmigo (el timón).

<sup>4</sup> *Maria aspera juro*: juro por los embravecidos mares.

<sup>5</sup> El orden es: *quam ne navis tua spoliata armis, excussa magistro deficeret undis tantis surgentibus*.

<sup>6</sup> *summa sublimis ab unda*: encaramado en lo alto de una encrespada ola.

<sup>7</sup> *et jam tuta (litora) tenebam*: y ya seguro tocaba la orilla.



- » Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli <sup>1</sup>,
- » Eripe me his, invicte, malis : aut tu mihi terram
- » Injice <sup>2</sup>, namque potes, portusque require Velinos:
- » Aut tu, si qua via est, si quam tibi Diva creatrix
- » Ostendit (neque enim, credo, sine numine Divum
- » Flumina tanta paras, Stygiamque innare paludem),
- » Da dextram misero, et tecum me tolle per undas,
- » Sedibus ut saltem placidis <sup>3</sup> in morte quiescam.»

Talia fatus erat, cœpit cum talia vates :

- « Unde hæc, o Palinure, tibi tam dira cupido? <sup>4</sup>
- » Tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
- » Eumenidum aspicias, ripamve injussus adibis?
- » Desine fata Deum flecti sperare precando;
- » Sed cape dicta memor duri solatia casus <sup>5</sup>.
- » Nam tua finitimi longe lateque per urbes,
- » Prodigiiis acti cœlestibus, ossa piabunt,
- » Et statuent tumulum, et tumulo solemnia mittent :
- » Æternumque locus Palinuri nomen habebit.»

His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper  
Corde dolor tristi : gaudet cognomine terra <sup>6</sup>.

Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant.  
Navita <sup>7</sup> quos <sup>8</sup> jam inde ut Stygia prospexit ab unda.  
Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ;  
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultro:

- « Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
- » Fare, age, quid venias: jam istinc et comprime gres-  
[sum.
- » Umbrarum hic locus est, Somni Noctisque soporæ:
- » Corpora viva nefas <sup>9</sup> Stygia vectare carina.

<sup>1</sup> *per spem surgentis Iuli*: por las esperanzas halagüeñas que puedas fundar en el joven Ascanio.

<sup>2</sup> *mihî terram injice*: dame sepultura. (Los muertos que quedaban insepultos vagaban por las orillas de la Estigia por espacio de cien años antes que Caronte se ablandara por sus ruegos y accediera a pasarlos en su barca.)

<sup>3</sup> *sedibus... placidis*: en los Campos Eliseos.

<sup>4</sup> *Unde hæc tibi, Palinure, tam dira*

*cupido?*: ¿Quién te ha inspirado, Palinuro, pretensión tan insensata?

<sup>5</sup> *sed cape dicta memor duri solatia casus*: pero fíjate en lo que voy a decirte, para consuelo de tu inevitable desgracia.

<sup>6</sup> *gaudet cognomine terra*: se alegra de que la tierra en donde sea sepultado su cuerpo lleve su nombre.

<sup>7</sup> Carón.

<sup>8</sup> *quos*: a Eneas y la Sibila.

<sup>9</sup> *Suple est mihi*.



»Nec vero Alcidem <sup>1</sup> me sum lætatus euntem  
»Accepisse lacu; nec Thesea Pirithoumque <sup>2</sup>;  
»Dis quamquam geniti atque invicti viribus essent.  
»Tartareum ille manu custodem in vincla petivit,  
»Ipsius a solio Regis traxitque trementem <sup>3</sup>:  
»Hi <sup>4</sup> dominam Ditis thalamo deducere adorti.»  
Quæ contra breviter fata est Amphrysia vates <sup>5</sup>:  
»Nullæ hic insidiæ tales, absiste moveri <sup>6</sup>,  
»Nec vim tela ferunt: licet ingens janitor antro  
»Æternum latrans exsanguis terreat umbras;  
»Casta licet patruï servet Proserpina <sup>7</sup> limen.  
»Troius Æneas pietate insignis et armis  
»Ad genitorem imas Erebi <sup>8</sup> descendit ad umbras.  
»Si te nulla movet tantæ pietatis imago,  
»At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)  
»Agnosceas.» Tumida ex ira tum corda residunt <sup>9</sup>.  
Nec plura his <sup>10</sup>: Ille admirans venerabile donum  
Fatalis virgæ, longo post tempore visum,  
Cæruleam advertit puppim, ripæque propinquat.  
Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,  
Deturbat, laxatque foros <sup>11</sup>: simul accipit alveo  
Ingentem <sup>12</sup> Æneam. Gemuit sub pondere cymba  
Subtilis, et multam accepit rimosa paludem <sup>13</sup>.  
Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque  
Informi limo glaucaque exponit in ulva.  
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci

<sup>1</sup> *Alcidem*: a Hércules.

<sup>2</sup> Teseo, hijo de Egeo y Etra, bajó a los infernos a robar a Proserpina. En esta hazaña le acompañó Piritoo, hijo de Ixióon. Plutón condenó a Teseo a vivir encadenado a una roca, y el can Cerbero devoró a Piritoo.

<sup>3</sup> *Tartareum ille manu custodem in vincla petivit, ipsius a solio Regis traxitque trementem*: Aquél (Hércules) arremetió con su propia mano al guardián del infierno (al can Cerbero), y lo arrancó del pie del trono de Plutón, y lo presentó aterrado (el Cerbero) a los dioses celestiales.

<sup>4</sup> *Hi*: Estos (Teseo y Piritoo).

<sup>5</sup> *Amphrysia vates*: la Sibila.

<sup>6</sup> *Nullæ hic insidiæ tales, absiste*

*moveri*: No tenemos nosotros tan pérfidos propósitos; no te alarmes.

<sup>7</sup> Proserpina, hija de Júpiter y Ceres, fué robada por Plutón, hermano de su padre.

<sup>8</sup> El infierno se llamaba también Erebo.

<sup>9</sup> *Tumida ex ira tum corda residunt*: Entonces su pecho deponó la ira.

<sup>10</sup> *Suple dixit*.

<sup>11</sup> *laxatque foros*: desocupa la parte habitable, o el local de la nave.

<sup>12</sup> *ingentem*: pesado (porque la barca de Carón no llevaba más que espíritus, que no pesaban).

<sup>13</sup> *et multam accepit rimosa paludem*: y como agrietada, dejó entrar el agua en gran cantidad.



Personat, adverso recubans immanis in antro.  
Cui vates horrere videns jam colla colubris,  
Melle soporatum et medicatis frugibus offam  
Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens,  
Corripit objectam, atque immania terga resolvit  
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.  
Occupat Æneas aditum, custode sepulto <sup>1</sup>,  
Evaditque celer ripam irremeabilis undæ <sup>2</sup>.

Continuo auditæ voces, vagitus et ingens,  
Infantumque animæ flentes in limite primo,  
Quos dulcis vitæ exortes, et ab ubere raptos  
Abstulit atra dies et funere mersit acerbo:  
Hos juxta <sup>3</sup>, falso damnati crimine mortis.  
Nec vero hæ sine sorte datæ, sine judice sedes.  
Quæsitur Minos <sup>4</sup> urnam movet <sup>5</sup>; ille silentum  
Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit:  
Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi letum  
Insontes peperere manu, lucemque perosi  
Projecere animas. Quam vellent æthere in alto <sup>6</sup>  
Nunc et pauperiem et duros perferre labores!  
Fata obstant, tristisque palus inamabilis unda  
Alligat, et novies Styx interfusa coerces <sup>7</sup>.  
Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem  
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.  
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,  
Secreti celant calles, et myrtea circum  
Sylva tegit <sup>8</sup>; curæ non ipsa in morte relinquunt. [Ilen <sup>11</sup>  
His Phædræ <sup>9</sup> Proerimque <sup>10</sup> locis, mæstamque Eriphy-

<sup>1</sup> *custode sepulto*: dormido el Cerbero.

<sup>2</sup> *irremeabilis undæ*: de aquel río de donde no se puede volver.

<sup>3</sup> *hos juxta*: cerca de, o junto a éstos están...

<sup>4</sup> Minos, hijo de Júpiter y Europa; era uno de los tres que en el infierno juzgaban las almas de los muertos.

<sup>5</sup> Para sacar por suerte la causa que ha de sentenciar primero.

<sup>6</sup> El poeta designa con estas palabras el mundo en que vivimos, que, comparado con el infierno, es para él *región elevada*.

<sup>7</sup> *et novies Styx interfusa coerces*: y la Estigia los aprisiona con las nueve vueltas (que da al infierno).

<sup>8</sup> Suple *eos*.

<sup>9</sup> Fedra, hija de Minos y mujer de Teseo, se enamoró del joven Hipólito.

<sup>10</sup> Proeris, mujer de Céfalo, por quien fué muerta, a pesar del cariño inmenso que ella le tenía.

<sup>11</sup> Erifile fué degollada por su hijo Alcmeón, en venganza de haber sido ella la causa de que Anfaraos, su esposo, fuese a la guerra de Tebas, donde, según los oráculos, debía morir.



Crudelis nati monstrantem vulnera, cernit:  
Evadnenque <sup>1</sup> et Pasiphaen <sup>2</sup>; his Laodamia <sup>3</sup>  
It comes: et juvenis quondam, nunc femina, Cæneus <sup>4</sup>,  
Rursus et in veterem fato revoluta figuram.  
Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido  
Errabat sylva in magna: quam Troius heros <sup>5</sup>,  
Ut primum juxta stetit, agnovitque per umbram  
Obscuram, qualem primo qui surgere mense  
Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam,  
Demisit lacrymas, dulceque affatus amore est:  
«Infelix Dido! Verus mihi nuntius ergo  
»Venerat exstinctam, ferroque extrema secutam? <sup>6</sup>  
»Funeris heu tibi causa fui! Per sidera juro,  
»Per superos, et si qua fides tellure sub ima est <sup>7</sup>,  
»Invitus, regina, tuo de littore cessi;  
»Sed me jussa Deum, quæ nunc has ire per umbras,  
»Per loca senta situ cogunt noctemque profundam,  
»Imperiis egere suis <sup>8</sup>: nec credere quivi,  
»Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.  
»Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro.  
»Quem fugis? Extremum fato quod te alloquor, hoc est.  
Talibus Æneas ardentem et torva tuentem  
Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat.  
Illa solo fixos oculos aversa tenebat,  
Nec magis incepto vultum sermone movetur,  
Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes <sup>9</sup>.  
Tandem proripuit sese <sup>10</sup>, atque inimica refugit  
In nemus umbriferum, comes ubi pristinus illi  
Respondet curis, æquatque Sichæus amorem

<sup>1</sup> Evadne, mujer de Capaneo, se arrojó a la hoguera que consumía el cadáver de su marido.

<sup>2</sup> Pasifae, hija del Sol y esposa de Minos, se enamoró perdidamente de un toro.

<sup>3</sup> Laodamia, que murió de pena al saber la muerte de Protesilao, su esposo, a manos de Héctor.

<sup>4</sup> Hijo de Elato. Primero fué hembra y se llamó *Cænis*. A ruego suyo, Neptuno la convirtió en un robusto joven.

<sup>5</sup> *Troius heros*: Eneas.

<sup>6</sup> *feroque extrema secutam?*: y que te habías dado muerte con una espada?

<sup>7</sup> *et si qua fides tellure sub ima est*: y si hay algo que pueda obligar en juramento en los infiernos.

<sup>8</sup> *sed me jussa Deum... imperiis egere suis*: el mandato de los dioses... me obligó a salir de Cartago.

<sup>9</sup> *Marpesia cautes*: piedra del monte Marpesio, en la isla de Paros.

<sup>10</sup> *proripuit sese*: se ausentó.



Nec minus Æneas casu percussus iniquo,  
Prosequitur lacrymans longe et miseratur euntem.

Inde datum molitur iter: jamque arva tenebant  
Ultima, quæ bello clari secreta frequentant:  
Hic illi occurrit Tydeus <sup>1</sup>, hic inclytus armis  
Parthenopæus <sup>2</sup>, et Adrasti <sup>3</sup> pollentis imago:  
Hic multum fleti ad superos, belloque caduci <sup>4</sup>  
Dardanidæ: quos ille omnes longo ordine cernens,  
Ingemuit, Glaucumque <sup>5</sup>, Medontaque, Tersilochumque <sup>6</sup>,  
Tres Antenoridas <sup>7</sup>, Cererique sacrum Polybeten,  
Idæumque <sup>8</sup> etiam currus, etiam arma tenentem.  
Circumstant animæ dextra lævaque frequentes <sup>9</sup>.  
Nec vidisse semel satis est: juvat usque morari,  
Et conferre gradum <sup>10</sup>, et veniendi discere causas.  
At Danaum proceres, Agamemnoniæque phalanges <sup>11</sup>  
Ut videre virum fulgentiaque arma per umbras,  
Ingenti trepidare metu; pars vertere terga,  
Ceum quondam petiere rates; pars tollere vocem  
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantis.  
Atque hic Priamidem laniatum corpore toto  
Deiphobum <sup>12</sup> vidit, lacerum crudeliter ora;  
Ora manusque ambas populataque tempora raptis  
Auribus, et truncas inhonesto vulnere <sup>13</sup> pares.  
Vix adeo agnovit pavitantem, et dira tegentem  
Supplicia, et notis compellat vocibus ultro:  
«Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teuceri,  
«Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?  
«Cui tantum de te licuit? <sup>14</sup>. Mihi fama suprema

<sup>1</sup> *Tydeus*: Tideo, padre de Diomedes e hijo de Oeneo.

<sup>2</sup> *Parthenopæus*: Partenopeo, hijo de Atlante.

<sup>3</sup> Adrasto, rey de los argivos.

<sup>4</sup> *belloque caduci*: y que murieron en la guerra de Troya.

<sup>5</sup> Glauco, hijo de Antenor, murió a manos de Agamenón.

<sup>6</sup> Medonte y Tersiloco, lo mismo que Glauco, son héroes troyanos.

<sup>7</sup> *tres Antenoridas*: los tres hijos de Antenor (que eran Polibo, Agenor y Acamas).

<sup>8</sup> Ideo era el auriga que guiaba el

carro de guerra de Príamo.

<sup>9</sup> *frequentes*: en gran número.

<sup>10</sup> *conferre gradum*: andar con él, acompañarle.

<sup>11</sup> *Agamemnoniæque phalanges*: los soldados que habían hecho la guerra a las órdenes de Agamenón.

<sup>12</sup> Deifobo, hijo de Príamo y Hécula.

<sup>13</sup> *inhonesto vulnere*: por una horrible herida.

<sup>14</sup> *Cui tantum de te licuit?*: ¿Quién ha podido vengarse de tí tan cruelmente?



- > Nocte <sup>1</sup> tulit, fessum vasta te cæde Pelasgum  
> Procubuisse super confusæ stragis acervum :  
> Tunc egomet tumulum Rhæteo in litore inanem  
> Constitui <sup>2</sup>, et magna manes ter voce vocavi.  
> Nomen et arma locum servant <sup>3</sup>. Te, amice, nequivi  
> Conspicere, et patria decedens ponere terra <sup>4</sup>.  
Atque hic Priamides: «Nihil, o tibi, amice, relictum est:  
> Omnia Deiphobo solvisti, et funeris umbris:  
> Sed me fata mea et scelus exitiale Lacænæ <sup>5</sup>  
> His mersere malis: illa hæc monumenta reliquit.  
> Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem  
> Egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est :  
> Cum fatalis equus saltu super ardua venit  
> Pergama <sup>6</sup>, et armatum peditem gravis attulit alvo,  
> Illa Chorum simulans, Evantes orgia circum  
> Ducebat Phrygias <sup>7</sup>: flammam media ipsa tenebat  
> Ingentem, et summa Danaos ex arce vocabat.  
> Tum me confectum curis, somnoque gravatum  
> Infelix hahuit thalamus: pressitque jacentem  
> Dulcis et alta quies, placidæque simillima morti.  
> Egregia interea conjux <sup>8</sup> arma omnia tectis  
> Amovet, et fidum capiti subduxerat ensem <sup>9</sup>;  
> Intra tecta vocat Menelaum <sup>10</sup>, et limina pandit,  
> Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,  
> Et famam exstingui veterum sic posse malorum.  
> Quid moror? Irrumpunt thalamo. Comes additur una  
> Hortator scelerum Æolides <sup>11</sup>. Di, talia Grajis

<sup>1</sup> *suprema nocte*: la noche en que fué destruída Troya.

<sup>2</sup> *tumulum... inanem constitui*: levanté un sepulcro vacío o un cenotafio.

<sup>3</sup> *Nomen et arma locum servant*: Aquel lugar perpetúa o recuerda tu nombre y tus hazañas.

<sup>4</sup> *Te, amice, nequivi conspicere, et patria decedens ponere terra*: Amigo, no pude encontrar tu cadáver y enterrarlo en el suelo patrio antes de marcharme.

<sup>5</sup> *scelus exitiale Lacænæ*: la execrable perfidia de Helena.

<sup>6</sup> *super ardua... Pergama*: sobre las altas murallas de Troya.

<sup>7</sup> *Evantes orgia circum ducebat Phrygias*: y dirigía en torno suyo a las frigias o troyanas que celebraban las fiestas de Baco.

<sup>8</sup> *Egregia... conjux*: Mi excelente esposa. (La llama así por ironía. Helena, después de muerto Paris, se casó con su hermano Deifobo.)

<sup>9</sup> *et fidum capiti subduxerat ensem*: y había retirado de mi cabecera y escondido la espada en que yo fiaba.

<sup>10</sup> Menelao, el primer marido de Helena y uno de los caudillos griegos que más se distinguieron en el sitio de Troya.

<sup>11</sup> *Æolides*: Ulises, nieto de Eolo.



»Instaurate <sup>1</sup>, pio si pœnas ore reposeo.  
»Sed te qui vivum casus, age fare vicissim,  
»Attulerint, Pelagine venis erroribus actus,  
»An monitu Divum? An quæ fortuna fatigat,  
»Ut tristes sine sole domos, loca turbida, adires?»

Hac vice sermonum <sup>2</sup> roseis Aurora quadrigis  
Jam medium ætherio cursu trajecerat axem <sup>3</sup>,  
Et fors omne datum traherent per talia tempus <sup>4</sup>;  
Sed comes admonuit breviterque affata Sibylla est:

«Nox ruit, Ænea, nos flendo ducimus horas.  
»Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas.  
»Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit <sup>5</sup>;  
»Hac iter Elysium nobis <sup>6</sup>: at læva malorum  
»Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.»  
Deiphobus contra: «Ne sævi <sup>7</sup>, magna sacerdos,  
»Discedam, explebo numerum <sup>8</sup>, reddarque tenebris.  
»I decus, i, nostrum: melioribus utere fatis.»

Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit <sup>9</sup>.  
Respicit Æneas subito, et sub rupe sinistra  
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro:  
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis  
Tartareus Plegeton, torquetque sonantia saxa <sup>10</sup>.  
Porta adversa <sup>11</sup> ingens, solidoque adamante columnæ:  
Vis ut nulla virum <sup>12</sup>, non ipsi excindere ferro  
Cælicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras;  
Tisiphoneque <sup>13</sup> sedens, palla succinta cruenta <sup>14</sup>,  
Vestibulum exsomnia servat noctesque diesque.

<sup>1</sup> *Di, talia Grajæ instaurate*: Dioses, haced que los griegos pasen por semejantes amarguras.

<sup>2</sup> *Hac vice sermonum*: Mientras estos coloquios se realizaban.

<sup>3</sup> *medium ætherio cursu trajecerat axem*: había pasado el meridiano en su celeste carrera.

<sup>4</sup> *et fors omne datum traherent per talia tempus*: y quizá hubieran invertido en tales coloquios todo el tiempo que se había concedido a Eneas.

<sup>5</sup> *quæ Ditis magni sub mœnia tendit*: que conduce a los palacios del gran Plutón.

<sup>6</sup> *hac iter Elysium nobis*: por aquí

vamos a los Campos Eliseos.

<sup>7</sup> *Ne sævi*: No te ofendas.

<sup>8</sup> *explebo numerum*: cumpliré el tiempo de mi castigo.

<sup>9</sup> *Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit*: No dijo más, y con la última palabra empezó a alejarse.

<sup>10</sup> *torquetque sonantia saxa*: y se estrella, resonando con ímpetu, en las rocas.

<sup>11</sup> *Suple est.*

<sup>12</sup> *virum* por *virorum*.

<sup>13</sup> Tisifone, la mayor de las Furias.

<sup>14</sup> *palla succinta cruenta*: vestida con una larga y ensangrentada túnica.



Hinc <sup>1</sup> exaudiri gemitus, et sæva sonare  
Verbera: tum stridor ferri, tractæque catenæ.  
Constitit Æneas, strepituque exterritus hæsit <sup>2</sup>:  
<Quæ scelerum facies <sup>3</sup>, o virgo, effare, quibusve  
>Urgentur pœnis? Quis tantus plangor ad auras?>  
Tum vates sic orsa loqui: <Dux inclyte Teuerum,  
>Nulli fas casto sceleratum insistere limen <sup>4</sup>;  
>Sed me, cum lucis Hecate <sup>5</sup> præfecit Avernis,  
>Ipsa Deum pœnas <sup>6</sup> docuit, perque omnia duxit.  
>Gnosius hæc Rhodamanthus <sup>7</sup> habet durissima regna,  
>Castigatque, auditque dolos: subigitque fateri <sup>8</sup>,  
>Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,  
>Distulit in seram commissa piacula mortem.  
>Continuo sontes ultrix accinta flagelo  
>Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra  
>Intentans angues <sup>9</sup>, vocat agmina sæva sororum.>  
Tum demum <sup>10</sup> horrisono stridentes cardine sacræ  
Panduntur portæ. <Cernis <sup>11</sup> custodia qualis  
>Vestibulo sedeat? Facies quæ limina servet?  
>Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra <sup>12</sup>  
>Sævior intus habet sedem: tum Tartarus ipse  
>Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras <sup>13</sup>,  
>Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum <sup>14</sup>.  
>Hic genus antiquum Terræ, Titania pubes <sup>15</sup>,  
>Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.

<sup>1</sup> *Hinc*: Desde este sitio.

<sup>2</sup> *strepituque exterritus hæsit*: y aterrado por el estrépito, quedóse inmóvil.

<sup>3</sup> *Quæ scelerum facies*: Qué clase de crimenes han cometido.

<sup>4</sup> *nulli fas casto sceleratum insistere limen*: a ningún justo le es permitido atravesar el umbral de los condenados.

<sup>5</sup> Hécate o Proserpina, diosa de los infiernos.

<sup>6</sup> *Deum pœnas*: el castigo que los dioses imponen a los malvados.

<sup>7</sup> Radamanto, rey de Licia, hijo de Júpiter y Europa y uno de los jueces que en el infierno juzgaban las almas de los muertos.

<sup>8</sup> *subigitque fateri*: y obliga a con-

fesarlos.

<sup>9</sup> *torvosque sinistra intentans angues*: y con la mano izquierda amenazando azotar con serpientes.

<sup>10</sup> *Tum demum*: Al cabo, después de azotados.

<sup>11</sup> Sigue hablando la Sibila.

<sup>12</sup> *Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra*: Una terrible serpiente de cincuenta cabezas.

<sup>13</sup> *tenditque sub umbras*: y se extiende por las sombras.

<sup>14</sup> *quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum*: cuanto se extiende la vista dirigida a los espacios del cielo.

<sup>15</sup> *Titania pubes*: los hijos de Títan quisieron escalar el cielo y Júpiter los precipitó en los infiernos.



- » Hic et Aloidas <sup>1</sup> geminos immania vidi  
» Corpora, qui manibus magnum rescindere eælum  
» Aggressi, superisque Jovem detrudere regnis.  
» Vidi et crudeles dantem Salmonea <sup>2</sup> pœnas,  
» Dum flammæ Jovis et sonitus imitatur Olympi.  
» Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,  
» Per Grajum populos mediæque per Elidis urbem  
» Ibat ovans, Divumque sibi posebat honorem;  
» Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen  
» Ære et cornipedum cursu simularat equorum.  
» At pater Omnipotens <sup>3</sup> densa inter nubila telum  
» Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis  
» Lumina) præcipitemque immani turbine adegit.  
» Neenon et Tityon <sup>4</sup>, Terræ omniparentis alumnum <sup>5</sup>,  
» Cernere erat <sup>6</sup>, per tota novem cui jugera corpus  
» Porrigitur; rostroque immanis vultur obunco  
» Immortale jecur tondens <sup>7</sup>, fecundaque pœnis  
» Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto  
» Pectore <sup>8</sup>: nec fibris requies datur ulla renatis.  
» Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque? <sup>9</sup>  
» Quos super atra silex jam jam lapsura, cadentique  
» Imminet assimilis. Lucent genialibus altis  
» Aurea fulera toris, epulæque ante ora <sup>10</sup> paratæ  
» Regifico luxu. Furiarum maxima <sup>11</sup> juxta  
» Accubat, et manibus prohibet contingere mensas,  
» Exsurgitque facem attollens, atque intonat ore <sup>12</sup>.

<sup>1</sup> Oto y Esfaltes, hijos de Aloeo, gigantes de tan grande corpulencia que medían 108 pies de altura a los nueve años, y quisieron, con los demás titanes, escalar el cielo.

<sup>2</sup> Hijo de Eolo y rey de la Elide: Júpiter le mató con un rayo cuando para imitarle se paseaba en su carroza por un puente de metal, arrojando a sus vasallos hachas encendidas.

<sup>3</sup> Júpiter.

<sup>4</sup> Titio o Ticio, hijo de Júpiter.

<sup>5</sup> *Terræ omniparentis alumnum*: a quien la Tierra, madre universal, había criado.

<sup>6</sup> *Neenon... cernere erat*: Y era también de ver...

<sup>7</sup> *immortale jecur tondens*: royéndole el hígado, que constantemente se reproduce.

<sup>8</sup> *habitatque sub alto pectore*: y que se esconde o alberga en lo profundo de sus entrañas.

<sup>9</sup> Ixión y Piritoo, reyes de los lapitas, pueblos poco respetuosos con la Divinidad.

<sup>10</sup> *ante ora (Tantalí)*: delante de Tántalo (a quien los dioses condenaron a sed y hambre perpetuos y a no poder tocar los manjares y licores que tenía ante sus ojos).

<sup>11</sup> *Furiarum maxima*: Tisífone.

<sup>12</sup> *atque intonat ore*: y le ensordece a gritos.



- » Hic <sup>1</sup>, quibus invisí fratres, dum vita manebat,  
» Pulsatusve parens <sup>2</sup>, et fraus innexa clienti;  
» Aut qui divitiis soli incubuere repertis <sup>3</sup>,  
» Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est;  
» Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti  
» Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,  
» Includi pœnam expectant. Ne quære doceri  
» Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunave mersit.  
» Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum  
» Districti pendent: sedet æternumque sedebit  
» Infelix Theseus <sup>4</sup>; Phlegyasque <sup>5</sup> miserrimus omnes  
» Admonet, et magna testatur voce per umbras:  
» Discite justitiam moniti, et non temnere <sup>6</sup> Divos.»  
» Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem  
» Imposuit: fixit leges pretio atque refixit.  
» Hic thalamum invasit natæ, vetitosque hymenæos:  
» Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.  
» Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,  
» Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,  
» Omnia pœnarum percurrere nomina possim.»  
Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva sacerdos,  
» Sed jam age, carpe viam, et susceptum perfice munus <sup>7</sup>,  
» Acceleremus, ait: Cyclopum educta caminis  
» Mœnia conspicio <sup>8</sup>, atque adverso fornice portas <sup>9</sup>,  
» Hæc ubi nos præcepta jubent deponere dona.»  
Dixerat; et pariter gressi per opaca viarum,

<sup>1</sup> Suple *sunt*.

<sup>2</sup> *pulsatusve parens*: o que levantaron la mano contra sus padres.

<sup>3</sup> *aut qui divitiis soli incubuere repertis*: o los que se acostaron solos, habiendo tenido grandes riquezas (los avaros que no se casaron por miedo a perder su riqueza.)

<sup>4</sup> Bajó con Pirítoo a los infiernos a robar a Proserpina: el Cerbero despedazó a Pirítoo, y Teseo quedó encerrado en una prisión hasta que Hércules le libertó; mas habiendo vuelto a bajar a los infiernos, Plutón le condenó a estar eternamente amarrado a un peñasco.

<sup>5</sup> Rey de Tesalia: incendió el

templo de Apolo.

<sup>6</sup> *temnere* por *contemnere*.

<sup>7</sup> *et susceptum perfice munus*: y devuelve a Proserpina el ramo que recibiste (y merced al cual pudo Eneas hacer su excursión a los infiernos).

<sup>8</sup> *Cyclopum educta caminis Mœnia conspicio*: veo las murallas fabricadas en las fraguas de los Ciclopes. (Los Ciclopes eran monstruos que tenían un solo ojo, y trabajaban los rayos de Júpiter en las fraguas de Vulcano.)

<sup>9</sup> *atque adverso fornice portas*: y las puertas que dan frente a las habitaciones de Plutón.



Corripiunt spatium medium<sup>1</sup>, foribusque propinquant.  
Occupat Æneas aditum, corpusque recenti  
Spargit aqua<sup>2</sup>, ramumque adverso in limine figit.  
His demum exactis, perfecto munere Divæ<sup>3</sup>,  
Devenere locos lætos, et amœna vireta  
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.  
Largior hic campos æther<sup>4</sup> et lumine vestit  
Purpureo: solemque suum sua sidera norunt<sup>5</sup>,  
Pars in gramineis exercent membra palæstris,  
Contendunt ludo, et fulva luctantur arena:  
Pars pedibus plaudunt choreas<sup>6</sup>, et carmina dicunt.  
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos<sup>7</sup>  
Obloquitur numeris septem discrimina vocum<sup>8</sup>:  
Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.  
Hic genus antiquum Teuceri<sup>9</sup>, pulcherrima proles,  
Magnanimi heroes, nati melioribus annis:  
Ilusque<sup>10</sup>, Assaracusque<sup>11</sup>, et Trojæ Dardanus<sup>12</sup> auctor.  
Arma procul, currusque virum miratur<sup>13</sup> inanes:  
Stant terræ defixæ hastæ, passimque soluti  
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currum  
Armorumque fuit vivis<sup>14</sup>, quæ cura nitentes  
Pascere equos; eadem sequitur tellure repostos.  
Conspicit ecce alios dextra lævaque per herbam

<sup>1</sup> *corripiunt spatium medium*: recorren o atraviesan el espacio que mediaba.

<sup>2</sup> *recenti... aqua*: con el agua que mana constantemente.

<sup>3</sup> *perfecto munere Divæ*: terminadas las formalidades o ceremonias que habían de practicar para devolver el ramo a la diosa (Proserpina).

<sup>4</sup> *Largior... æther*: Una atmósfera más pura y transparente (que la que rodea la tierra).

<sup>5</sup> *solemque suum sua sidera norunt*: y allí también los astros tienen su sol.

<sup>6</sup> *pedibus plaudunt choreas*: bailan o danzan.

<sup>7</sup> *Threicius... sacerdos*: Orfeo, célebre músico, hijo de Apolo: los árboles y las fieras le seguían, y hasta los ríos suspendían su curso para oírle cuando tocaba la lira.

<sup>8</sup> *obloquitur numeris septem discrimina vocum*: canta, acompañándose con su lira de siete cuerdas.

<sup>9</sup> *genus antiquum Teuceri*: los antiguos descendientes de Teucro, rey de la Troade y abuelo de Tros.

<sup>10</sup> *Ilus*: Ilo, abuelo de Eneas, dió su nombre a Ilión (Troya).

<sup>11</sup> *Assaracus*: Asaraco, rey de Troya, fué hijo de Tros y padre de Anquises, de quien Eneas era hijo.

<sup>12</sup> *Dardanus*: Dárdano, hijo de Júpiter y de Electra, mató a su hermano Jasio, por lo cual tuvo que huir de Creta y refugiarse en Asia, donde fundó una ciudad, que se llamó Dardania y más adelante Troya.

<sup>13</sup> *miratur (Æneas)*: ve Eneas.

<sup>14</sup> *quæ gratia currum armorumque fuit vivis*: los que en vida fueron aficionados a las armas y carros de guerra.



Vescentes lætumque choro pæana canentes <sup>1</sup>,  
Inter odoratum lauri nemus: unde superne  
Plurimus Eridani <sup>2</sup> per sylvam volvitur amnis.  
Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi,  
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,  
Quique pii vates et Phœbo digna locuti,  
Inventas aut qui vitam excoluere per artes,  
Quique sui memores alios fecere merendo,  
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.  
Quos circumfusos sic est affata Sibylla,  
Musæum <sup>3</sup> ante omnes; medium nam plurima turba  
Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis:  
«Dicite, felices animæ, tuque optime vates,  
»Quæ regio Anchisen, quis habet locus? Illius ergo  
»Venimus et magnos Erebi tranavimus amnes.»  
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros:  
«Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,  
»Riparumque toros, et prata recentia rivis  
»Incolimus; sed vos, si fert ita corde voluntas,  
»Hoc superate jugum; et facili jam tramite sistam» <sup>4</sup>.  
Dixit, et ante tulit gressum, camposque nitentes  
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linqunt.  
At pater Anchises penitus convalle virenti  
Inclusas animas, superumque ad lumen ituras,  
Lustrabat studio recolens <sup>5</sup>, omnemque suorum  
Forte recensebat numerum, carosque nepotes,  
Fataque fortunasque virum, moresque, manusque <sup>6</sup>.  
Isque ubi tendentem adversum <sup>7</sup>, per gramina vidit  
Æneam, alacris palmas utrasque tetendit;  
Effusæque genis lacrymæ; et vox excidit ore:  
«Venisti tandem, tuaque exspectata parenti  
»Vicit iter durum pietas, datur ora tueri,

<sup>1</sup> *lætumque choro pæana canentes*: y cantando en coro un alegre himno de victoria.

<sup>2</sup> *Eridani*: del Po. (Este río se llamó Eridanus, y los poetas le conservaron este nombre; después en latín se llamó *Padus*.)

<sup>3</sup> Discípulo de Orfeo e inventor del verso heroico.

<sup>4</sup> *et facili jam tramite sistam*: y os dejaré en camino por donde podáis ir fácilmente.

<sup>5</sup> *lustrabat studio recolens*: las veía, procurando recordarlas en su mente.

<sup>6</sup> *manusque*: y sus hazañas.

<sup>7</sup> *adversum*: a su encuentro.



» Nate, tua, et notas audire et reddere voces!  
» Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum <sup>1</sup>,  
» Tempora dinumerans; nec me mea cura fefellit.  
» Quas ego te terras, et quanta per æquora vectum  
» Accipio! Quantis jactatum, nate, periclis!  
» Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent! <sup>2</sup>.  
Ille autem: «Tua me, genitor, tua tristis imago,  
» Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.  
» Stant sale Tyrrheno <sup>3</sup> classes: da jungere dextram,  
» Da genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro <sup>4</sup>.  
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.  
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;  
Ter frustra comprehensa manus effugit imago <sup>5</sup>,  
Par levibus ventis, voluerique simillima somno.

<sup>1</sup> *Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum*: Así en verdad esperaba yo, y pensaba que sucedería.

<sup>2</sup> *Quam metui, ne quid tibi Libyæ regna nocerent!*: ¡Qué temores he tenido de que Cartago fuera causa de tu perdición!

<sup>3</sup> *sale Tyrrheno*: en el mar Tirreno.

<sup>4</sup> *teque amplexu ne subtrahe nostro*: déjame abrazarte.

<sup>5</sup> El orden es: *imago comprehensa ter frustra effugit manus* (*Æneæ*).



## EX GEORGICORUM LIBRO IV

### I

#### *Apum praelia.*

Sin autem ad pugnam exierint <sup>1</sup> (nam sæpe duobus  
Regibus incessit magno discordia motu)  
Continuoque animos vulgi et trepidantia bello  
Corda licet longe præsciscere : namque morantes  
Martius ille æris rauci canor increpat, et vox  
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.  
Tum trepide inter se coëunt pennisque coruscant,  
Spiculaque exacuunt rostris <sup>2</sup>, aptantque lacertos.  
Et circa regem atque ipsa ad prætoria <sup>3</sup> densæ  
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.  
Ergo, ubi ver nactæ sudum camposque patentés <sup>4</sup>,  
Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto  
Fit sonitus <sup>5</sup>, magnumque mixtæ glomerantur in orbem,  
Præcipientesque cadunt. Non densior aëre grando,  
Nec de concussa tantum pluit illic glandis <sup>6</sup>.  
Ipsi <sup>7</sup> per medias acies, insignibus alis,  
Ingentes animos angusto in pectore versant :  
Usque adeo obnixi non cedere, dum gravis <sup>8</sup> aut hos,

<sup>1</sup> Supple *apes*.

<sup>2</sup> *spiculaque exacuunt rostris* : y aguzan la punta de sus aguijones.

<sup>3</sup> *ad prætoria* : junto a las tiendas de sus jefes.

<sup>4</sup> *ubi ver nactæ sudum camposque patentés* : luego que ven el día sereno y los anchos campos.

<sup>5</sup> *fit sonitus* : suena el fragor de los combatientes.

<sup>6</sup> *Non densior aëre grando, nec de concussa tantum pluit illic glandis* : No cae de las nubes mayor cantidad de granizo ni mayor número de bellotas de la sacudida encina (que abejas muertas caen al suelo).

<sup>7</sup> *Ipsi* : Los reyes.

<sup>8</sup> *dum gravis* : hasta que cargando con impetu.



Aut hos versa fuga victor dare terga subegit.  
Hi motus animorum atque hæc certamina tanta  
Pulveris exigui jactu <sup>1</sup> compressa quiescunt.

## II

### *Apum mira respublica.*

Nunc age, naturas apibus quas Jupiter ipse  
Addidit, expediam <sup>2</sup>, pro qua mercede, canoros  
Curetum <sup>3</sup> sonitus crepitantiaque æra secutæ,  
Dictæo cæli regem pavere sub antro <sup>4</sup>.  
Solæ communes gnatos, consortia tecta  
Urbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum:  
Et patriam solæ, et certos novere Penates:  
Venturæque hiemis memores æstate laborem  
Experiuntur, et in medium quæsita reponunt.  
Namque aliæ victu invigilant et fœdere pacto  
Exercentur agris: pars intra septa domorum  
Narcisi lacrymam, et lentum de cortice gluten,  
Prima favis ponunt fundamina. Deinde tenaces  
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos  
Educunt <sup>5</sup> fetus: aliæ purissima mella  
Stipant, et liquido distendunt nectare cellas.  
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti:  
Inque vicem speculantur aquas, et nubila cæli.  
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto  
Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

<sup>1</sup> *pulveris exigui jactu*: arrojando un poco de polvo.

<sup>2</sup> *expediam*: explicaré, o referiré.

<sup>3</sup> *curetum*: de los curetes. Fueron éstos un pueblo de Frigia, que habitó en el monte Ida; eran, además, sacerdotes de Cibeles u Ops, esposa de Saturno. Cuando Ops estaba para dar a luz a Júpiter, ellos, haciendo sonar sus sistros de bronce, ocultaron a Saturno el llanto de su hijo, que así se libró de ser comido por

su padre. Al ruido de los instrumentos de los curetes acudió un enjambre de abejas, que con su miel alimentó a Júpiter en una cueva del monte Dicte. En premio, el padre de los dioses concedió a las abejas que viviesen formando una sociedad perfectamente organizada.

<sup>4</sup> *dictæo cæli regem pavere sub antro*: alimentaron a Júpiter en una cueva del monte Dicte (en Creta).

<sup>5</sup> *educunt*: crían.



Fervet opus <sup>1</sup>, redolentque thymo fragrantia mella.  
Ac veluti, lentis Cyclopes fulmina massis  
Cum properant, alii taurinis follibus <sup>2</sup> auras tingunt  
Accipiunt redduntque alii stridentia  
Æra lacu: gemit impositis incudibus Ætna.  
Illi inter sese magna vi brachia tollunt  
In numerum <sup>3</sup>, versantque tenaci forcipe ferrum:  
Non aliter, si parva licet componere magnis <sup>4</sup>,  
Cecropias innatus apes amor urget habendi,  
Munere quamque suo <sup>5</sup>. Grandævis oppida curæ,  
Et muneri favos et Dædala fingere tecta <sup>6</sup>.  
At fessæ multa referunt se nocte minores,  
Crura thymo plenæ: pascuntur et arbuta passim,  
Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem  
Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.  
Omnibus una quies operum <sup>7</sup>, labor omnibus unus.  
Mane ruunt portis; nusquam mora <sup>8</sup>. Rursus easdem  
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis  
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.  
Fit sonitus <sup>9</sup>, mussantque ora et limina circum.  
Post, ubi jam thalamis se composuere, siletur  
In noctem, fessosque sopor suos occupat artus.  
Nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt  
Longius, aut credunt cælo adventantibus Euris:  
Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur <sup>10</sup>,  
Excursusque breves tentant: et sæpe lapillos,  
Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburram <sup>11</sup>,  
Tollunt; his sese per inania nubila librant.

.....  
Verum ipsæ e foliis natos et suavibus herbis

<sup>1</sup> *Fervet opus*: Trabájase con ardor.

<sup>2</sup> *taurinis follibus*: con fuelles hechos de cuero de buey.

<sup>3</sup> *in numerum*: por su orden, o alternativamente.

<sup>4</sup> *si parva licet componere magnis*: si las cosas pequeñas pueden compararse con las grandes.

<sup>5</sup> *munere quamque suo*: a cada una en el oficio que le ha tocado desempeñar.

<sup>6</sup> *Dædala... tecta*: la complicada disposición de las celdillas.

<sup>7</sup> *Suple est*.

<sup>8</sup> *Mane ruunt portis; nusquam mora*: Por la mañana salen apresuradamente por las puertas; jamás se detienen.

<sup>9</sup> *Fit sonitus*: Empieza el zumbido (de las abejas).

<sup>10</sup> *aquantur*: beben.

<sup>11</sup> *saburram*: arena, lastre.



Ore legunt: ipsæ regem parvosque Quirites  
Sufficiunt, aulasque, et cerea regna refingunt.  
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas  
Attrivere, utroque animam sub fasce dedere <sup>1</sup>.  
Tantus amor florum et generandi gloria mellis.  
Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi  
Excipiat <sup>2</sup> (neque enim plus septima ducitur æstas),  
At genus immortale manet, multosque per annos,  
Stat fortuna domus <sup>3</sup>, et avi numerantur avorum.  
Præterea regem non sic Ægyptus, et ingens  
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes,  
Observant. Rege incolumi mens omnibus una est:  
Amisso, rupere fidem, constructaque mella  
Diripuere ipsæ et crates solvere favorum:  
Ille <sup>4</sup> operum custos <sup>5</sup>: illum admirantur; et omnes  
Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes;  
Et sæpe attollunt humeris, et corpora bello  
Objectante, pulchramque petunt per vulnera mortem <sup>6</sup>.

<sup>1</sup> *utroque animam sub fasce dedere*: y mueren fatigadas de ambos trabajos (el de elaborar la miel y acarrear el polen de las flores).

<sup>2</sup> *ipsas quamvis angustii terminus ævi excipiat*: y aunque las sorprenda el fin de su breve vida.

<sup>3</sup> *stat fortuna domus*: la sucesión de la familia (de las abejas) dura.

<sup>4</sup> *Ille*: el rey.

<sup>5</sup> *Suple est.*

<sup>6</sup> *pulchram mortem*: una muerte honrosa.



# EX Q. HORATII FLACCI

## CARMINIBUS

### I

*In sui sæculi luxum.*

Jam pauca aratro jugera regiæ  
Moles <sup>1</sup> relinquent: undique latius  
Extenta visentur Lucrino  
Stagna lacu <sup>2</sup>, platanusque cœlebs  
Evincet ulmos <sup>3</sup>: tum violaria, et  
Myrtus, et omnis copia narium <sup>4</sup>  
Spargent olivetis <sup>5</sup> odorem  
Fertilibus Domino priori <sup>6</sup>.  
Tum spissa ramis laurea fervidos  
Excludet ictus: non ita Romuli  
Præscriptum, et intonsi Catonis  
Auspiciis <sup>7</sup>, veterumque norma.  
Privatus illis census <sup>8</sup> erat brevis,

<sup>1</sup> *regiæ moles*: edificaciones dignas de un rey.

<sup>2</sup> *undique latius extenta visentur Lucrino stagna lacu*: y por todas partes se verán extenderse estanques más grandes que el famoso lago Lucrino.

<sup>3</sup> *platanusque cœlebs evincet ulmos*: y el plátano, a cuyo tronco no se adhieren las vides, ni da fruto, substituirá a los olmos.

<sup>4</sup> *omnis copia narium*: y toda

abundancia de olorosas flores que recrean el olfato.

<sup>5</sup> *olivetis*: en los olivares (substituirán los jardines a los olivares).

<sup>6</sup> *fertilibus Domino priori*: que daban fruto útil cuando los poseían sus primitivos dueños.

<sup>7</sup> *intonsi Catonis auspiciis*: por máximas o autoridad del severo Catón.

<sup>8</sup> *Privatus census*...: la fortuna particular.



Commune magnum : nulla decempedis  
Metata privatis opacam  
Porticus excipiebat Arcton <sup>1</sup>;  
<sup>2</sup> Nec fortuitum spernere cæspitem <sup>3</sup>  
Leges sinebant, oppida publico  
Sumptu jubentes, et Deorum  
Templa novo decorare saxo.

II

*Ad Avarum.*

Non ebur neque aureum  
Mea renidet in domo lacunar <sup>4</sup>;  
Non trabes Hymettiae <sup>5</sup>  
Premunt columnas ultima recisas  
Africa <sup>6</sup>, neque Attali <sup>7</sup>  
Ignotus hæres, regiam occupavi;  
Nec Laconicas mihi  
Trahunt <sup>8</sup> honestæ purpuras clientæ.  
At fides, et ingeni  
Benigna vena est <sup>9</sup>: pauperemque dives  
Me petit: nihil supra  
Deos lacezzo <sup>10</sup>: nec potentem amicum  
Largiora flagito,  
Satis beatus unicus Sabinis <sup>11</sup>.

<sup>1</sup> *nulla decempedis metata privatis opacam porticus excipiebat Arcton*: no había pórtico particular situado al Norte y fresco, que midiera diez pies.

<sup>2</sup> El orden es: *Nec leges jubentes decorare oppida sumptu publico, et (decorare) templa Deorum saxo novo, sinebant spernere cæspitem fortuitum.*

<sup>3</sup> *fortuitum spernere cæspitem*: menospreciar la choza que por acaso se presentaba a uno para recogerse.

<sup>4</sup> *ebur neque aureum... lacunar*: artesonados de marfil y oro.

<sup>5</sup> El mármol de las canteras del monte Himeto, próximo al Atica,

era muy estimado.

<sup>6</sup> *ultima recisas Africa*: cortadas en las más apartadas regiones del Africa.

<sup>7</sup> Atalo, rey de Pérgamo, que dejó heredero de sus riquezas al pueblo romano.

<sup>8</sup> *trahunt*: hilan.

<sup>9</sup> *At fides, et ingeni benigna vena est*: Pero tengo amigos y fácil vena poética.

<sup>10</sup> *nihil supra Deos lacezzo*: no molesto a los dioses con súplicas para que me den más.

<sup>11</sup> *unicis Sabinis*: con mi única posesión en el campo Sabino.



Truditur dies die <sup>1</sup>,  
Novæque pergunt interire Lunæ:  
Tu secanda marmora,  
Locas sub ipsum funus <sup>2</sup>; et sepulchri  
Immemor struis domos:  
Marisque Bajis obstrepentis urges  
Summovere littora,  
Parum locuples continente ripa <sup>3</sup>.  
Quid? Quod usque <sup>4</sup> proximos  
Revellis <sup>5</sup> agri terminos, et ultra  
Limites clientum  
Salis <sup>6</sup> avarus? <sup>7</sup> Pellitur paternos  
In sinu ferens Deos,  
Et uxor, et vir, sordidosque natos.  
<sup>8</sup> Nulla certior tamen,  
Rapacis Orci fine destinata,  
Aula divitem manet  
Herum. Quid ultra tendis? Æqua tellus  
Pauperi recluditur,  
Regumque pueris; nec satelles Orci <sup>9</sup>  
Callidum Promethea <sup>10</sup>  
Revexit <sup>11</sup> auro captus: hic superbum  
Tantalum atque Tantali  
Genus coërcet; hic levare functum  
Pauperem laboribus,  
Vocatus atque non vocatus, audit <sup>12</sup>.

<sup>1</sup> *Truditur dies die*: Siguese un día tras otro.

<sup>2</sup> *Tu secanda marmora locas sub ipsum funus*: Tú pagas operarios que corten mármoles (para tus palacios) cuando estás a punto de morir.

<sup>3</sup> *Marisque Bajis obstrepentis urges summovere littora, parum locuples continente ripa*: Y como si fueras poco rico con la tierra que posees en tierra firme, te empeñas en alejar, o prolongar (mar adentro), la costa del rugiente mar de Bayas (para invadir el mar con tus edificaciones).

<sup>4</sup> *usque*: más allá.

<sup>5</sup> *revellis*: mueves, o avanzas, o adelantas.

<sup>6</sup> *salis*: saltas, o atraviesas.

<sup>7</sup> El orden es: *Et uxor et vir fe-*

*rens (hic) Deos paternos in sinu (illa ferens in sinu) natos sordidos pellitur.*

<sup>8</sup> El orden es: *Tamen nulla aula certior fine Orci rapacia manet destinata (te) herum divitem*: Sin embargo, tú, tan rico, no tienes habitación más segura que el infierno o la muerte, que a todos nos espera.

<sup>9</sup> *satelles Orci*: Caronte.

<sup>10</sup> Prometeo, cuya astucia fué tanta, que consiguió robar a Júpiter el fuego vital.

<sup>11</sup> *revexit*: volvió al cielo, o resucitó

<sup>12</sup> *hic levare functum pauperem laboribus, vocalus atque non vocalus, audit*: éste (Caronte), sea o no llamado o invocado por el pobre que perece bajo el peso de sus desgracias, acude a librarle de ellas (con la muerte).



III

*Nerei vaticinium de ruina Trojæ.*

Pastor cum traheret per freta navibus  
Idæis Helenam perfidus <sup>1</sup> hospitam,  
Ingrato celeres obruit otio

Ventos, ut caneret fera <sup>2</sup>

Nereus <sup>3</sup> fata. Mala ducis avi <sup>4</sup> domum  
Quam multo repetet Græcia milite,  
Conjurata tuas rumpere nuptias,  
Et regnum Priami vetus.

Eheu! Quantus equis, quantus adest viris  
Sudor! Quanta moves funera Dardanæ  
Genti! Jam galeam Pallas <sup>5</sup>, et ægida,  
Currusque et rabiem parat.

Nequidquam Veneris præsidio ferox <sup>6</sup>  
Pectes cæsariem, grataque feminis  
Imbelli cithara carmina divides:

Nequidquam thalamo graves  
Hastas, et calami spicula Gnossii <sup>7</sup>  
Vitabis, strepitumque, et celerem sequi  
Ajacem <sup>8</sup>: tamen, heu! serus <sup>9</sup> adulteros  
Crines pulvere collines.

Non Laërtiadem <sup>10</sup> exitium tuæ

<sup>1</sup> *Pastor... perfidus*: Paris, hijo de Priamo y Hécuba: fué pastor en el monte Ida, decidió el pleito de la manzana de la discordia a favor de Venus, robó a Helena, esposa de Menelao, rey de Lacedemonia, por lo cual Grecia declaró al Asia la guerra que acabó con la ruina y destrucción de Troya.

<sup>2</sup> *fera... fata*: la destrucción de Troya (los crueles destinos).

<sup>3</sup> *Nereus*: Nereo, dios marino, incapaz de mentir: fué hijo de Ponto y de Tetis.

<sup>4</sup> *Mala... avi*: Con fatales auspicios.

<sup>5</sup> *Pallas*: Palas, hija de Júpiter, casta virgen y belicosa.

<sup>6</sup> *Veneris præsidio ferox*: envalentonado con la protección de Venus (que no era belicosa).

<sup>7</sup> *calami spicula Gnossii*: los dardos hechos con caña de Creta.

<sup>8</sup> *celerem sequi Ajacem*: Ajax, veloz en la carrera o en perseguirte. (Ajax fué hijo de Telamón y uno de los más famosos capitanes griegos que acudieron al sitio de Troya.)

<sup>9</sup> *serus*: al cabo.

<sup>10</sup> *Laërtiadem*: al hijo de Laertes (a Ulises).



Gentis, non Pylum Nestora <sup>1</sup> respicis?  
Urgent impavidi te Salaminus  
Teucer <sup>2</sup>, et Sthenelus <sup>3</sup> sciens  
Pugnæ, sive opus est imperitare equis,  
Non auriga piger: Merionem <sup>4</sup> quoque  
Nosces: ecce furit te reperire atrox  
Tydides <sup>5</sup> melior patre,  
<sup>6</sup> Quem tu, cervus uti vallis in altera  
Visum parte lupum, graminis immemor,  
Sublimi fugies mollis anhelitu,  
Non hoc pollicitus tuæ.  
Iracunda diem proferet <sup>7</sup> Ilio,  
Matronisque Phrygum classis Achillei:  
Post certas hiemes uret Achaicus  
Ignis Iliacas domos.

IV

*Ad Marcum Censorinum.*

Donarem pateras grataque commodus <sup>8</sup>,  
Censorine, meis æra <sup>9</sup> sodalibus:  
Donarem tripodas præmia fortium  
Grajorum: neque tu pessima munerum  
Ferres, divite me scilicet artium <sup>10</sup>,  
Quas aut Parrhasius <sup>11</sup> protulit, aut Scopas <sup>12</sup>;

<sup>1</sup> *Pylum Nestora*: a Néstor, rey de Pilos. (Néstor fué el más sabio y prudente de los capitanes griegos que asistieron a la guerra de Troya.)

<sup>2</sup> *Salaminus Teucer*: Teucro, fundador de Salamina, en la isla de Chipre: fué hijo de Telamón y hermano de Ajax.

<sup>3</sup> *Sthenelus*: Estenelo fué uno de los que se ocultaron en el famoso caballo de madera.

<sup>4</sup> *Merionem*: a Merión, auriga de Idomeneo y uno de los más esforzados griegos que tomaron parte en el sitio de Troya.

<sup>5</sup> *Tydides*: el hijo de Tideo (Dió-

medes), rey de Etolia, y el más esforzado de los caudillos griegos, después de Aquiles y Ajax.

<sup>6</sup> El orden es: *Quem tu mollis fugies anhelitu sublimi, uti cervus immemor graminis (fugit) lupum visum in parte altera vallis.*

<sup>7</sup> *diem proferet*: alargará la vida.

<sup>8</sup> *commodus*: ajustándome al carácter o costumbres (de mis amigos).

<sup>9</sup> *æra*: copas de bronce.

<sup>10</sup> *divite me scilicet artium*: si yo fuera rico en objetos u obras de arte.

<sup>11</sup> Célebre pintor nacido en Atenas, y según otros en Efeso.

<sup>12</sup> Escultor insigne.



Hic saxo, liquidis ille coloribus  
Solers nunc hominem ponere <sup>1</sup>, nunc Deum.  
Sed non hæc mihi vis, non tibi talium  
Res est, aut animus deliciarum egens <sup>2</sup>:  
Gaudes carminibus: carmina possumus  
Donare, et pretium dicere muneris <sup>3</sup>.  
Non incisa notis marmora publicis <sup>4</sup>,  
Per quæ spiritus et vita redit bonis  
Post mortem ducibus: non celeres fugæ  
Rejectæque retrorsum Hannibalis minæ,  
Non incendia Carthaginiæ impiæ,  
<sup>5</sup> Ejus, qui domita nomen ab Africa  
Lucratus rediit, clarius indicant  
Laudes, quam Calabræ Pierides <sup>6</sup>; neque  
Si chartæ sileant <sup>7</sup> quod bene feceris,  
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ  
Mavortisque puer <sup>8</sup>, si taciturnitas  
Obstaret meritis invida Romuli?  
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum <sup>9</sup>  
Virtus, et favor, et lingua potentium  
Vatum divitibus consecrat insulis.  
Dignum laude virum Musa vetat mori.  
Cælo Musa beat <sup>10</sup>: sic Jovis interest  
Optatis epulis impiger Hercules.  
Clarum Tyndaridæ sidus <sup>11</sup> ab infimis

<sup>1</sup> *hominem ponere*: en representar un hombre.

<sup>2</sup> El orden es: *Sed res aut animus egens deliciarum talium non est tibi*: Pero tú no tienes ni hacienda ni deseo que carezca de estos placeres, o tú, ni por tu riqueza ni por tu voluntad, careces de estos goces.

<sup>3</sup> *et pretium dicere muneris*: y ensalzar el mérito de mi obsequio.

<sup>4</sup> *incisa notis marmora publicis*: estatuas mandadas erigir por el Senado y con inscripciones en el pedestal.

<sup>5</sup> El orden es: *ejus qui lucratus nomen rediit ab Africa domita*: de aquel que, después de haber conquistado el sobrenombre de Africano (Escipión), volvió a Roma luego

que hubo vencido al Africa.

<sup>6</sup> *Calabræ Pierides*: las Musas de Calabria.

<sup>7</sup> *si chartæ sileant*: si los versos no ensalzan.

<sup>8</sup> Rómulo, hijo de Ilia Rea y Marte.

<sup>9</sup> Eaco, hijo de Júpiter y Egina y uno de los jueces que con Radamanto y Minos juzgaba en el infierno las almas de los muertos.

<sup>10</sup> *Cælo Musa beat*: colocándole en el cielo, la Musa lo hace dichoso.

<sup>11</sup> *Tyndaridæ sidus*: Cástor y Pólux, hijos de Tindaro, convertidos en el signo llamado Géminis, se salvaron de un naufragio, según la fábula inventada por los poetas.



Quassas eripiunt æquoribus rates:  
1 Ornatus viridi tempora pampino  
Liber 2; vota bonos ducit ad exitus 3.

V

*Ad Grosphum.*

Otium divos rogat in patienti  
Prensus Ægea, simul atra nubes  
Condidit Lunam, neque certa fulgent  
Sidera nautis.

Otium bello furiosa Thrace 4,  
Otium Medi pharetra decori,  
Grospe, non gemmis, neque purpura ve-  
nale nec auro 5.

Non enim gazæ neque consularis  
Summovet licitor miseros tumultus  
Mentis 6, et curas laqueata circum  
Tecta 7 volantes.

Vivitur parvo bene cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum,  
Nec leves somnos timor, aut Cupido  
Sordidus 8 aufert.

Quid brevi fortes jaculamur ævo  
Multa? 9. Quid terras alio calentes  
Sole mutamus? Patriæ quis exul  
Se quoque fugit?  
Scandit æratas vitiosa naves

1 Suple sic.

2 Liber: Baco.

3 vota bonos ducit ad exitus: hace que tengan feliz éxito las súplicas de los hombres.

4 bello furiosa Thrace: la belicosa Tracia.

5 Otium... non gemmis, neque purpura venale nec auro: Paz... que no se compra con piedras preciosas, ni con púrpura, ni con oro, o que no

consiste en poseer, etc.

6 tumultus mentis: las inquietudes del ánimo.

7 laqueata... tecta: artesonados techos.

8 Cupido sordidus: la avaricia.

9 Quid brevi fortes jaculamur ævo multa?: ¿Por qué, siendo tan corta nuestra vida, nos esforzamos en atesorar tantas riquezas?



Cura<sup>1</sup>, nec turmas equitum relinquit,  
Ociior cervis, et agente nimbos  
Ociior Euro...  
Lætus in præsens animus quod ultra est<sup>2</sup>  
Oderit curare, et amara<sup>3</sup> lento  
Temperet risu: nihil est ab omni  
Parte<sup>4</sup> beatum.  
Abstulit clarum cita mors Achillem:  
Longa Tithonum minuit senectus<sup>5</sup>,  
Et mihi forsán, tibi quod negarit,  
Porriget hora<sup>6</sup>.  
Te greges centum, Siculæque circum  
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnitum  
Apta quadrigis equa: te bis Afro  
Murice tinctæ  
Vestiunt lanæ: mihi parva rura, et  
Spirítum Grajæ tenuem Camænæ<sup>7</sup>  
Parca non mendax dedit, et malignum  
Spernere vulgus.

## VI

### *Vitæ rusticæ laudes.*

Beatus ille qui procul negotiis,  
Ut prisca gens mortalium<sup>8</sup>,  
Paterna rura bobus exercet<sup>9</sup> suis  
Solutus omni fœnore;  
Nec excitatur classico miles truci<sup>10</sup>;

<sup>1</sup> *vitiiosa... cura*: el afán de adquirir riquezas.

<sup>2</sup> *quod ultra est*: lo por venir.

<sup>3</sup> *amara*: las contrariedades de la vida.

<sup>4</sup> *ab omni parte*: por completo.

<sup>5</sup> *longa Tithonum minuit senectus*: una prolongada vejez debilitó a Títón. (Títón, hijo de Ematión, consiguió de su esposa la Aurora que le concediera la inmortalidad, pero no

una perpetua juventud.)

<sup>6</sup> *hora*: el tiempo.

<sup>7</sup> *spirítum Grajæ tenuem camænæ*: la delicada inspiración de la Musa griega.

<sup>8</sup> *ut prisca gens mortalium*: como los primitivos hombres que vivieron en el siglo de oro.

<sup>9</sup> *exercet*: cultiva.

<sup>10</sup> *classico... truci*: con el terrible sonido de la guerrera trompa.



Neque horret iratum mare;  
Forumque vitat, et superba civium  
Potentiorum limina <sup>1</sup>.  
Ergo aut adulta vitium propagine  
Altas maritat populos <sup>2</sup>;  
Inutilesque falce ramos amputans,  
Feliciores inserit <sup>3</sup>;  
Aut in reducta valle mugientum  
Prospectat errantes greges,  
Aut pressa puris mella condit amphoris,  
Aut tondet infirmas oves:  
Vel, cum decorum mitibus pomis caput  
Autumnus arvis extulit <sup>4</sup>,  
Ut gaudet insitiva decerpens pyra <sup>5</sup>,  
Certantem et uvam purpuræ,  
Qua muneretur te, Priape, et te pater  
Silvane, tutor finium!  
Libet jacere modo sub antiqua ilice,  
Modo in tenaci gramine <sup>6</sup>.  
Labuntur altis interim rivis aquæ;  
Queruntur in sylvis aves:  
Fontesque lymphis obstrepunt manantibus,  
Somnos quod invitet leves.  
At, cum tonantis annus hibernus <sup>7</sup> Jovis  
Imbres nivesque comparat <sup>8</sup>;  
Aut trudit acres hinc, et hinc multo cane  
Apros in obstantes plagas;  
Aut amite levi rara tendit retia  
Turdis edacibus dolos,  
Pavidumque leporem et advenan laqueo gruem,  
Jucunda captat præmia;

<sup>1</sup> *superba... limina*: los magníficos palacios.

<sup>2</sup> *adulta vitium propagine altas maritat populos*: une, o apoya, los crecidos sarmientos en los elevados olmos.

<sup>3</sup> *feliciores inserit*: planta los sarmientos que dan más fruto.

<sup>4</sup> *vel, cum decorum mitibus pomis caput autumnus arvis extulit*: o cuan-

do el otoño asoma por los campos su cabeza, coronada de sazonados frutos.

<sup>5</sup> *insitiva... pyra*: las peras injertas.

<sup>6</sup> *in tenaci gramine*: en la grama, que arraiga fuertemente en la tierra.

<sup>7</sup> *annus hibernus*: el invierno.

<sup>8</sup> *comparat*: amontona, o arroja, en abundancia.



Quis non malarum <sup>1</sup>, quas amor curas habet  
Hæc inter obliviscitur?  
Quod si pudica mulier in partem juvet  
Domum <sup>2</sup>, atque dulces liberos <sup>3</sup>  
(Sabina qualis, aut perusta solibus  
Pernicis uxor Apuli) <sup>4</sup>,  
Sacrum vetustis exstruat lignis focum <sup>5</sup>  
Lassi sub adventum viri <sup>6</sup>.  
Claudensque textis cratibus lætum pecus,  
Distenta siccet ubera;  
Et horna dulci vina <sup>7</sup> promens dolio,  
Dapes inemptas apparet:  
Non me Lucrina juverint conchylia <sup>8</sup>,  
Magisve rhombus, aut seari,  
Si quos Eois intonata fluctibus  
Hiems ad hoc vertat mare.  
Non afra avis <sup>9</sup>, descendat in ventrem meum,  
Non attagen Ionicus  
Jucundior, quam lecta de pinguissimis  
Oliva ramis arborum;  
Aut herba lapathi prata amantis, et gravi  
Malvæ salubres corpori <sup>10</sup>,  
Vel agna festis cæsa Terminalibus <sup>11</sup>.  
Vel hædus ereptus lupo.  
Has inter epulas, ut juvat pastas oves  
Videre properantes domum!  
Videre fessos vomerem inversum boves  
Collo trahentes languido!  
Positosque vernas, ditis examen domus,

<sup>1</sup> Suple *curarum*.

<sup>2</sup> *in partem juvet domum*: ayude por su parte en los trabajos de la casa.

<sup>3</sup> *atque dulces liberos (juvet)*: y eduque los tiernos hijos.

<sup>4</sup> *pernicis... Apuli*: del activo habitante de la Pulla.

<sup>5</sup> *sacrum... focum*: el hogar consagrado (a Vesta y los dioses Lares).

<sup>6</sup> *lassi sub adventum viri*: poco antes de que llegue su marido fatigado.

<sup>7</sup> *horna... vina*: vino del año.

<sup>8</sup> *Lucrina... conchylia*: ostras del lago Luerino. (Este pasaje lo traduce Fr. Luis de León:

Ni me sacen los combos más sabrosos,  
Ni las ostras ni el mero...)

<sup>9</sup> *afra avis*: gallina de Africa.

<sup>10</sup> *gravi... corpori*: al cuerpo enfermo.

<sup>11</sup> *festis... Terminalibus*: en las fiestas del dios Término. (Según la mitología pagana, el dios Término era protector de los linderos de los campos.)



Circum renidentes lares! <sup>1</sup>  
Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,  
Jam jam futurus rusticus,  
Omnem relegit Idibus pecuniam;  
Quærit Kalendis ponere.

VII

*Ad populum Romanum.*

Quo, quo scelesti, ruitis? Aut cur dexteris  
Aptantur enses conditi? <sup>2</sup>  
Parumne campis, atque Neptuno super <sup>3</sup>  
Fusum est latini sanguinis?  
Non ut superbas invidæ Carthaginis  
Romanus arces ureret,  
Intactus aut Britannus ut descenderet  
Sacra catenatus via;  
Sed, ut secundum vota Parthorum <sup>4</sup>, sua  
Urbs hæc periret dextera.  
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus  
Unquam, nisi in dispar <sup>5</sup>, feris.  
Furorne cæcus, an rapit <sup>6</sup> vis acrior,  
An culpa? Responsum date.  
Tacent, et ora pallor albus inficit,  
Mentesque percussæ stupent.  
Sic est. Acerba fata Romanos agunt,  
Scelusque fraternæ necis <sup>7</sup>,  
Ut immerentis fluxit in terram Remi  
Sacer nepotibus <sup>8</sup> eruor.

<sup>1</sup> *positos vernas, dilis examen domus, circum renidentes lares!*: y los esclavos, hijos de las esclavas, reunidos como un enjambre en la casa del rico dueño en derredor de un espléndido hogar! (Fr. Luis de León tradujo este pasaje:

Ver de esclavillos el hogar cercado,  
Enjambre de riqueza...)

<sup>2</sup> *enses conditi?*: las espadas antes envainadas?

<sup>3</sup> *campis, atque Neptuno super*: en mar y tierra.

<sup>4</sup> *secundum vota Parthorum*: según los deseos de los partos (enemigos de Roma).

<sup>5</sup> *nisi in dispar*: sino contra animales de otra especie.

<sup>6</sup> *Suple eos.*

<sup>7</sup> *scelusque fraternæ necis*: el crimen de Rómulo, que mató a su hermano Remo.

<sup>8</sup> *sacer nepotibus*: funesta, fatal para sus descendientes, o que sus descendientes deben expiar.



# Q. HORATII FLACCI

## DE ARTE POETICA

### EPISTOLA AD PISONES

#### I

Humano capiti cervicem pictor equinam  
Jungere si velit, et varias inducere plumas  
Undique collatis membris <sup>1</sup>, ut turpiter atrum  
Desinat in piscem mulier formosa superne,  
Spectatum admissi <sup>2</sup>, risum teneatis, amici?

Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum  
Persimilem, ejus, velut ægri somnia vanæ  
Fingentur species; ut nec pes, nec caput uni  
Reddatur formæ <sup>3</sup>. Pictoribus atque Poetis  
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas <sup>4</sup>.  
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim;  
Sed non ut placidis coëant immitia <sup>5</sup>, non ut  
Serpentes avibus gemerentur, tigribus agni.

<sup>1</sup> *undique collatis membris*: reuniendo (para formar este cuadro) miembros de toda clase de animales.

<sup>2</sup> *spectatum admissi*: admitidos a ver este cuadro.

<sup>3</sup> *ut nec pes, nec caput uni reddatur formæ*: de suerte que desde el principio hasta el fin no domine la unidad en el plan.

<sup>4</sup> *quidlibet audendi... potestas*: la facultad de inventar cualquier argumento.

<sup>5</sup> *sed non ut placidis coëant immitia*: pero no de suerte que (en un mismo argumento) se mezclen las cosas más terribles con las más apacibles.



II

Inceptis gravibus plerumque et magna profesis<sup>1</sup>  
Purpureus, late qui splendeat, unus et alter  
Assuitur pannus; cum lucus et ara Dianæ  
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,  
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.  
Sed nunc non erat his locus<sup>2</sup>: et fortasse cupressum  
Scis simulare<sup>3</sup>. Quid hoc<sup>4</sup>, si fractis enatat ex spes  
Navibus, ære dato qui pingitur? Amphora cœpit  
Institui<sup>5</sup>; currente rota, cur ureeus exit?<sup>6</sup>  
Denique sit quod vis, simplex dumtaxat et unum<sup>7</sup>.

III

Maxima pars vatum, pater et juvenes patre digni,  
Decipimur specie recti<sup>8</sup>: brevis esse laboro,  
Obscurus fio. Sectantem leviam<sup>9</sup> nervi  
Deficiunt animique: professus grandia<sup>10</sup>, turgēt:  
Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ:  
Qui variare cupit rem prodigialiter unam<sup>11</sup>,  
Delphynum sylvis appingit, fluctibus aprum:  
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

<sup>1</sup> *Inceptis gravibus... et magna profesis*: A obras que comienzan con grandilocuente solemnidad, y que hacen concebir esperanzas de grandes cosas.

<sup>2</sup> *Sed nunc non erat his locus*: Pero entonces no eran oportunas estas cosas.

<sup>3</sup> *et fortasse cupressum scis simulare*: y quizá sabes pintar un ciprés.

<sup>4</sup> *Quid hoc...?*: ¿Qué importa esto...?

<sup>5</sup> *Amphora cœpit institui*: Comenzóse a fabricar un ánfora (se comenzó a escribir un gran poema).

<sup>6</sup> *currente rota, cur ureeus exit?*: ¿por qué andando la rueda salió un

pucherillo? (¿Por qué al cabo resulta un pequeño e insignificante poema, o una simple descripción?)

<sup>7</sup> *Denique sit quod vis scribere simplex dumtaxat et unum*: Por fin la obra que te propongas escribir ha de ser en la justa medida uniforme y una.

<sup>8</sup> *specie recti*: con las apariencias de lo bello.

<sup>9</sup> *Sectantem leviam*: Al que se propone asuntos fáciles.

<sup>10</sup> *professus grandia*: el que se propone escribir cosas sublimes.

<sup>11</sup> *qui variare cupit rem prodigialiter unam*: el que quiere dar variedad prodigiosa a un asunto.



IV

Æmilium circa ludum faber imus<sup>1</sup> et ungues  
Exprimet, et molles imitabitur ære capillos:  
Infelix operis summa<sup>2</sup>, quia ponere totum<sup>3</sup>  
Nesciet. Hunc ego me, si quid componere curem  
Non magis esse velim, quam pravo vivere naso,  
Spectandum nigris oculis nigroque capillo<sup>4</sup>.

V

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam  
Viribus, et versate diu<sup>5</sup>, quid ferre recusent,  
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res<sup>6</sup>,  
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo<sup>7</sup>.

VI

Ordinis hæc virtus erit et venus<sup>8</sup> (aut ego fallor),  
Ut jam nunc dicat jam nunc debentia dici,  
Pleraque differat et præsens in tempus omittat.  
Hoc amet<sup>9</sup>, hoc spernat<sup>10</sup>, promissi carminis auctor.

VII

In verbis etiam tenuis cautusque<sup>11</sup> serendis<sup>12</sup>,  
Dixeris egregie<sup>13</sup>, notum si callida verbum

<sup>1</sup> *Æmilium circa ludum faber imus*: el más insignificante de los escultores, que tiene su taller cerca de la escuela de esgrima de Emilio.

<sup>2</sup> *infelix (erit) operis summa*: estará poco afortunado en el resto, o en el conjunto, de la obra.

<sup>3</sup> *ponere totum (corpus)*: hacer todo (el cuerpo de la estatua).

<sup>4</sup> *pravo vivere naso, spectandum nigris oculis nigroque capillo*: tener una disforme nariz y llamar la atención por mis ojos y cabello negros.

<sup>5</sup> *versate diu*: examinad constantemente.

<sup>6</sup> *Cui lecta potenter erit res*: Al que hubiere elegido un asunto proporcionado a sus fuerzas.

<sup>7</sup> *lucidus ordo*: plan admirable.

<sup>8</sup> *Ordinis... virtus... et venus*: La perfección y el mérito del plan.

<sup>9</sup> *amet*: prefiera.

<sup>10</sup> *spernat*: deje.

<sup>11</sup> *tenuis cautusque*: parco y prudente.

<sup>12</sup> *In verbis serendis*: en el uso de las palabras (en el manejo del idioma).

<sup>13</sup> *dixeris egregie*: hablarás perfectamente (harás buen uso del idioma).



Reddiderit junctura <sup>1</sup> novum. Si forte necesse est  
Indiciis monstrare recentibus <sup>2</sup> abdita rerum,  
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis <sup>3</sup>  
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.

### VIII

Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem <sup>4</sup>, si  
Græco fonte <sup>5</sup> cadant, parce detorta <sup>6</sup>. Quid autem  
Cæcilio Plautoque <sup>7</sup> dabit Romanus, ademptum  
Virgilio Varioque? Ego cur acquirere pauca <sup>8</sup>  
Si possum invideor <sup>9</sup>, cum lingua Catonis et Enni <sup>10</sup>  
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum  
Nomina protulerit? Licuit semperque licebit  
Signatum præsentem nota producere nomen <sup>11</sup>.

### IX

Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos,  
Prima <sup>12</sup> cadunt, ita verborum vetus interit ætas,  
Et juvenum ritu florent modo nata vigentque.  
Debemur morti nos nostraque; sive receptus  
Terra Neptunus <sup>13</sup> classes aquilonibus arcet,  
Regis opus; sterilisve diu palus aptaque remis,  
Vicinas urbes alit et grave sensit aratrum <sup>14</sup>;

<sup>1</sup> *junctura*: la unión de dos palabras.

<sup>2</sup> *indiciis... recentibus*: con signos o palabras nuevas.

<sup>3</sup> *cinctutis non exaudita Cethegis*: conceptos que no oyeron los ceteegos que usaban el cinturón (que ceñían sus ropas por debajo del pecho, o sean los belicosos romanos primitivos).

<sup>4</sup> *habebunt... fidem*: obtendrán la autoridad del uso.

<sup>5</sup> *Græco fonte*: de origen griego.

<sup>6</sup> *parce detorta*: con una pequeña inflexión (la suficiente para latinizarlas).

<sup>7</sup> Cecilio y Plauto eran para Horacio poetas antiguos, como Vario y Virgilio eran modernos para él, por

ser contemporáneos suyos.

<sup>8</sup> *Supple verba*.

<sup>9</sup> *invideor*: se me censura.

<sup>10</sup> *lingua Catonis et Enni*: el lenguaje de Catón y Ennio, o el uso que del idioma hicieron estos antiguos escritores.

<sup>11</sup> *signatum presente nota producere nomen*: inventar una palabra que lleve el sello de la época, o el cuño del uso corriente.

<sup>12</sup> *prima (folia)*: las primeras hojas.

<sup>13</sup> *receptus terra Neptunus*: el mar que se hace entrar en la tierra (las obras de un puerto).

<sup>14</sup> Alude a la desecación de la laguna Pontina.



Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis <sup>1</sup>  
Doctus iter melius. Mortalia facta peribunt;  
Nedum sermonum stet honos et gratia vivax.  
Multa <sup>2</sup> renascentur quæ jam cecidere; cadentque  
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,  
Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi.

X

Res gestæ regumque ducumque <sup>3</sup> et tristia bella  
Quo scribi possent numero <sup>4</sup>, monstravit Homerus.  
Versibus impariter junctis <sup>5</sup> querimonia primum,  
Post etiam inclusa est voti sententia compos <sup>6</sup>.  
Quis tamen exiguos elegos <sup>7</sup> emiserit auctor  
Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.  
Archilocum <sup>8</sup> proprio rabies armavit iambo.  
Hunc socci <sup>9</sup> cepere pedem, grandesque cothurni <sup>10</sup>,  
Alternis aptum sermonibus <sup>11</sup>, et populares  
Vincentem strepitus, et natum rebus agendis <sup>12</sup>.  
<sup>13</sup> Musa dedit fidibus <sup>14</sup> Divos puerosque Deorum <sup>15</sup>,  
Et pugilem victorem, et equum certamine primum,  
Et juvenum curas <sup>16</sup>, et libera vina <sup>17</sup> referre.  
Descriptas servare vices, operumque colores <sup>18</sup>

<sup>1</sup> *amnis*: el Tiber, que antes inundaba los campos de Velabro, arrasando las mieses, y después fué desviado, abriéndole nuevo cauce.

<sup>2</sup> *Suple vocabula*.

<sup>3</sup> *Res gestæ regumque ducumque*: Las hazañas de los reyes y caudillos (la epopeya).

<sup>4</sup> *quo... numero*: en qué metro.

<sup>5</sup> *Versibus impariter junctis*: En disticos.

<sup>6</sup> *voti sententia compos*: la satisfacción del que ha visto realizados sus deseos.

<sup>7</sup> *exiguos elegos*: los versos elegíacos ligeros (o a propósito para poemas de poco fondo).

<sup>8</sup> *Archiloco*, inventor del verso arquíloquico, escribió contra Licambe y su esposa, que le habían negado la mano de su hija, una sátira tan violenta, que ambos se ahorcaron.

<sup>9</sup> *socci*: la comedia.

<sup>10</sup> *cothurni*: la tragedia.

<sup>11</sup> *alternis sermonibus*: para el diálogo.

<sup>12</sup> *natum rebus agendis*: a propósito para las representaciones escénicas.

<sup>13</sup> El orden es: *Musa dedit fidibus referre Divos*, etc.

<sup>14</sup> *fidibus*: a la poesía lírica.

<sup>15</sup> *Divos puerosque Deorum*: las hazañas de los dioses y de los hijos de los dioses (de los semidioses).

<sup>16</sup> *juvenum curas*: los amores de los jóvenes.

<sup>17</sup> *libera vina*: las expansiones del festín.

<sup>18</sup> *Descriptas servare vices, operumque colores*: Cumplir u observar las leyes prescritas y tener en cuenta la naturaleza o clase del poema.



Cur ego, si nequeo ignoroque, poëta salutor?  
Cur nescire, pudens prave, quam discere malo?

XI

Versibus exponi tragicis res comica non vult:  
Indignatur item privatis ac prope socco  
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ<sup>1</sup>.  
Singula quæque locum teneant sortita decenter<sup>2</sup>.  
Interdum tamen et vocem comœdia tollit,  
Iratuque Chremes<sup>3</sup> tumido delitigat ore:  
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.  
Telephus et Peleus<sup>4</sup> cum pauper et exul uterque,  
Projicit ampullas et sesquipedalia verba<sup>5</sup>,  
Si curat cor spectantis tetigisse querela.

XII

Non satis est pulchra esse poëmata, dulcia sunt<sup>6</sup>,  
Et quocumque volent, animum auditoris agunto.  
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent  
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est  
Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent,  
Telephe vel Peleu; male si mandata loqueris,  
Aut dormitabo aut ridebo. Tristia mœstrum  
Vultum verba decent: iratum plena minarum;  
Ludentem lasciva: severum<sup>7</sup> seria dictu.  
Format enim natura prius nos intus ad omnem

<sup>1</sup> *cœna Thyestæ*: la cena de Tiestes. (Tiestes, hijo de Pelops e Hipodamia, tuvo un hijo de Europa, esposa de su hermano Atreo, quien, para vengarse, mató al niño y se lo dió a comer a Tiestes en un banquete.)

<sup>2</sup> *Singula quæque locum teneant sortita decenter*: Cada poema debe escribirse en el metro y tono o estilo que le es propio.

<sup>3</sup> Chremes es un personaje de una comedia de Terencio.

<sup>4</sup> Télefo, hijo de Hércules y rey de Misia, y Peleo, hijo de Eaco y padre de Aquiles, son personajes de las tragedias de Eurípides.

<sup>5</sup> *sesquipedalia verba*: palabras de pie y medio, o altisonantes.

<sup>6</sup> *dulcia sunt*: es preciso que sean interesantes.

<sup>7</sup> *Suple decent*.



Fortunarum habitum <sup>1</sup>: juvat, aut impellit ad iram,  
Aut ad humum mœrore gravi deducit et angit:  
Post effert animi motus interprete lingua.  
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,  
Romani tollent equites peditesque cachinnum.

### XIII

Intererit multum Davusne <sup>2</sup> loquatur, an heros,  
Maturusne senex, an adhuc florente juventa  
Fervidus: an matrona potens, an sedula nutrix:  
Mercatorne vagus <sup>3</sup>, cultorne virentis agelli:  
Colchus <sup>4</sup>, an Assyrius <sup>5</sup>: Thebis nutritus, an Argis.  
Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge <sup>6</sup>,  
Scriptor. Honoratum si forte reponis Achillem <sup>7</sup>,  
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,  
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.  
Sit Medea <sup>8</sup> ferox invictaque, flebilis Ino <sup>9</sup>,  
Perfidus Ixion <sup>10</sup>, Io <sup>11</sup> vaga, tristis Orestes <sup>12</sup>.

<sup>1</sup> *Format enim natura prius nos inlus ad omnem fortunarum habitum:* Nuestro propio natural nos predispone interiormente para todas las situaciones de la vida.

<sup>2</sup> Davo, esclavo muy astuto y uno de los personajes de las comedias de Terencio.

<sup>3</sup> *mercatorne vagus:* o un mercader ambulante.

<sup>4</sup> *Colchus:* un habitante de la Cólquide. (Los habitantes de la Cólquide eran gente fiera, cruel e inhospitalaria.)

<sup>5</sup> *Assyrius:* un asirio. (Los asirios eran gente muelle y afeminada; así como los tebanos eran rudos, y los de Argos eran de costumbres más suaves.)

<sup>6</sup> *Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge:* O no te apartes del carácter que la Historia reconoce a los personajes, o inventa cosas que sean verosímiles o que no disuenen de ellos.

<sup>7</sup> *Honoratum... Achillem:* A Aquiles, a quien todos (historiadores y poetas) reconocen como un héroe ilustre.

<sup>8</sup> Medea, maga famosa, hija de Eetas: casó con Jasón, a quien con sus hechicerías facilitó la conquista del Vello de Oro. Mató a su hermano Absirto y arrojó por el camino sus miembros para detener a su padre, que la perseguía. Se vengó de la infidelidad de su esposo matando a sus hijos y dándoselos a comer.

<sup>9</sup> Ino, hija de Cadmo y Harmonia, huyendo de la ira de su esposo, se arrojó al mar.

<sup>10</sup> Ixión invitó a su suegro a un banquete y le hizo caer en una hoguera, donde pereció abrasado.

<sup>11</sup> Io, de quien Júpiter se enamoró, y cuya custodia confió a los cien ojos de Argos, fué puesta en libertad por Mercurio, y después de haber recorrido, huyendo, muchas tierras, llegó a Egipto, donde, después de su muerte, se le dió culto bajo el nombre de Isis.

<sup>12</sup> Orestes mató a su madre Clitemnestra y al adúltero Egisto para vengar la muerte de su padre Agamenón. En castigo de su parricidio fué agitado por las Furias.



XIV

Si quid inexpertum <sup>1</sup> scenæ committis, et audes  
Personam formare novam <sup>2</sup>, servetur ad imum  
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet <sup>3</sup>.

XV

Difficile est proprie communia dicere <sup>4</sup>: tuque  
Rectius Iliacum carmen deduces in actus <sup>5</sup>,  
Quam si proferres ignota indietaque primus.  
Publica materies <sup>6</sup> privati juris erit, si  
Nec circa vilem patulumque moraberis orbem <sup>7</sup>,  
Nec verbum verbo curabis reddere, fidus  
Interpres: nec desilies imitator in arctum,  
Unde pedem referre pudor vetet, aut operis lex <sup>8</sup>.

XVI

Nec sic incipies ut scriptor cyclicus <sup>9</sup> olim:  
*Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.*  
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?  
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.  
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte!  
*Dic mihi, Musa, virum captæ post tempora Trojæ,*  
*Qui mores hominum multorum vidit es urbes,*

<sup>1</sup> *quid inexpertum*: un asunto desconocido.

<sup>2</sup> *personam... novam*: un nuevo personaje, o un nuevo carácter.

<sup>3</sup> *sibi constet*: obre y hable en relación con su carácter.

<sup>4</sup> *proprie communia dicere*: dar carácter de originalidad a lo que otros han tratado.

<sup>5</sup> *rectius Iliacum carmen deduces in actus*: pondrás en escena más fácilmente un episodio de la Ilíada.

<sup>6</sup> *Publica materies*: El asunto ya tratado por otros.

<sup>7</sup> *si nec circa vilem patulumque moraberis orbem*: si no siguieres servilmente el mismo camino (si no te encerrares en el mismo círculo).

<sup>8</sup> *operis lex*: la índole de la obra, o las reglas literarias a que por su naturaleza debe someterse.

<sup>9</sup> *scriptor cyclicus*: el escritor callejero, que recita su poema en los corrillos.



Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem  
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,  
Antiphatem<sup>1</sup> Scyllamque<sup>2</sup> et cum Cyclope Charybdim<sup>3</sup>.  
Nec reditum Diomedis<sup>4</sup> ab interitu Meleagri<sup>5</sup>,  
Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo<sup>6</sup>.  
Semper ad eventum festinat, et in medias res,  
Non secus ac notas, auditorem rapit: et quæ  
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.  
Atque ita mentitur<sup>7</sup>, sic veris falsa remiscet,  
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

## XVII

Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi:  
Si plausoris eges aulæa manentis, et usque  
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:  
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,

<sup>1</sup> Antífates, rey de los lestrigones, era antropófago y estuvo a punto de comerse a Ulises y sus compañeros, que escaparon del peligro cortando las cuerdas de las áncoras y huyendo a alta mar con sus naves.

<sup>2</sup> Sella, hija de Forco y Hécate, fué convertida en monstruo marino, cuyos costados estaban cubiertos de ladradores perros.

<sup>3</sup> Caribdis, monstruo marino que hizo naufragar a Ulises, el cual se salvó del naufragio, suspendido, como sus compañeros, de un pellejo de cabra. El ciclope Polifemo, a quien Ulises había cegado del único ojo que tenía, devoró a tres de los compañeros del rey de Itaca.

<sup>4</sup> Diomedes fué uno de los más esforzados capitanes que concurrieron al sitio de Troya.

<sup>5</sup> Meleagro era tío de Diomedes. Su madre Altea, cuando le dió a luz, vió que las Parcas echaban en el fuego un tizón, diciendo: «Este niño vivirá lo que durare este tizón.» Retiráronse las Parcas, y Altea cogió el tizón, lo apagó y guardó cuidadosamente. Llegó Meleagro a la edad de quince años, y habiéndose olvidado

de hacer sacrificios a Diana, la diosa se vengó, enviando un jabalí que asolaba los campos de Calidonia. Reuniéronse los príncipes griegos para matarlo, y al frente de ellos marchaba Meleagro, que dió muerte al jabalí y ofreció su cabeza a Atalanta, que fué la primera que le hirió. Los tíos de Meleagro, hermanos de Altea, disputaron a Atalanta este trofeo; pero Meleagro los mató y se casó con Atalanta. Irritada Altea, echó al fuego el tizón fatal y Meleagro sintió que se le abrasaban las entrañas a medida que el tizón se consumía, y murió cuando éste se convirtió en cenizas. Altea, desesperada, se quitó la vida.

<sup>6</sup> *gemino... ab ovo*: desde los huevos de Leda. (Enamorado Júpiter de Leda, esposa de Tindaro, se convirtió en cisne, y de él concibió y dió a luz Leda dos huevos, de uno de los cuales salieron Cástor y Pólux, y del otro Clitemnestra y Helena. Esta última fué esposa de Menelao, rey de Esparta. Paris, hijo de Príamo, la robó, dando con esto motivo a la guerra y destrucción de Troya.)

<sup>7</sup> *mentitur*: inventa.



Mobilibusque decor naturis dandus, et annis.  
Reddere qui voces <sup>1</sup> jam scit puer, et pede certo  
Signat humum, gestit paribus colludere, et iram  
Colligit ac ponit temere, et mutatur in horas.  
Imberbis juvenis, tandem custode remoto,  
Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi:  
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,  
Utilium tardus provisor, prodigus æris,  
Sublimis <sup>2</sup>, cupidusque et amata relinquere pernix.  
Conversis studiis, ætas animusque virilis  
Quærit opes et amicitias, inservit honori <sup>3</sup>,  
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.  
Multa senem circumveniunt incommoda; vel quod  
Quærit, et inventis miser abstinet et timet uti,  
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,  
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri,  
Difficilis, querulus, laudator temporis acti  
Se puero, censor castigatque minorum.  
Multa ferunt anni venientes commoda <sup>4</sup> secum,  
Multa recedentes adimunt: ne forte seniles  
Mudentur juveni partes, pueroque viriles,  
Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis <sup>5</sup>.

### XVIII

Aut agitur res in scenis aut acta refertur.  
Segnius irritant animos demissa per aurem,  
Quan quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ  
Ipse sibi tradit spectator <sup>6</sup>. Non tamen intus  
Digna geri, promes in scenam, multa que tolles  
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens <sup>7</sup>:

<sup>1</sup> *reddere... voces*: contestar (a lo que se le dice).

<sup>2</sup> *sublimis*: altivo.

<sup>3</sup> *inservit honori*: aspira a conseguir honores.

<sup>4</sup> *multa... commoda*: muchas ventajas.

<sup>5</sup> *semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis*: nos fijaremos o ten-

dremos muy en cuenta siempre las circunstancias de carácter y la edad.

<sup>6</sup> *quæ ipse sibi tradit spectator*: y de las cuales el espectador tiene conocimiento por sí mismo.

<sup>7</sup> *quæ mox narret facundia præsens*: que luego haya de referir un actor a presencia, del público.



Nec pueros coram populo Medea trucidet:  
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus <sup>1</sup>:  
Aut in avem Progne <sup>2</sup> vertatur, Cadmus <sup>3</sup> in anguem:  
Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.

XIX

Neve minor neu sit quinto productior actu  
Fabula, quæ posci vult et spectata reponi <sup>4</sup>.  
Nec Deus intersit, nisi dignus vindicæ nodus  
Inciderit, nec quarta loqui persona laboret.  
Actoris partes chorus officiumque virile  
Defendat <sup>5</sup>: neu quid medios intercinat actus,  
Quod non proposito conducat, et hæreat apte.  
Ille bonis favéatque et consilietur amice,  
Et regat iratos, et amet peccare timentes.  
Ille dapes laudet mensæ brevis; ille salubrem  
Justitiam legesque, et apertis otia portis <sup>6</sup>.  
Ille tegat commissa <sup>7</sup>, Deosque precetur et oret,  
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.  
Tibia non <sup>8</sup>, ut nunc, orichalco vineta tubæque  
Æmula; sed tenuis simplexque, foramine paucis  
Aspirare et adesse choris erat utilis <sup>9</sup>, atque  
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu:  
Quo sane populus numerabilis, utpote parvus  
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.

<sup>1</sup> Atreo, hijo de Pélope e Hipodamia, irritado por las familiaridades que Tiestes, su hermano, se permitía con Europa, esposa de Atreo, mató al hijo de Tiestes y se lo hizo comer en un banquete.

<sup>2</sup> Progne. (Véase la nota 2.<sup>a</sup> de la página 323.)

<sup>3</sup> Cadmo, arrojado de su reino, se refugió en Iliria, donde los dioses le convirtieron, juntamente con su esposa Harmonia, en serpiente.

<sup>4</sup> *fabula, quæ posci vult et spectata reponi*: el drama o comedia que aspire a que el público desee su repre-

sentación y que se ponga varias veces en escena.

<sup>5</sup> *Actoris partes chorus officiumque virile defendat*: El coro debe hacer el papel de un actor y defender ese papel con ahínco.

<sup>6</sup> *apertis otia portis*: la paz, que permite tener abiertas las puertas.

<sup>7</sup> *tegat commissa*: guarde el secreto de lo que a su discreción se ha confiado.

<sup>8</sup> *Suple erat*.

<sup>9</sup> *aspirare et adesse choris erat utilis*: servía para tocar, acompañando a los coros.



Postquam cœpit agros extendere victor, et Urbem  
Latior amplecti murus, vinoque diurno  
Placari Genius festis impune diebus <sup>1</sup>,  
Accesit numerisque modisque <sup>2</sup> licentia major.  
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,  
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?  
Sic priscae motumque et luxuriam addidit arti  
Tibicen, traxitque vagus <sup>3</sup> per pulpita <sup>4</sup> vestem.  
Sic etiam fidibus voces crevere severis,  
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps <sup>5</sup>;  
Utiliumque sagax rerum et divina futuri  
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis <sup>6</sup>.

## XX

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum <sup>7</sup>  
Mox etiam agrestes Satyros nudavit <sup>8</sup>, et asper  
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod  
Illecebris erat grata novitate morandus  
Spectator, functusque sacris <sup>9</sup>, et potus, et exlex.

## XXI

Verum ita risores, ita commedare <sup>10</sup> dicaces  
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo,

<sup>1</sup> *vinoque diurno placari Genius festis impune diebus (capit)*: desde que se empezó a aplacar al dios Genio (protector del carácter de cada uno) de día en las festividades, consumiendo vino y no sacrificando víctimas, sin que los censores impusieran correctivo alguno.

<sup>2</sup> *numerisque modisque*: a los versos y a los cantos.

<sup>3</sup> *vagus*: paseando.

<sup>4</sup> *per pulpita*: por la escena.

<sup>5</sup> *et tulit eloquium insolitum facundia præceps*: y la primitiva elocuencia, sencilla en un principio, desbordándose, se remontó hasta una altu-

ra nunca vista.

<sup>6</sup> *sortilegis non discrepuit... Delphis*: tomó el mismo tono solemne de los oráculos de Apolo en Delfos.

<sup>7</sup> El autor de la mejor tragedia era premiado con un macho cabrío, según unos, y según otros con un pellejo de este animal, lleno de vino.

<sup>8</sup> *agrestes Satyros nudavit*: presentó desnudos los incultos sátiros (introdujo la sátira desnuda).

<sup>9</sup> *functusque sacris*: que había hecho sus sacrificios.

<sup>10</sup> *commendare*: hacer aceptables o dignos de estimación.



Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros  
Regali conspectus in auro nuper et ostro,  
Migret in obscuras humili sermone tabernas;  
Aut dum vitat humum, nubes et inania captet.  
Effutire leves indigna tragædia versus <sup>1</sup>,  
Ut festis matrona moveri jussa <sup>2</sup> diebus,  
Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.  
Non ego inornata et dominantia nomina <sup>3</sup> solum,  
Verbaque, Pisones, Satyrarum scriptor amabo:  
Nec sic enitar tragico differre colori <sup>4</sup>,  
Ut nihil intersit, Davusne loquatur, an audax  
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,  
An custos famulusque Dei Silenus alumni.  
Ex noto fictum carmen sequar <sup>5</sup> ut sibi quivis  
Speret idem, sudet multum frustra que laboret  
Ausus idem. Tantum series juncturaque <sup>6</sup> pollet!  
Tantum de medio sumptis accedit honoris! <sup>7</sup>.

## XXII

Sylvis deducti caveant, me iudice, Fauni <sup>8</sup>,  
Ne, velut innati triviis ac pæne forenses <sup>9</sup>,  
Aut nimium teneris juvenentur <sup>10</sup> versibus unquam,  
Aut immunda crepent ignominiosa que dicta.  
Offenduntur enim quibus est equus et pater et res <sup>11</sup>,  
Nec, si quid fricti ciceris probat et nucis emptor <sup>12</sup>,  
Æquis accipiunt animis, donantve corona <sup>13</sup>.

<sup>1</sup> *Effutire leves indigna tragædia versus*: No se presta la tragedia a recitar versos ligeros.

<sup>2</sup> *moveri jussa*: obligada a danzar.

<sup>3</sup> *inornata et dominantia nomina*: palabras rústicas y no usadas en sentido traslaticio.

<sup>4</sup> *tragico differre colori*: en apartarme del tono o carácter de la tragedia.

<sup>5</sup> *Ex noto fictum carmen sequar*: Fundándome en lo conocido inventaré la sátira.

<sup>6</sup> *series juncturaque*: la disposición o plan del argumento y la combinación de las palabras.

<sup>7</sup> *Tantum de medio sumptis accedit honoris*: ¡Tanto mérito se da a cosas

tomadas de la vida ordinaria!

<sup>8</sup> *Sylvis deducti... Fauni*: Los silvestres Faunos.

<sup>9</sup> *forenses*: nacidos en la plaza pública.

<sup>10</sup> *juvenentur*: se regocijen como los jóvenes.

<sup>11</sup> *quibus est equus et pater et res*: los caballeros, los patricios y la gente rica.

<sup>12</sup> *fricti ciceris... et nucis emptor*: el (individuo de la plebe) que (durante la representación) compra garbanzos fritos y nueces.

<sup>13</sup> *donantve corona*: ni lo recompensan con la corona. (A los buenos poetas se les premiaba con una corona de hiedra.)



XXIII

Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus,  
Pes citus; unde etiam trimetris accrescere jussit  
Nomen iambeis <sup>1</sup>, cum senos redderet ictus,  
Primus ad extremum similis sibi: non ita pridem  
Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,  
Spondeos stabiles in jura paterna <sup>2</sup> recepit  
Commodus et patiens: non ut de sede secunda  
Cederet aut quarta socialiter <sup>3</sup>: hic et in Acci  
Nobilibus trimetris apparet rarus et Enni.

XXIV

In scenam missus magno cum pondere versus <sup>4</sup>  
Aut operæ celeris nimium curaque carentis,  
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.

XXV

Non quivis videt immodulata poemata iudex,  
Et data Romanis venia est indigna poetis,  
Ideircone vager scribamque licenter? An omnes  
Visuros peccata putem mea <sup>5</sup>, tutus et intra  
Spem veniæ cautus? Vitavi denique culpam,  
Non laudem merui. Vos exemplaria Græca <sup>6</sup>  
Nocturna versate manu, versate diurna <sup>7</sup>.

---

<sup>1</sup> unde etiam trimetris accrescere jussit nomen iambeis: de donde vino el llamar también trímetros a los versos yámbicos.

<sup>2</sup> in jura paterna: en la estructura que recibió de su inventor.

<sup>3</sup> non ut de sede secunda cederet aut quarta socialiter: de modo que quedasen para él los puestos del segundo y cuarto pie.

<sup>4</sup> In scenam missus magno cum pondere versus: el verso yámbico que se destina a la escena cargado con el peso de muchos espondeos.

<sup>5</sup> peccata... mea: los defectos de mis versos.

<sup>6</sup> exemplaria Græca: los modelos griegos.

<sup>7</sup> nocturna versate manu, versate diurna: manejad día y noche.



At nostri proavi Plautinos et numeros, et  
Laudavere sales <sup>1</sup>, nimium patienter utrumque,  
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego et vos  
Scimus inurbanum lepido seponere <sup>2</sup> dicto,  
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

## XXVI

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ  
Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis <sup>3</sup>,  
Quæ canerent agerentque peruncti fœcibus ora.  
Post hunc personæ pallæque repertor honestæ  
Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis <sup>4</sup>,  
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno <sup>5</sup>.

## XXVII

Successit vetus his Comœdia non sine multa  
Laude; sed in vitium libertas excidit, et vim  
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusque  
Turpiter obticuit <sup>6</sup>, sublato jure nocendi.  
Nil intentatum nostri liquere Poëtæ,  
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca  
Ausi deserere et celebrare domestica facta <sup>7</sup>,  
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas <sup>8</sup>.  
Nec virtute foret clarisve potentius armis,  
Quam lingua, Latium, Si non offenderet <sup>9</sup> unum-  
quemque poëtarum limæ labor et mora. Vos o

<sup>1</sup> *Plautinos et numeros et... sales*: los versos y las gracias de Plauto.

<sup>2</sup> *seponere*: distinguir.

<sup>3</sup> *plaustris vexisse poëmata Thespis*: y que iba representando sus tragedias (de pueblo en pueblo) en una carreta.

<sup>4</sup> *modicis instravit pulpita tignis*: construyó tablados un poco elevados, o que se elevaban algo del suelo.

<sup>5</sup> *nitique cothurno*: y a calzarse con el coturno. (Los actores trágicos

usaban en la escena este calzado, que llegaba hasta media pierna.)

<sup>6</sup> *turpiter obticuit*: calló ignominiosamente.

<sup>7</sup> *domestica facta*: las hazañas del pueblo romano.

<sup>8</sup> *vel qui prætextas, vel qui docuere togatas*: no sólo los que escribieron tragedias romanas, sino los que escribieron comedias.

<sup>9</sup> *offenderet*: molestase.



Pompilius sanguis <sup>1</sup>, carmen reprehendite <sup>2</sup> quod non  
Multa dies et multa litura coërcuit <sup>3</sup>, atque  
Perfectum decies non castigavit ad unguem <sup>4</sup>.

## XXVIII

Ingenium misera quia fortunatius arte  
Credit, et excludit sanos Helicone <sup>5</sup> poëtas <sup>6</sup>  
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,  
Non barbam : secreta petit loca : balnea vitat <sup>7</sup>.  
Nanciscetur enim pretium nomenque poëtæ,  
Si tribus Anticyris caput insanabile <sup>8</sup> nunquam  
Tonsori Licino <sup>9</sup> commiserit. O ego lævus  
Qui purgo bilem sub verni temporis horam! <sup>10</sup>.  
Non alius faceret meliora poëmata. Verum  
Nil tanti est <sup>11</sup>. Ergo fungar vice cotis, acutum  
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.  
Munus et officium, nil scribens ipse, docebo;  
Unde parentur opes <sup>12</sup>, quid alat formetque poëtam,  
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error <sup>13</sup>.

<sup>1</sup> *Pompilius sanguis* : descendientes de Numa Pompilio.

<sup>2</sup> *carmen reprehendite* : no consideréis perfecto el poema.

<sup>3</sup> *coërcuit* : ha corregido.

<sup>4</sup> *atque perfectum decies non castigavit ad unguem* : y que no fué examinado y enmendado hasta el último detalle.

<sup>5</sup> El Helicón era un monte de Beocia consagrado a las Musas.

<sup>6</sup> *sanos... poëtas* : los poetas que tienen juicio o están caerdos.

<sup>7</sup> *balnea vitat* : no se baña.

<sup>8</sup> *tribus Anticyris caput insanabile* : cabeza que no se cura con el elé-

boro de tres Anticeiras (ciudades o islas, según Plinio, así llamadas, y en las cuales se criaba gran cantidad de esta hierba, con la cual se curó Hércules de su locura.)

<sup>9</sup> Licino, barbero muy rico y ardiente partidario de César, que le nombró senador.

<sup>10</sup> *sub verni temporis horam* : cuando llega la primavera.

<sup>11</sup> *nil tanti est* : nada me importa.

<sup>12</sup> *unde parentur opes* : de donde se sacan los asuntos o argumento.

<sup>13</sup> *quo virtus, quo ferat error* : adónde conduce el arte y adónde la ignorancia de él.



XXIX

Scribendi recte sapere est et principium et fons.  
Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ <sup>1</sup>,  
Verbaque provisam rem non invita sequentur <sup>2</sup>.  
Qui didicit patriæ quid debeat et quid amicis,  
Quo sit amore parens, quo frater amandus, et hospes,  
Quod sit conscripti <sup>3</sup>, quod iudicis officium, quæ  
Partes in bellum missi ducis, ille profecto  
Reddere personæ scit convenientia cuique <sup>4</sup>.  
Respicere exemplar vitæ morumque jubebo  
Doctum imitatore, et veras hinc ducere voces.  
Interdum speciosa locis morataque recte  
Fabula <sup>5</sup>, nullius veneris, sine pondere <sup>6</sup> et arte,  
Valdius oblectat populum, meliusque moratur <sup>7</sup>,  
Quam versus inopes rerum nugæque canoræ.

XXX

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo <sup>8</sup>  
Musa loqui, præter laudem nullius avaris.  
Romani pueri longis rationibus assem  
Discunt in partes centum diducere. Dicat  
Filius Albini <sup>9</sup>: si de quincunee <sup>10</sup> remota est  
Uncia, quid superat? Poteras dixisse, triens <sup>11</sup>. Eu!

<sup>1</sup> *Socraticæ... chartæ*: las obras de Sócrates.

<sup>2</sup> *verbaque provisam rem non invita sequentur*: a un asunto tomado de los libros de los filósofos, no le faltarán palabras para expresarlo o desenvolverlo.

<sup>3</sup> *conscripti (officium)*: los deberes propios de un senador.

<sup>4</sup> *Reddere personæ scilicet convenientia cuique*: sabe revestir un personaje cualquiera con los caracteres que le son propios.

<sup>5</sup> *speciosu locis morataque recte fa-*

*bula*: un argumento hermoscado con lugares comunes, o sentencias de los filósofos, y en la cual se presentan retratadas fielmente las costumbres.

<sup>6</sup> *sine pondere*: sin estilo grandilocuente.

<sup>7</sup> *meliusque moratur (populum)*: y entretiene mejor (al pueblo).

<sup>8</sup> *ore rotundo*: con elegancia, con primor, con armonía y sonoridad.

<sup>9</sup> Albino era un famoso usurero.

<sup>10</sup> *de quincunee*: de cinco onzas.

<sup>11</sup> *triens*: la tercera parte de un as.



Rem poteris servare tuam. Reddit uncia <sup>1</sup>, quid fit?  
Semis <sup>2</sup>. At hæc animos ærugo et cura peculi  
Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi  
Posse linenda cedro et levi servanda cupresso? <sup>3</sup>.

### XXXI

Aut prodesse volunt aut delectare poëtæ  
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.  
Quidquid præcipies, esto brevis ut cito dicta  
Percipiant animi dociles teneanque fideles:  
Omne supervacuum pleno de pectore manat <sup>4</sup>.  
Ficta voluptatis causa sint proxima veris:  
Nec quodcumque volet poscat sibi fabula credi,  
Neu prænsæ Lamix <sup>5</sup> vivum puerum extrahat alvo.  
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis <sup>6</sup>:  
Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes <sup>7</sup>.  
Omne tulit punctum <sup>8</sup>, qui miscuit utile dulci,  
Lectorem delectando pariterque monendo.  
Hic meret æra liber Sosiis <sup>9</sup>, hic et mare transit,  
Et longum noto scriptori prorogat ævum.

### XXXII

Sunt delicta <sup>10</sup> tamen quibus ignovisse velimus:  
Nam neque chorda sonum reddit quem vult manus et  
[mens,

<sup>1</sup> *Reddit uncia*: Se añade una onza (a las cinco).

<sup>2</sup> *Semis*: Medio as.

<sup>3</sup> *carmina... linenda cedro et levi servanda cupresso*: poemas que puedan conservarse barnizados con aceite de cedro y en cajas de ciprés. (Los antiguos preservaban de la polilla las obras de mérito barnizándolas con aceite de cedro y guardándolas en cajas de ciprés.)

<sup>4</sup> *omne supervacuum pleno de pectore manat*: todo lo que redundo, no lo admite la inteligencia harta de preceptos o sentencias.

<sup>5</sup> Las lamias eran unos monstruos

que tomaban bellísimas formas para devorar a los niños.

<sup>6</sup> *Centuriæ seniorum agitant expertia frugis*: Las centurias de los senadores desprecian los poemas que no encierran alguna enseñanza o utilidad.

<sup>7</sup> *Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes*: los altivos caballeros no hacen caso de los poemas serios.

<sup>8</sup> *Omne tulit punctum*: Se llevó los votos de todos.

<sup>9</sup> Los Sosias eran unos famosos libreros de Roma.

<sup>10</sup> *delicta*: defectos.



Poscentique gravem persæpe remittit acutum,  
Nec semper feriet quodeumque minabitur arcus.  
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis  
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,  
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo?  
Ut scriptor, si peccat idem librarius usque,  
Quamvis est monitus, venia caret, et citharædus  
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:  
Sic mihi, qui multum cessat, fit Chærilus <sup>1</sup> ille,  
Quem bis terque bonum cum risu miror, et idem  
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus;  
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

### XXXIII

Ut pictura poësis erit, quæ, si propius stes,  
Te capiet magis <sup>2</sup>, et quædam si longius abstes.  
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri,  
Judicis argutum quæ non formidat acumen <sup>3</sup>:  
Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.

### XXXIV

O major juvenum! Quamvis et voce paterna <sup>4</sup>  
Fingeris ad rectum, et per te sapis, hoc tibi dictum  
Tolle memor <sup>5</sup>: «Certis medium et tolerabile rebus  
Recte concedi.» Consultus juris et actor  
Causarum mediocris, abest virtute <sup>6</sup> disertis  
Messalæ <sup>7</sup>, nec scit quantum Casselius Aulus;

<sup>1</sup> Quérilo, poeta ramplón que escribió un poema cuyo asunto eran las hazañas de Alejandro, y a quien el mismo Alejandro dijo que quería más ser el Tersites de Homero que el Alejandro de Quérilo. (Tersites era un griego feo y maldiciente, de quien Homero dice que Aquiles lo mató de un puñetazo.)

<sup>2</sup> *te capiet magis*: te agradará o

impresionará más.

<sup>3</sup> *judicis argutum... acumen*: el juicio profundo del crítico.

<sup>4</sup> *voce paterna*: por los consejos de tu padre.

<sup>5</sup> *tolle memor*: imprime, o graba, en tu memoria.

<sup>6</sup> *virtute*: del mérito.

<sup>7</sup> Mesala Corvino y Aulo Caselio eran dos ilustres jurisconsultos.



Sed tamen in pretio est <sup>1</sup>. Mediocribus esse poëtis  
Non homines, non Dî, non concessere columnæ <sup>2</sup>.  
Ut gratas inter mensas symphonia discors,  
Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver  
Offendunt <sup>3</sup>, poterat duci quia cœna <sup>4</sup> sine istis;  
Sic animis natum inventumque poëma juvandis,  
Si paulum a summo discessit, vergit ad imum <sup>5</sup>.

### XXXV

Ludere <sup>6</sup> qui nescit, campestribus abstinet armis  
Indoctusque pilæ discive trochive quiescit,  
Ne spissæ risum tollant impune coronæ <sup>7</sup>.  
Qui nescit, versus tamen audet fingere. Quidni?  
Liber et ingenuus, præsertim census equestrem  
Summam nummorum <sup>8</sup>, vitioque remotus ab omni.  
Tu nihil invita dices faciesve Minerva <sup>9</sup>:  
Id tibi iudicium est, ea mens <sup>10</sup>: si quid tamen olim  
Scripseris, in Metii <sup>11</sup> descendat iudicis aures  
Et patris et nostras, nonumque prematur in annum.  
Membranis intus positis <sup>12</sup>, delere licebit  
Quod non edideris: nescit vox missa reverti <sup>13</sup>.

<sup>1</sup> *in pretio est*: se lo tiene en estima.

<sup>2</sup> *columnæ*: las columnas, al pie de las cuales se vendían las obras escritas de los poetas, y también las leían éstos.

<sup>3</sup> *offendunt*: desagradan.

<sup>4</sup> *poterat... duci cœna*: podía darse la comida.

<sup>5</sup> *si paulum a summo discessit, vergit ad imum*: si dista un poco de la suma perfección, cae en la imperfección suma.

<sup>6</sup> *Ludere*: luchar, correr, saltar, etcétera.

<sup>7</sup> *spissæ... coronæ*: los corros de

apiñados espectadores.

<sup>8</sup> *census (habere) equestrem summam nummorum*: se cree de mí que tengo la renta de caballero romano.

<sup>9</sup> *invita... Minerva*: si Minerva (diosa de las artes) no te inspira.

<sup>10</sup> *id tibi iudicium est, ea mens*: así piensas tú, esa es tu opinión.

<sup>11</sup> Spurio Mecio Tarpa, crítico muy docto y autorizado.

<sup>12</sup> *Membranis intus positis*: guardados los pergaminos (en que esté escrito el poema).

<sup>13</sup> *nescit vox missa reverti*: la palabra que se ha soltado no se puede recoger.



XXXVI

Sylvestres homines sacer interpresque Deorum  
Cædibus et victu fædo deterruit Orpheus,  
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.  
Dictus et Amphion Thebanæ conditor arcis  
Saxa movere sono testudinis <sup>1</sup>, et prece blanda <sup>2</sup>  
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam <sup>3</sup>,  
Publica privatis secernere, sacra profanis;  
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,  
Oppida moliri, leges incidere ligno.  
Sic honor et nomen divinis vatibus atque  
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus  
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella  
Versibus exacuit: dictæ per carmina sortes <sup>4</sup>;  
Et vitæ monstrata via est, et gratia regum  
Pieriis tentata modis <sup>5</sup>; ludusque repertus <sup>6</sup>,  
Et longorum operum finis: ne forte pudori  
Sit tibi Musa lyræ solers <sup>7</sup>, et cantor Apollo.

XXXVII

Natura fieret laudabile carmen, an arte,  
Quæsitum est. Ego nec studium sine divite vena <sup>8</sup>,  
Nec rude quid prosit video ingenium; alterius sic  
Altera poscit opem res, et conjurat amice.

<sup>1</sup> *sono testudinis*: con los acordes de su lira.

<sup>2</sup> *prece blanda*: con la dulce armonía de sus versos.

<sup>3</sup> *Fuit hæc sapientia quondam*: Esta fué la primitiva sabiduría de los poetas, o esta fué la sabiduría de los poetas primitivos.

<sup>4</sup> *dictæ (sunt) per carmina sortes*: pronunciáronse en verso los oráculos.

<sup>5</sup> *et gratia regum pieriis tentata modis (est)*: y con los versos, o por medio de los versos, intentaron los hombres ganarse el afecto de los reyes.

<sup>6</sup> *ludusque repertus*: se encontró el recreo del ánimo.

<sup>7</sup> *Musa lyræ solers*: la poesía lírica.

<sup>8</sup> *sine divite vena*: sin una inspiración fecunda.



XXXVIII

Qui studet optatam cursu contingere metam <sup>1</sup>,  
Multa tulit fecitque puer <sup>2</sup>, sudavit et alsit;  
Abstulit Venere et vino. Qui Pythia cantat  
Tibicen <sup>3</sup>, didicit prius extimuitque magistrum.  
Nunc satis est dixisse: «Ego mira poëmata pango:  
Occupet extremum scabies» <sup>4</sup>. Mihi turpe relinqui <sup>5</sup> est  
Et, quod non didici, sane nescire fateri.

XXXIX

Ut præco ad merces turbas qui cogit <sup>6</sup> emendas,  
Assentatores jubet ad lucrum <sup>7</sup> ire poëta  
Dives agris, divis positis in fœnore nummis;  
Si vero est unctum qui recte ponere possit <sup>8</sup>,  
Et spondere levi pro paupere <sup>9</sup>, et eripere atris  
Litibus implicitum, mirabor, si sciet inter-  
noscere mendacem verumque beatus amicum <sup>10</sup>.  
Tu, seu donaris <sup>11</sup>, seu quid donare voles cui,  
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum  
Lætitiæ: clamavit enim, *pulchre, bene, recte!*  
Pallescet super his <sup>12</sup>, etiam stillabit amicis  
Ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.  
Ut, qui conducti plorant in funere, dicunt

<sup>1</sup> *cursu contingere metam*: llegar corriendo a la meta (llegar al fin que se propone).

<sup>2</sup> *multa tulit fecitque puer*: sufrió e hizo muchas cosas siendo niño.

<sup>3</sup> *Qui Pythia cantat tibicen*: el flautista que toca la flauta en las fiestas de Apolo.

<sup>4</sup> *occupet extremum scabies*: sarna para el último que llegue. (Era expresión propia de los juegos de los niños, que con ella se excitaban a correr.)

<sup>5</sup> *relinqui*: ser dejado atrás.

<sup>6</sup> *cogit*: reúne.

<sup>7</sup> *ad lucrum*: a ganarse (el pago de su crítica adúladora).

<sup>8</sup> *unctum qui... ponere possit*: que pueda dar un convite espléndido.

<sup>9</sup> *et spondere levi pro paupere*: y salir flador por un pobre diablo.

<sup>10</sup> *mirabor, si sciet internoscere mendacem verumque beatus amicum*: me admiraré de que sea tan feliz que sepa distinguir el verdadero del falso amigo.

<sup>11</sup> *donaris* por *donaveris*.

<sup>12</sup> *Pallescet super his*: palidecerá de emoción al oírlos.



Et faciunt prope plura dolentibus ex animo <sup>1</sup>; sic  
 Derisor <sup>2</sup> vero plus laudatore movetur.  
 Reges dicuntur multis urgere culullis <sup>3</sup>  
 Et torquere mero quem perspexisse laborant <sup>4</sup>  
 An sit amicitia dignus. Si carmina condas,  
 Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.  
 Quintilio si quid recitares, *Corrige sodes* <sup>5</sup>  
*Hoc*. ajebat, *et hoc*. Melius te posse <sup>6</sup> negares,  
 Bis terque expertum <sup>7</sup> frustra; delere jubebat  
 Et male tornatos incudi reddere versus <sup>8</sup>.  
 Si defendere delictum, quam vertere <sup>9</sup> malles,  
 Nullum ultra verbum <sup>10</sup> aut operam sumebat inanem,  
 Quin sine rivali teque et tua solus amares.  
 Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes <sup>11</sup>,  
 Culpabit duros, incomptis <sup>12</sup> allinet atrum  
 Transverso calamo signum, ambitiosa recidet  
 Ornamenta <sup>13</sup>, parum claris lucem dare coget,  
 Arguet ambigue dictum <sup>14</sup>, mutanda notabit,  
 Fiet Aristarchus <sup>15</sup>, nec dicet: *Cur ego amicum*  
*Offendam in nugis?* Hæ nugæ seria ducent  
 In mala derisum semel exceptumque sinistre.

XL

Ut mala quem scabies, aut morbus regius <sup>16</sup> urget,  
 Aut fanaticus error, et iracunda Diana <sup>17</sup>,

<sup>1</sup> *dicunt et faciunt prope plura dolentibus ex animo*: dicen y hacen casi más extremos que los que sienten de corazón.

<sup>2</sup> *derisor*: el adulator.

<sup>3</sup> *multis urgere culullis*: que obligan a beber muchas copas.

<sup>4</sup> *torquere mero quem perspexisse laborant...*: y que embriagan a aquel de quien desean saber...

<sup>5</sup> *sodes* por *si audes*.

<sup>6</sup> Suple *facere*.

<sup>7</sup> Suple *esse*.

<sup>8</sup> *male tornatos incudi reddere versus*: enmendar (volver al yunque los versos duros o mal redondeados).

<sup>9</sup> *vertere delictum*: corregir el yerro.

<sup>10</sup> Suple *dicebat*.

<sup>11</sup> *inertes*: que no están hechos según las reglas del arte.

<sup>12</sup> *incomptis*: a los desaliñados.

<sup>13</sup> *ambitiosa recidet ornamenta*: quitará los adornos excesivos o superfluos.

<sup>14</sup> *arguet ambigue dictum*: censurará las expresiones anfibológicas.

<sup>15</sup> Aristarco fué un crítico famoso por su severidad. Censuró de Homero algunos versos que no consideraba como buenos.

<sup>16</sup> *morbus regius*: la ictericia.

<sup>17</sup> *fanaticus error, et iracunda Diana*: el furor propio de los sacerdotes de Belona, y la locura que produce la Luna o Diana.



Vesanum tetigisse timent fugiuntque poëtam  
Qui sapiunt, agitant<sup>1</sup> pueri incautique sequuntur.  
Hic dum sublimes versus ructatur<sup>2</sup>, et errat,  
Si veluti merulis intentus decidit auceps  
In puteum foveamque, licet, *Succurrite* longum  
Clamet, *io cives!* non sit qui tollere curet.  
Si quis curet opem ferre et demittere funem,  
Qui scis an prudens huc se dejecerit, atque  
Servari nolit? Dicam, Siculique poëtæ  
Narrabo interitum<sup>3</sup>: Deus immortalis haberi  
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam  
Insiluit. Sit jus liceatque perire poëtis.  
Invitum qui servat, idem facit occidenti.  
Nec semel hoc fecit; nec si retractus erit, jam  
Fiet homo<sup>4</sup>, et ponet<sup>5</sup> famosæ mortis amorem.  
Nec satis apparet cur versus factitet: utrum  
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental  
Moverit incestus. Certe furit, ac velut ursus  
Objectos caveæ valuit si frangere clathros<sup>6</sup>,  
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus;  
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,  
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo<sup>7</sup>.

<sup>1</sup> *agitant*: persiguen.

<sup>2</sup> *ructatur*: eructa.

<sup>3</sup> *Siculique poëtæ... interitum*: La muerte de Empédocles, poeta siciliano.

<sup>4</sup> *fiet homo*: se convertirá en un ser racional.

<sup>5</sup> *ponet*: depondrá, o dejará.

<sup>6</sup> *valuit si frangere clathros*: si pudo romper las rejas de su prisión.

<sup>7</sup> *non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo*: como sanguijuela, que no suelta la piel sino llena de sangre.



## OBRAS DEL MISMO AUTOR

---

**Gramática comparada de las lenguas castellana y latina.** Segunda edición.

**Gramática de la lengua castellana,** compuesta con arreglo al plan y método más generalmente seguidos en la enseñanza del latín, para facilitar a los alumnos de segunda enseñanza el estudio de este idioma. Cuarta edición.

**Gramática elemental de la lengua castellana.** Segunda edición.

**El Diccionario de la lengua castellana,** por la Academia Española. — Colección de artículos de crítica gramatical y filológica, publicados en varios periódicos y revistas. Un tomo de 144 páginas en 8.º

**Crestomatía latina de Autores sagrados y profanos,** elegidos, anotados y gradualmente dispuestos. Novena edición.

**Compendio de Historia Sagrada** (*Epitome Historiæ Sacræ*), compuesto por C. F. Lhomond, con notas aclaratorias y un vocabulario de todas las palabras contenidas en el texto.

**Diccionario clásico-etimológico latino-español.**







